











SE VEND A PARIS

CHEZ

**HENRI PLON, IMPRIMEUR-ÉDITEUR,**

RUE GARANCIÈRE, N° 10.

C. JULII CÆSARIS

COMMENTARII.

TOMUS SECUNDUS.

IMPRIMÉ

PAR ORDRE DE L'EMPEREUR,

M. BAROCHE

ÉTANT GARDE DES SCEAUX, MINISTRE DE LA JUSTICE ET DES CULTES :

PAR LES SOINS

DE M. ANSELME PETETIN,

CONSEILLER D'ÉTAT,

DIRECTEUR DE L'IMPRIMERIE IMPÉRIALE.



C. JULII CÆSARIS  
C O M M E N T A R I I

DE BELLIS GALLICO ET CIVILI,

ALIORUM

DE BELLIS ALEXANDRINO, AFRICANO ET HISPANIENSI.

ANNOTATIONE CRITICA INSTRUXIT

F. DÜBNER.

---

TOMUS SECUNDUS.



PARISIIS,

EX TYPOGRAPHEO IMPERIALI.

---

M DCCC LXVII.

PA  
6250  
43  
1867  
t. 2.

**658074**

3. 5. 57

# C. JULII CÆSARIS

## COMMENTARII

### DE BELLO CIVILI.

#### LIBER I.

I. \*\*\* Litteris ab eo C. Cæsaris consulibus redditis, ægre ab his impetratum est summa tribunorum plebis contentione, ut in senatu recitarentur; ut vero ex litteris ad senatum referretur, impetrari non potuit. Referunt consules de republica [in civitate]. Lucius Lentulus consul senatui rei que publicæ se non 5

I. — 1. *Litteris a Fabio C.* (cs. F a pr. m.) *Cæsaris* codd., præter T, qui *cum Cæsare*, L a *Fabio Cæsare*. Sed per C. *Curionem* litteras illas a Cæsare missas fuisse consensu testantur omnes. Qui reddidit consulibus, ut ex iis ad senatum referrent, ipsis kalendis januariis: quare abruptum hoc initium Commentariorum de Bello Civili, tanquam annalium, genuinum esse statuerunt plurimi. Quod nec per se probabile est, et rectissime Em. Hoffmannus disputat etiam ex nomine *Fabii* ab his rebus prorsus alieno ellici eadem lacuna et extrema Hirtii et prima Belli Civilis fuisse absorpta. Mirum enim ni Cæsar dixerit: *Litteris ab eo C. Cæsaris consulibus red-*

*ditis*, videlicet Curione, quem modo nominaverat. Quod cum in ipso initio ferri non posset, pro lapsu veteris librarii habitum ab eo vertebatur in A (FA)BIO, quod erat proximum. Alii critici delent duo vocabula, quorum nulla causa erat addendi. — 3-4. *refertur* TL. — 4-5. Verba *in civitate* delevit Scaliger; *infinite* correxerunt Ciacconius et Hotomannus, nam (verbis Gellii XIV, 7) *refervi oportere aut infinite de republica, aut de singulis rebus fuisse*. Quod a lectore in margine adscriptum nec intellectum librariis illa verba peperisse videtur. — 5. *reip. se* TUFL (sine que), quorum in L omissum *senatui* a correctore super *rei. p.* positum est.

defuturum pollicetur, si audacter ac fortiter sententias dicere velint: ~ sin Cæsarem respiciant atque ejus gratiam sequantur, ut superioribus fecerint temporibus, se sibi consilium capturum neque senatus auctoritati obtemperaturum: habere se  
 5 quoque ad Cæsaris gratiam atque amicitiam receptum. ~ In eandem sententiam loquitur Scipio: ~ Pompeio esse in animo reipublicæ non deesse, si senatus sequatur: si cunctetur atque agat lenius, nequiequam ejus auxilium, si postea velit, senatum imploraturum. ~

10 II. Hæc Scipionis oratio, quod senatus in Urbe habebatur Pompeiusque aberat, ex ipsius ore Pompeii mitti videbatur. Dixerat aliquis leniorem sententiam, ut primo M. Marcellus, ingressus in eam orationem, ~ non oportere ante de ea re ad senatum referri, quam delectus tota Italia habiti et exercitus  
 15 conscripti essent, quo præsidio tuto et libere senatus, quæ vellet, decernere auderet: ~ ut M. Calidius, qui censebat ut Pompeius in suas provincias proficisceretur, ne qua esset armorum causa: ~ timere Cæsarem, ereptis ab eo duabus legionibus, ne ad ejus periculum reservare et retinere eas ad Urbem  
 20 Pompeius videretur: ~ ut M. Rufus, qui sententiam Calidii, paucis fere mutatis rebus, sequebatur. Hi omnes convicio L. Lentuli consulis correpti exagitabantur. Lentulus sententiam Ca-

1. *defensurum* V (Vindob. 1). — *aut fort.* TLUD, duo postremi *ac a* rec. m.: utrumque *aut f.* omiserat F pr. — 5. *Cæsaris* aliena manu illatum esse censet Th. Mommsen, mox *respectum* corrigi debere Hellerus: sed nihil movendum esse ostendit Endlicherus. — *recepturum* TLV. — 7. *cunctetur aut D.*

II. — 11. *aderat* codd., *auerat* cod. Mu-

reti: *aberat* Victorius, quod verum esse ostendit Fr. Hofmannus. De origine belli civilis Cæs. p. 113. — 13. *rationem* V. — 14. *dilectus* nostri octo prope constanter, Petav. — *et om.* F. — 17. *neque esset* nostri omnes; *neque armorum esset* V. — 18. *correptis* codd. præter unam recentem, qui *abreptis*. Correxerit Nipperdeus; erratum in *ẽ* et *e*. — 22. *consulis* om. LV.

lidii pronuntiaturum se omnino negavit. Marcellus perterritus conviciis a sua sententia discessit. Sic vocibus consulis, terrore præsentis exercitus, minis amicorum Pompeii plerique compulsi, inviti et coacti, Scipionis sententiam sequuntur: ~ uti ante certam diem Cæsar exercitum dimittat; si non faciat, eum 5 adversus rempublicam facturum videri. ~ Intercedit M. Antonius, Q. Cassius, tribuni plebis. Refertur confestim de intercessione tribunorum. Dicuntur sententiæ graves; ut quisque acerbissime crudelissimeque dixit, ita [quam] maxime ab inimicis Cæsaris collaudatur. 10

III. Misso ad vesperum senatu, omnes qui sunt ejus ordinis a Pompeio evocantur. Laudat Pompeius atque in posterum confirmat, segniores castigat atque incitat. Multi undique ex veteribus Pompeii exercitibus spe præmiorum atque ordinum evocantur, multi ex duabus legionibus quæ sunt traditæ a Cæsare 15 arcessuntur. Completur Urbs et ipsum comitium tribunis, centurionibus, evocatis. Omnes amici consulum, necessarii Pompeii atque eorum qui veteres inimicitias cum Cæsare gerebant, in senatum coguntur; quorum vocibus et concursu terrentur infirmiores, dubii confirmantur, plerisque vero libere decer- 20

4. *inulti et* UH, *multi et* Lov., ambiguum in F: — *secantur* TL. — 6. *rei p.* FÜ, sed H R. P. — 9. *quam* ejiciendum esse observavit Kindscherus. — 10. *collaud.* nostri præter D.

III. — 12. *Laudat promptos* Pantagathus. — 13. *seniores* TLUFD. Petav., Lov.; *segniores* V et δ (Dresd. recentior). — 15-16. *traditæ arcessiuntur* F pr.; *arcess.* TU: *arcessiuntur* T a sec., L. — 16. *urbs et jus comitium* codd. antiquiores

præter D. qui *ad jus*, ut δ et recentes alii: *at jus* Lov.; *comittum* T, *comitum* F. pr., V. Lov. Recepi lenem correctionem Hugii, quamquam probabilior Helli *Urbs, e[ampus Mar]tius, comitium*. Alii *militibus* inserunt post *Urbs* vel post *comitium*. — 16-17. *tr.* (*tr<sup>us</sup>* UL) *pl. centurio evocat* codd. antiquiores consensu et nonnulli rec., correctum a Lipsio et Oudendorpio; *tribunos plebis C. Curio evocat* D correctus. δ et alii recentes. — 18. *amicitias* L.

nendi potestas eripitur. Pollicetur L. Piso censor sese iturum  
ad Cæsarem, item L. Roscius prætor, qui de his rebus eum  
doceant : sex dies ad eam rem conficiendam spatii postulant.  
Dicuntur etiam ab nonnullis sententiæ, ut legati ad Cæsarem  
5 mittantur, qui voluntatem senatus ei proponant.

IV. Omnibus his resistitur, omnibusque oratio consulis, Sci-  
pionis, Catonis opponitur. Catonem veteres inimiciæ Cæsaris  
incitant et dolor repulsæ. Lentulus æris alieni magnitudine et  
spe exercitus ac provinciarum et regum appellandorum largi-  
10 tionibus movetur, seque alterum fore Sullam inter suos glo-  
riatur, ad quem summa imperii redeat. Scipionem eadem spes  
provinciæ atque exercituum impellit, quos se pro necessitudine  
partiturum cum Pompeio arbitrabatur, simul judiciorum metus,  
adulatio atque ostentatio sui et potentium, qui in republica  
15 judiciisque tum plurimum pollebant. Ipse Pompeius, ab ini-  
micis Cæsaris incitatus et quod neminem dignitate secum ex-  
æquari volebat, totum se ab ejus amicitia averterat et cum com-  
munibus inimicis in gratiam redierat, quorum ipse maximam  
partem illo affinitatis tempore injunxerat Cæsari; simul infam-  
20 ia duarum legionum permotus, quas ab itinere Asiæ Syriæ-  
que ad suam potentiam dominatumque converterat, rem ad  
arma deduci studebat.

3. *postulabant* F. — 4. *ut legati ad Cæs.*  
in U a sec. m. substitutum verbis pri-  
mum scriptis *omnibusque oratio*, in T au-  
tem initio cap. iv pro voce *oratio* spatium  
vacuum decem ferme litterarum : ut hic  
in archetypo aliquid turbatum fuisse ap-  
pareat.

IV. — 6. *omnibus or.* H. — *oratio om.*  
T in lacuna. L sine lacuna. — 7. *opponi-*

*tur* D corr. . δ et alii rec. — 10. *Syll.* TV.  
*Sill.* UFLD fere constanter. — 13. *arbi-*  
*tratur* codd. præter unum L. — 14. *ob-*  
*testatio* L. — *potentium* L. — *in rebus* TL.  
— 16. *secum dignitate* L. — 19. *ad-*  
*junxerat* D a correctore, δ et alii rec. —  
*Cæsari* UF; reliqui codd. *injunxerat*, *Cæsar*  
*simul*, sic distincta. — 21. *dominatumque*  
L in ras. alius vocabuli.

V. His de causis aguntur omnia raptim atque turbate. Nec docendi Cæsaris propinquis ejus spatium datur. nec tribunis plebis sui periculi deprecandi neque etiam extremi juris inter-  
 cessione retinendi, quod L. Sulla reliquerat, facultas tribuitur. sed de sua salute septimo die cogitare coguntur. quod illi tur- 5  
 bulentissimi superioribus temporibus tribuni plebis duodecimo denique mense suarum actionum respicere ac timere consue-  
 rant. Decurritur ad illud extremum atque ultimum senatus-consultum, quo nisi pæne in ipso urbis incendio atque in desperatione omnium salutis \*illata scele\* ratorum audacia 10  
 nunquam ante descensum est : -Dent operam consules, prætores, tribuni plebis quique pro consulibus sint ad urbem. ne quid respublica detrimenti capiat. - Hæc senatusconsulto per-  
 scribuntur a. d. vii idus Januar. Itaque v primis diebus, quibus haberi senatus potuit, qua ex die consulatum iniit Lentulus. 15  
 biduo excepto comitali. et de imperio Cæsaris et de amplissimis viris, tribunis plebis, gravissime acerbissimeque decernitur. Profugiunt statim ex urbe tribuni plebis seseque ad Cæsarem conferunt. Is eo tempore erat Ravennæ exspectabatque suis

V. — 1. *raptim* codd., *raptim* Aldus. — 2. *ejus* om. L. — 3. *jurum* H. — 4. Verba *quod L. Sulla reliq.* ex interpolatione esse censet Kindscher. — *attribuitur* D et recentes. — 6-7. *octo denique menses variarum act.* codd.; in D corrector *suarum*, quod est in δ et aliis rec.; *octavo* corrector V. Auctoribus Ciaconio et Vossio dedit *duodecimo*, scil. AII pro HX. Th. Mommseni ingenio digna correctio est *toto denique emenso spatio suarum act.*; propius ad traditos ductus accedens *emensa via suar.* Kindscherus. neutrum satis ex consuetudine loquendi. Etiam sequentia sana sunt. — 7-8. *consuevat* TUV, *consueverat*

— 9. *pene* TUF. — 9-10. *atque desp.* V. — 10. *salutis latorum* codd. omnes, quæ Kochius recte integravisse videtur; *illata malorum* malebat Kindscherus. Unus cod. ap. Ciacc. *latronum*. Fr. Hofmannus *patrum audacia*. — 11. *discessum est* codd.; *descensum* Kohlius. — 11-12. *pr., tr.* (vel *tr<sup>ti</sup>*) *pl.* TUF et alii; *P.* (*populi* V) *R. tr. pl.* LHVD, hic in marg. : *al. prætores.* — 12. *quique cons. ad TL.* *consules* HV; *cons. s.* (i. e. *sunt*) UF; *consules sunt* Dδ et alii rec. Sed res poscit *pro cons.* et oratio *sint*. In tot compendiis unum poterat negligi. — 14. VIII D a pr. m., Carrar. et duo rec. ap. Oud. — 19. *exspectabat* F pr.

lenissimis postulatis responsa, si qua hominum æquitate res ad otium deduci posset.

VI. Proximis diebus habetur extra Urbem senatus. Pompeius eadem illa, quæ per Scipionem ostenderat, agit; senatus virtutem constantiamque collaudat; copias suas exponit: ~ legiones habere sese paratas x; præterea cognitum compertumque sibi alieno esse animo in Cæsarem milites, neque iis posse persuaderi uti eum defendant aut sequantur saltem. ~ De reliquis rebus ad senatum refertur: ~ tota Italia delectus habeatur: 10 Faustus Sulla propere in Mauritaniam mittatur; pecunia uti ex ærario Pompeio detur. ~ Refertur etiam de rege Juba, ut socius sit atque amicus; Marcellus vero passurum in præsentia negat. De Fausto impedit Philippus, tribunus plebis. De reliquis rebus senatusconsulta perscribuntur. Provinciæ privatis 15 decernuntur, duæ consulares, reliquæ prætoriae. Scipioni obvenit Syria, L. Domitio Gallia; Philippus et Cotta privato consilio prætereuntur, neque eorum sortes dejiciuntur. In reliquas provincias prætores mittuntur. Neque expectant, quod superioribus annis acciderat, ut de eorum imperio ad populum 20 feratur, paludatique votis nuncupatis exeunt. Consules, quod

1. *levissimis* nostri præter L. qui recte *len.*, cum Petav.

VI. — 4. *ostenderat* om. L. — 6. *sese hab.* L. — *decem* D in ras., omisso *prætere.* — 7. *his* codd. — 8. *sequantur: statim* de F, signo ad marginem remittens, ubi nihil; *saltem* om. Dδ; *vel statim saltim* V. — 9. *habetur* L ante correctorem: *habeantur* Lov., Dorv. — 10. *mittitur* nostri et «plerique» Oud. *Maurit.* F hoc loco, qui alibi constanter *Maurit.* — 12. *non* (ñ) *passurum* antiquiores consensu;

*vero* (ü) corrector D. δ et recentiores. — 14. *præscrib.* HD. — 16. *Philippus* omnes, non *Philippo*, ut ap. Oud. — *Marcellus* (pro *Cotta*) corrector D in ras. angustiore. *Puillus et Marcellus* Terpstra; *Philippus et Marcellinus collega* Zumptius et Kindschler.; *consules priv.* Nipperdeius; *prioris anni consules* Hugius. Tradita nomina tuetur F. Hofmannus. — 18. *prætorii* Pighius. — 20. *exeant consules* cod. Ursini (non noster U). Eodem modo distinguunt ceteri.



ante id tempus accidit nunquam, clam ex urbe proficiscuntur. lictoresque habent in Urbe et Capitolio privati contra omnia vetustatis exempla. Tota Italia delectus habentur, arma imperantur; pecuniæ a municipiis exiguntur, e fanis tolluntur: omnia divina humanaque jura permiscuntur. 5

VII. Quibus rebus cognitis, Cæsar apud milites concionatur. Omnium temporum injurias inimicorum in se commemorat; a quibus deductum ac depravatum Pompeium queritur invidia atque obtreptione laudis suæ, cujus ipse honori et dignitati semper faverit adjutorque fuerit. Novum in republica intro- 10 ductum exemplum queritur, ut tribunicia intercessio armis notaretur atque opprimeretur [ , quæ superioribus annis armis esset restituta]. "Sullam, nudata omnibus rebus tribunicia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisse: Pompeium, qui amissa restituisset videatur bona, etiam quæ ante habue- 15 rint ademisse. Quotiescumque sit decretum, *darent operam magistratus, ne quid respublica detrimenti caperet* (qua voce et quo senatusconsulto populus Romanus ad arma sit vocatus).

1. *acciderat* corrector D. — *clam* om. codd.; necessariam vocem præcedentes litteræ absorpserant, addiderunt Hellenus et Kindscher. — 2. *lictos* V. — *ex Capitolio privatim* codd.; *et Cap. P. Manutius, privati* Stephanus; atque *et* in cod. aliquo Ursini, deinde *ac* ante *privati* in eodem et aliquo Ciacconii legi fertur. — 3. *delect.* hic legitur in UH.

VII. — 6. *contion.* ULD. — 8. *seductum* L. — *deprivatum* T; *atque privatum* D a pr. — 9. *obtract.* D. — 10. *rempubl.* Petav. — 12. *atque potestas opprimeretur* Hellenus. — 12-13. Uncis inclusa Cæsaris consilio minime responderent, etiamsi res

liquida esset. Quare Nipperdeus et alii critici «a magistro ad ornandam antithesi orationem» illata esse judicarunt. Minus probabiliter Em. Hoffmannus *et armis restituta*; in tribus recentibus ap. Oud. *et armis*. Conferuntur hæc Velleii Pat. II, 30: *Hoc consulatu Pompeius tribuniciam potestatem restituit, cujus Sulla imaginem sine re reliquerat.* — 13. *nudatū* L. *non data* V. — 15. *donu* codd., quod ferri non potest; *bona* Victorius et Hellenus; *donu* (tanquam domum) F. Hoffmannus. — *etiam* om. V. — 15-16 *habuerat* D corr., *ē*. — 16 *amisse* U ante correctionem ejusdem m.; *amisisse* Lov.

factum in perniciosis legibus. in vi tribunicia. in secessione  
 populi. templis locisque editioribus occupatis: — atque hæc su-  
 perioris ætatis exempla expiata Saturnini atque Gracchorum  
 casibus docet; quarum rerum illo tempore nihil factum, ne co-  
 5 gitatum quidem [: nulla lex promulgata, non cum populo agi  
 cœptum, nulla secessio facta]. Hortatur, cujus imperatoris ductu  
 novem annis rempublicam felicissime gesserint plurimaque  
 prælia secunda fecerint, omnem Galliam Germaniamque pa-  
 caverint, ut ejus existimationem dignitatemque ab inimicis  
 10 defendant. Conclamant legionis XIII, quæ aderat, milites (hanc  
 enim initio tumultus evocaverat: reliquæ nondum convene-  
 rant): — sese paratos esse imperatoris sui tribunorumque ple-  
 bis injurias defendere. —

VIII. Cognita militum voluntate, Ariminum cum ea legione  
 15 proficiscitur, ibique tribunos plebis, qui ad eum confugerant,  
 convenit; reliquas legiones ex hibernis evocat et subsequi jubet.  
 Eo L. Cæsar adolescens venit, cujus pater Cæsaris erat legatus.  
 Is reliquo sermone confecto, cujus rei causa venerat, habere  
 se a Pompeio ad eum privati officii mandata demonstrat: — velle  
 20 Pompeium se Cæsari purgatum, ne ea quæ reipublicæ causa  
 egerit in suam contumeliam vertat. Semper se reipublicæ com-  
 moda privatis necessitudinibus habuisse potiora. Cæsarem quo-

1. *in* primum om. F. — 3. *exemplis*  
 TL. — 4-5. *ne cog.* T, Cuj., Pet.; ceteri  
 fere *neq.* — 6. *successio* L. *cessio* H. *se-*  
*cessione* D corr., Dorv. Manifestum em-  
 blema critici plures agnoverunt. — 7.  
 VIII codd. præter unum rec. qui VIII.  
 — 8. *omnemque* D et pauci rec. — 9.  
*ejus* om. F. — 11. *enim* om. V.  $\delta$  in spatium

vacuo; *etiam* D. — 11-12. *venerant* TL,  
 Cuj., Petav.

VIII. — 19. *se* om. VD. — *privatum*  
*ad eum* L. illud etiam TH, Petav., Lov :  
*ad eum* D inter versus ante *priv.* — *officii*  
 T in ras. latiore. — 21. *egerat* et *conveni-*  
*erat* L. — 22. *necessitatibus* D in marg.,  
 $\delta$  et alii rec.

que pro sua dignitate debere et studium et iracundiam suam reipublicæ dimittere neque adeo graviter irasci inimicis, ut, cum illis nocere se speret, reipublicæ noceat. — Pauca ejusdem generis addit cum excusatione Pompeii conjuncta. Eadem fere atque eisdem verbis prætor Roscius agit cum Cæsare, sibi que 5 Pompeium commemorasse demonstrat.

IX. Quæ res etsi nihil ad levandas injurias pertinere videbantur, tamen idoneos nactus homines, per quos ea quæ vellet ad eum perferrentur, petit ab utroque, quoniam Pompeii mandata ad se detulerint, ne graventur sua quoque ad eum postu- 10 lata deferre, si parvo labore magnas controversias tollere atque omnem Italiam metu liberare possint. — Sibi semper primam reipublicæ fuisse dignitatem vitæque potiore. Doluisse se, quod populi Romani beneficium sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur, ereptoque semestri imperio in Urbem re- 15 traheretur, cujus absentis rationem haberi proximis comitiis populus jussisset. Tamen hanc jacturam honoris sui reipublicæ causa æquo animo tulisse; cum litteras ad senatum miserit, ut omnes ab exercitibus discederent, ne id quidem impetravisse. Tota Italia delectus haberi; retineri legiones II, quæ ab se si- 20 mulatione Parthici belli sint abductæ; civitatem esse in armis. Quoniam hæc omnia nisi ad suam perniciem pertinere? Sed

2. ut om. UFV, Lov.; ne Dδ et alii rec. — 3. speraret (sine se) L. — 5. rebus codd.; verbis Clarkius.

IX. — 9. ad eum om. F. — 12-13. R. P. primam Cuj.; primam fuisse P. R. L. P. R. reliqui antiquiores præter UFV, qui P. R. omittunt. D corr. δ et alii rec. reipublicæ. — 14. quod pro beneficio nostri

omnes et Oud. præter unum Cujac. — sibi contumelia Dδ et alii rec. — 14-15. ab inim. om. L. — 15. semestri nostri præter δ. — 16. sibi (pro cujus) L. — 17. proprii honoris v. L. — 18. miserat T a pr. — 19. impetravisset nostri præter Dδ. — 20-21. ad se . . . abductæ D et duo Oud.

tamen ad omnia se descendere, paratum atque omnia pati rei-  
publicæ causa. Proficiscatur Pompeius in suas provincias, ipsi  
exercitus dimittant, discedant in Italia omnes ab armis, metus  
e civitate tollatur, libera comitia, atque omnis respublica sena-  
5 tui populoque Romano permittatur. Hæc quo facilius certisque  
conditionibus fiant et jurejurando sanciantur, aut ipse propius  
accedat aut se patiaturs accedere : fore uti per colloquia omnes  
controversiæ componantur. \*

X. Acceptis mandatis Roscius a Cæsare Capuam pervenit, ibi-  
10 que consules Pompeiumque invenit; postulata Cæsaris renun-  
tial. Illi deliberata re respondent, scriptaque ad eum mandata  
per eos remittunt; quorum hæc erat summa : ~ Cæsar in Galliam  
reverteretur, Arimino excederet, exercitus dimitteret; quæ si  
fecisset, Pompeium in Hispanias iturum. Interea, quoad fides  
15 esset data Cæsarem facturum quæ polliceretur, non intermis-  
suros consules Pompeiumque delectus. \*

XI. Erat iniqua conditio postulare ut Cæsar Arimino exce-  
deret atque in provinciam reverteretur, ipsum et provincias et  
legiones alienas tenere; exercitum Cæsaris velle dimitti, delectus  
20 habere; polliceri se in provinciam iturum, neque ante quem  
diem iturus sit definire, ut, si peracto consulatu Cæsaris non  
profectus esset, nulla tamen mendacii religione obstrictus vide-

3. omnes in Italia UF. — 4. a civ. Dδ  
et quattuor Oud. — tollantur L. — 6.  
sanctiatur TLV.

X. — 9. Roscius cum Cæsare VFU, hic  
L. inter versus recenti m.; cum L. Cæs.  
D corr., δ et alii rec. — 10-11. enunciat  
L. nuntiat V. — 11. re om. codd., sup-  
plevit Gruterus. — 11-12. mandata per-

mittunt TL. Scal., Petav. — 16. di-  
lectum L.

XI. — 17. Iniqua conditione post. Lov.  
sine erat. — Ariminio U pr. Post Cæsar  
in T vacuum spatium sex litt. — 21-22.  
si peracto cons. (cos. F) Cæsaris cons. præ-  
fectus esset TLFV. Cuj., Petav., qui duo  
prof.; denique qui cons. non præf. UH;

retur; tempus vero colloquio non dare neque accessurum polliceri magnam pacis desperationem afferebat. Itaque ab Arimino M. Antonium cum cohortibus v Arretium mittit; ipse Arimini cum duabus [ legionibus ] subsistit, ibique delectum habere instituit; Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat.

III. Interea certior factus Iguvium Thermum prætorem cohortibus v tenere, oppidum munire, omniumque esse Iguviorum optimam erga se voluntatem, Curionem cum tribus cohortibus, quas Pisauri et Arimini habebat, mittit. Cujus adventu cognito, diffisus municipii voluntati Thermus cohortes ex urbe reducit et profugit. Milites in itinere ab eo discedunt ac domum revertuntur. Curio summa omnium voluntate Iguvium recipit. Quibus rebus cognitis, confisus municipiorum voluntatibus Cæsar cohortes legionis xiii ex præsiidiis deducit Auximumque proficiscitur; quod oppidum Attius cohortibus introductis tenebat delectumque toto Piceno circummissis senatoribus habebat.

*peracto Cæsaris consulatu Pompeius profectus non* (profectus D pr.) *esset* D in ras., δ et alii Oudendorpii, qui ita ediderit, hæc modo annotans: «Cæsar est in Voss. pro Pompeius in Petav., L., Cuj., Voss. cons. deest in Lov., non in Cuj., Petav., Lov. ~ Glandorpius proconsulatu, Em. Hoffmannus *peracto postulatu Cæsaris prof.*, Hellerus *protracto consulatu Cæsaris non prof.*; coll. Cic. ad Attic. VII, 9. Sed stare potest hyperbole *peracto consulatu*, de quo apte ut de re certa loquitur. — 3. *Arrentium* F. *Aret.* VD; *cohortibus diarretium* L. litteris *dia* in ras. — 4. *legionibus* delendum esse vidit Davisius. — *consistit* V; *substitit* Lov., δ et alii rec.

III. — 7. *Tigium* et mox *Tiguiorum* antiquiores omnes: Lov. *Itigium*, *Itiguiorum* ap. Oud., *Itigium*, *Tiguiorum* ap. Fabric.; alius *Iguinum*, D *Tigium*. Correxit Steuchus Engubinus. — 9-10. *tribus legionibus* L. — 10. *Arimino* nostri veteres et «duo» Oud.; *Arimini* D et rec. — 11. *municipum* Petav., sed de Cujac. et Scal. dubites. — *voluntatis* antiquiores consensu; *voluntate* Dδ et alii rec. — 13. *Tigium* UF, *Tigium* TLV, *Tigium* Cuj., *Tigium* D, *Igium* Lov. — 15. *leg. iiii* H. — *deduci* UH et a pr. m. F. — *Auximumque* L et mox iterum. — 16. *Attius* UF, *Actius* vel *Accius* in ceteris, sed cap. seq. plures, etiam T. *Attius*.

XIII. Adventu Cæsaris cognito, decuriones Auximi ad Attium Varum frequentes conveniunt: docent sui iudicii rem non esse: neque se neque reliquos municipales pati posse C. Cæsarem imperatorem, bene de republica meritum, tantis rebus gestis, oppido mœnibusque prohiberi: proinde habeat rationem posteritatis et periculi sui. Quorum oratione permotus Varus præsidium, quod introduxerat, ex oppido educit ac profugit. Hunc ex primo ordine pauci Cæsaris consecuti milites consistere coegerunt. Commisso prælio deseritur a suis Varus: nonnulla pars militum domum discedit; reliqui ad Cæsarem perveniunt, atque una cum iis deprensus L. Pupius, primi pili centurio, adducitur, qui hunc eundem ordinem in exercitu Cn. Pompeii antea duxerat. At Cæsar milites Attianos collaudat, Pupium dimittit, Auximatibus agit gratias, seque eorum facti memorem fore pollicetur.

XIV. Quibus rebus Romam nuntialis tantus repente terror invasit, ut, cum Lentulus consul ad aperiendum ærarium venisset ad pecuniam Pompeio ex senatusconsulto proferendam, protinus aperto sanctiore arario ex Urbe profugeret. Cæsar enim adventare jam jamque et adesse ejus equites falso nuntiabantur. Hunc Marcellus collega et plerique magistratus consecuti sunt. Cn. Pompeius pridie ejus diei ex Urbe profectus iter ad legiones habebat, quas a Cæsare acceptas in Apulia hiber-

XIII. — 1-2. *Auximii adtimbarum* L. mediis *ad* inserente correctore; *Arrium* V. — 2. *Barum* T; *Varrum* D, sed mox recte. — 6. *Varrus* L. et in seqq. — 11. *his* LH. — *deprehensus* MHDδ. — *Sl.* (indicato in *l* compendio) *Pupius* antiquiores consensu, etiam D, V sequente spatio vacuo, ut fere solet post compen-

*dia*; *pugnis primi* H. — 12. *Guci* VD, et alibi. — 13. *ante addux.* V. — 14. *Auximabus* TUFV, *Auximabiis* L.

XIV. — 16. *Romae* V. — 18. *ad pecuniamque Pompeii* UF. — 19. *profugit* D. — 20. *et om* VD. — 20-21. *nuntiabantur* F. — 21-22. *consecuti* F. quo modo is constanter.

norum causa disposuerat. Delectus circa Urbem intermittuntur: nihil citra Capuam tutum esse omnibus videtur. Capuæ primum sese confirmant et colligunt, delectumque colonorum, qui lege Julia Capuam deducti erant, habere instituunt; gladiatoresque, quos ibi Cæsar in ludo habebat, ad forum productos 5 Lentulus spe libertatis confirmat atque his equos attribuit et se sequi jussit; quos postea monitus ab suis, quod ea res omnium iudicio reprehendebatur, circum familias conventus Campaniæ custodiæ causa distribuit.

XV. Auximo Cæsar progressus omnem agrum Picenum per- 10 currit. Cunctæ earum regionum præfecturæ libentissimis animis eum recipiunt, exercitumque ejus omnibus rebus juvant. Etiam Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat suaque pecunia exædificaverat, ad eum legati veniunt quæque imperaverit se cupidissime facturos pollicentur. Milites imperat : 15 mittunt. Interea legio XII Cæsarem consequitur. Cum his duabus Asculum Picenum proficiscitur. Id oppidum Lentulus Spintther X cohortibus tenebat; qui Cæsaris adventu cognito profugit ex oppido, cohortesque secum abducere conatus, magna parte militum deseritur. Relictus in itinere cum paucis incidit in 20 Vibullium Rufum, missum a Pompeio in agrum Picenum con-

1. *contra Urbem* antiquiores omnes, etiam Lov.; *intra* Dδ et alii rec.; *circa* Nipperdeius, jam olim facta emendatione, ut apparet ex sequente var. H. — *intermittitur* D. — 2. *nihil circa urbem Cap.* H. — 2-3. *primum esse* TLUFD, Cuj., et "quinque" Ond., quod ex V non enotatum. — 4. *Capua* U solus. — 5. *deductos* TL, Petav. — 6. *Lentulus libertatis* TFWH, Cuj., Petav., Lov., sed U *libertati*, ut D et alii; *in libertatem* L. Rem

addito *spe* restituit Nipperdeius. — 8. *familias conventus* codd.; *familias Rubenius*.

XV. — 10. *Auximo Cæsar progressu* antiquiores omnes, etiam D, cujus corrector *Auximo Cæsar progressus*, item δ et haud dubie alii rec. — *Picenum* V pr. — 17-18. *Pisther* L. — 19. *abducere* TLAD, Petav., "tres" Ond. — 21. *Bibullium* plerique codd., hic et mōx; *Babillium* hic UFH; *Iubulium* D corr. et δ.

firmendorum hominum causa. A quo factus Vibullius certior,  
 quæ res in Piceno gererentur, milites ab eo accipit, ipsum  
 dimittit. Item ex finitimis regionibus quas potest contrahit  
 cohortes ex delectibus Pompeianis; in his Camerino fugientem  
 5 Lucilium Hirrum cum sex cohortibus, quas ibi in præsidio ha-  
 buerat, excipit; quibus coactis, XIII efficit. Cum his ad Domi-  
 tium Ahenobarbum Corfinium magnis itineribus pervenit, Cæ-  
 saremque adesse cum legionibus duabus nuntiat. Domitius per  
 se circiter XX cohortes Alba, ex Marsis et Pelignis, finitimis ab  
 10 regionibus coegerat.

XVI. Recepto Firmo expulsoque Lentulo Cæsar conquiri mi-  
 lites, qui ab eo discesserant, delectumque institui jubet: ipse  
 unum diem ibi rei frumentariæ causa moratus Corfinium con-  
 tendit. Eo cum venisset, cohortes V præmissæ a Domitio ex  
 15 oppido pontem fluminis interrumpabant, qui erat ab oppido  
 millia passuum circiter III. Ibi cum antecursoribus Cæsar  
 prælio commisso, celeriter Domitiani a ponte repulsi se in op-  
 pidum receperunt. Cæsar legionibus transductis ad oppidum  
 constitit juxtaque murum castra posuit.

4. *fugiente* nostri præter D. — 5. *Ucil-*  
*lum* antiquiores consensu; *Ucillem* cor-  
 rector D. δ et alii rec.: *Valum* Voss.: *Luci-*  
*lium* Glandorpins. — *Hyrum* U et sim. T:  
*Hyruncum* F; *Hircum* L. — *cum* delevit  
 corrector D. — 7. *Achenob.* TFUV: *Ahen.*,  
*Aen.*, *Hen.*, *En.* alii; *Ahenobardum* LH. —  
*Cohortinium* TLUV; *Cohorthinium* F; *Co-*  
*horfin.* Petav. sec. Oud. . *Corfin.* ap. Fabr.,  
 ut postea omnes. — 7-8. *Cæsarem quoque*  
 L. — 9. *Albam* Gælerus.

XVI. — 11. *Firmo* codd. præter Ursini  
 quendam, unde *oppido* afferunt, quod F

a sec. m. in marg. habet. Editur *Asculo*,  
 quod præcedentia postulant. At illud signifi-  
 ficare videtur Lentulum concessisse Fir-  
 num, quod nomen tuentur hæc Ciceronis  
 ad Pompeium (Att. VIII. 12 B): *Nam illa*  
*causa, quam mihi Vibullius scribit, levis*  
*est: te propterea moratum esse, quod audie-*  
*ris Cæsarem Firmo progressum in castrum*  
*Truentinum venisse.* Em. Hoffmannus con-  
 jecit *recepto Firmo ex itinere pulsoque* L.  
 — 12. *jubet* post *discesserant* in L. — 13.  
*commoratus* L. — 14-15. *ex oppido* om.  
 Lov. — 18. *recipiunt* L. — *traductis* L.



XVII. Re cognita Domitius ad Pompeium in Apuliam peritos regionum, magno proposito præmio, cum litteris mittit, qui petant atque orent ut sibi subveniat: ~ Cæsarem duobus exerci-  
tibus et locorum angustiis facile intercludi posse frumentoque prohiberi. Quod nisi fecerit, se cohortesque amplius xxx ma- 5  
gnumque numerum senatorum atque equitum Romanorum in periculum esse venturum. ~ Interim suos cohortatus tormenta in muris disponit, certasque cuique partes ad custodiam urbis attribuit: militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur, quaterna in singulos jugera et pro rata parte cen- 10  
turionibus evocatisque.

XVIII. Interim Cæsari nuntiatur Sulmonenses, quod oppidum a Corfinio vii millium intervallo abest, cupere ea facere quæ vellet, sed a Q. Lucretio senatore et Attio Peligno prohiberi, qui id oppidum vii cohortium præsidio tenebant. Mittit 15  
eo M. Antonium cum legionis xiii cohortibus v. Sulmonenses, simul atque signa nostra viderunt, portas aperuerunt, universique, et oppidani et milites, obviam gratulantes Antonio exierunt. Lucretius et Attius de muro se dejecerunt. Attius, ad Antonium deductus, petit ut ad Cæsarem mitteretur. Antonius 20  
cum cohortibus et Attio, eodem die quo profectus erat, revertitur. Cæsar eas cohortes cum exercitu suo conjunxit Attiumque incolumem dimisit. Cæsar primis diebus castra magnis operi-

XVII. — 1. *Domitianus* V. — *Appul.* F, sed postea aliter. — 5. *cohortes* L. — 7. *missurum* L. — 8. *disposuit* L. — 10. *xl* in codd.; *quaterna* Glareanus.

XVIII. — 14. *seque a Lucr.* L. — *Lucretio* D in litura, et infra *Lucretius*; δ et alii rec. *Luctetius*, *Luctarius*. — *Attio* TUFV; *Actio* fere ceteri. *Accio* Petav. Item

*mox et c.* 31. — 16. *leg.* VIII TL; *legione* VIII UF. Petav.; *legionibus* VIII VDδ et recentium plures; VIII emendatio Vossii. — 18. *et mil. et opp.* L. — 21. *eodem in die* V. — 22. *Attium* V. — 23. *Cæsar a tribus primis* F, ubi *a* (tenui lineola deletum) interpolationem proderet ad B. G. observatum; in II ante *primis* spatium

bus munire et ex finitimis municipiis frumentum comportare reliquasque copias expectare instituit. Eo triduo legio viii ad eum venit, cohortesque ex novis Galliæ delectibus xvii equitesque ab rege Norico circiter ccc. Quorum adventu altera castra  
 5 ad alteram oppidi partem ponit : his castris Curionem præfecit. Reliquis diebus oppidum vallo castellisque circumvenire instituit. Cujus operis maxima parte effecta, eodem fere tempore missi a Pompeio revertuntur.

XIX. Litteris perlectis, Domitius dissimulans in consilio pro-  
 10 nuntiat Pompeium celeriter subsidio venturum, hortaturque eos, ne animo deficiant, quæque usui ad defendendum oppidum sint parent. Ipse arcano cum paucis familiaribus suis colloquitur consiliumque fugæ capere constituit. Cum vultus Domitii cum oratione non consentiret atque omnia trepidantius timi-  
 15 diusque ageret, quam superioribus diebus consuesset, multumque cum suis consiliandi causa secreto præter consuetudinem colloqueretur, concilia conventusque hominum fugeret, res diutius tegi dissimularique non potuit. Pompeius enim rescripserat : ~ sese rem in summum periculum deducturum non  
 20 esse, neque suo consilio aut voluntate Domitium se in oppidum Corfinium contulisse : proinde, si qua fuisset facultas, ad se cum omnibus copiis veniret. ~ Id ne fieri posset, obsidione atque oppidi circummunitione fiebat.

vacuum; marg. U m. sec. *tribus*, ad *primis* relatum; *tribus primis* Aldina. — 2. *Eodem* T a pr. — VII H. — 6. *circummunire* Petav. sec. Fabr., Bong. 3 — 8. *ad Pompeium* F pr., UVD et recentiores Oudendorpii; *æu Pompeio* Cuj., sed deletum. 7 Fabr.

XIX. — 9. *simulans* corrector D. δ et alii rec. — *concilio* ex nostris L solus. ap. Oud. «plerique.» — 12. *arcanæ* D corr. . δ. — *suis fam.* V; *suis* om. Cuj., Pet. — 13. *instituit* F. Reg. Lond. — *vultus* U. *voluntas* F a correctore. — 16. *secreto* L in marg. a sec.

XX. Divulgato Domitii consilio, milites qui erant Corfinii prima vesperi secessionem faciunt, atque ita inter se per tribunos militum centurionesque atque honestissimos sui generis colloquuntur : "obsideri se a Cæsare, opera munitionesque prope esse perfectas; ducem suum Domitium, cujus spe atque fiducia permanserint, projectis omnibus, fugæ consilium capere : debere se suæ salutis rationem habere." Ab his primo Marsi dissentire incipiunt, eamque oppidi partem, quæ munitissima videretur, occupant, tantaque inter eos dissensio existit, ut manum conserere atque armis dimicare conentur: post paulo tamen, internuntiis ultro citroque missis, quæ ignorabant de L. Domitii fuga cognoscunt. Itaque omnes uno consilio Domitium productum in publicum circumsistunt et custodiunt, legatosque ex suo numero ad Cæsarem mittunt : "separatos esse portas aperire, quæque imperaverit facere et L. Domitium vivum ejus potestati tradere."

XXI. Quibus rebus cognitis Cæsar, etsi magni interesse arbitrabatur quam primum oppido potiri cohortesque ad se in castra traducere, ne qua aut largitionibus aut animi confirmatione aut falsis nuntiis commutatio fieret voluntatis, quod sæpe in bello parvis momentis magni casus intercederent, tamen veritus ne militum introitu et nocturni temporis licentia oppidum diriperetur, eos qui venerant collaudat atque in oppidum dimittit, portas murosque adservari jubet. Ipse in iis operibus,

XX. — 2. *primo* V. — *itu* L. inter versus: *itu vel per se vel* (hoc inter versus) V. — 3-4. *tribunum* TLUFV. Lov., Petav. — 4. *collocuntur* L. — 9-10. *extitit* LD. — 10. *atque cornis* F pr. — *conucentur*

D corr., δ. — 16. *in ejus potestatem* UFD et recentiores Oud.

XXI. — 21. *intercidereut* L. — 24. *portasque et muros* L. — *in his* ex uno H affertur; *his* reliqui, sine præp.; *iis* Bong. 3.

quæ facere instituerat, milites disponit non certis spatiis intermissis, ut erat superiorum dierum consuetudo, sed perpetuis vigiliis stationibusque, ut contingant inter se atque omnem munitionem expleant; tribunos militum et præfectos circummittit  
 5 atque hortatur, non solum ab eruptionibus caveant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus adservent. Neque vero tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquiret. Tanta erat summæ rerum expectatio, ut alius in aliam partem mente atque animo traheretur, quid ipsis Cor-  
 10 finiensibus, quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret, qui quosque eventus exciperent.

XII. Quarta vigilia circiter, Lentulus Spinther de muro cum vigiliis custodibusque nostris colloquitur: ~ velle, si sibi fiat potestas, Cæsarem convenire. ~ Facta potestate, ex oppido  
 15 mittitur, neque ab eo prius Domitiani milites discedunt, quam in conspectum Cæsaris deducatur. Cum eo de salute sua \* agit\*, orat atque obsecrat ut sibi parcat, veteremque amicitiam commemorat, Cæsarisque in se beneficia exponit, quæ erant maxima: ~ quod per eum in collegium pontificum venerat, quod  
 20 provinciam Hispaniam ex prætura habuerat, quod in petitione consulatus erat sublevatus. ~ Cujus orationem Cæsar interpel-  
 lat: ~ se non maleficii causa ex provincia egressum, sed uti se

3. *vigiliis et que* om. F. — *se æque* UVV, *se æque* Lov. — *omnem* om. F. — *h. trib. . . . præfect.* TUF et alii compendio, unde singularis in H, Petav. — *atque* pr. L. — 6. *observent* UF et duo rec. ap. Oud. — *Neque eo* codd.: *vero* Faernus *et* vet. libro. ~ — 8. *summa* codd.: *summe* Lipsius. — *ut nullus* in marg. D, δ et

alii rec. — 10-11. *acciderit* T a pr., D.

XII. — 12. *circiter* vig. L. — 14. *potestatis* T a pr.: *pot. fiat* L. — 16. *conspectu* TL, Scal., Lov. — *Cum eum* V. — *sua (sui D) orat* codd.; *agit* aptissime supplevit Thom. Bentleius. — 20. *ex præfectura* L, Lov., et compendio T. — 21. *sublimatus* L. — 22. *extra provinciam* D.

a contumeliis inimicorum defenderet, ut tribunos plebis in ea re ex civitate expulsos in suam dignitatem restitueret, ut se et populum Romanum factione paucorum oppressum in libertatem vindicaret. ~ Cujus oratione confirmatus Lentulus, ut in oppidum reverti liceat, petit : ~ quod de sua salute impetraverit, fore etiam reliquis ad suam spem solatio; adeo esse perterritos nonnullos, ut suæ vitæ durius consulere cogantur. ~ Facta potestate discedit.

XXIII. Cæsar, ubi luxit, omnes senatores senatorumque liberos, tribunos militum equitesque Romanos ad se produci 10 jubet. Erant quinque ordinis \*senatorii\*, L. Domitius, P. Lentulus Spinther, L. Cæcilius Rufus, Sex. Quintilius Varus quæstor, L. Rubrius; præterea filius Domitii aliique complures adolescentes et magnus numerus equitum Romanorum et decurionum, quos ex municipiis Domitius evocaverat. Hos omnes 15 productos a contumeliis militum conviciisque prohibet; pauca apud eos loquitur, quod sibi a parte eorum gratia relata non sit pro suis in eos maximis beneficiis; dimittit omnes incolumes. HS LX, quod advexerat Domitius atque in publico de-

1. *in cont.* U. ead. m. correctum. — 3. *factione* FU, non H. — 3-4. *libertati vind.* D pr. et tres rec.

XXIII. — 9. *illuxit* D. δ et alii rec. — *senatorum* L. — 11. *Erant L* vel *quingenta ordines* codd.; quod correxit Davidsius; et sequuntur nomina quinque. Em. Hoffmannus malebat: *Erant quinquaginta* (scil. universi): *ordinis senatorii* L. Dom. — P. om. UF. — 12. *Spinther* (vel *Spinter*). L. *Cæcilius* (Cælic. H) *Spinther*, *Rufus Sextus* (*Sextius* V). *Quint.* codices. Post Scaligerum legebatur L. *VIBULLIUS Rufus*.

quem non fuisse senatorii ordinis observavit Mommsen. *Quintus* (non L.) *Cæcilius Q. F.* (sine cognomine) inter senatores Cæsari adversantes legitur in senatusconsulto quod refert Cicero Ad fam. VIII. 8. — 13. *quam plures* L, non T. — 17. *sibi aperte* TFHD δ et alii rec. — 19. *h. l. /.* T; *h* LX UF; *hoc* *hc* H; LX V. Scal.: «HS LX vel H LX Cuj., Lov., Petav., Voss.» Oud. Est *sestertium sexagies*. Pro his L *peculium*, suprascripto ead. m. *vel stipendium*; D in ras., δ et alii rec. *Aurum.* — *advexerat* L.

posuerat, allatum ad se ab duumviris Corfiniensibus Domitio reddit, ne continentior in vita hominum quam in pecunia fuisse videatur, etsi eam pecuniam publicam esse constabat datamque a Pompeio in stipendium. Milites Domitianos sacramentum apud se dicere jubet atque eo die castra movet justumque iter conficit, vii omnino dies ad Corfinium commoratus, et per fines Marrucinorum, Frentanorum, Larinatium in Apuliam pervenit.

XXIV. Pompeius, his rebus cognitis quæ erant ad Corfinium gesta, Luceria proficiscitur Canusium atque inde Brundisium. Copias undique omnes ex novis delectibus ad se cogi jubet: servos, pastores armat atque iis equos attribuit: ex his circiter ccc equites conficit. L. Manlius prætor Alba cum cohortibus sex profugit, Rutilus Lupus prætor Tarracina cum tribus: quæ procul equitatum Cæsaris conspiciatæ, cui præerat Vibius Curius, relicto prætore, signa ad Curium transferunt atque ad eum transeunt. Item reliquis itineribus nonnullæ cohortes in agmen Cæsaris, aliæ in equites incidunt. Reducitur ad eum depressus ex itinere N. Magius Cremona, præfectus fabrum Cn. Pompeii.

1. *ab iis* vel *his viris* codd.; *a bis viris* Cuj. sec. Vossium; *a ii viris* Aldus. — 2. *reddidit* L. — 3. *esse publicam* U; *fuisse* L. — 6. *apud C.* L. — 7. *Marrucin.* V. *Marrucianor.* D corr. — *Frentanorum* F. *Ferentinorum* D. Lov. (qui *Ferrent.*), δ et alii rec.

XXIV. — 10. *Brundisium* LVD; alterum ex uno Petav. affert Oud. — 11. *delectis* F. — 12. *atque iis* U, *hiis* TL, *his* FVD et alii. — 13. *Manilius* L corr.: *Mallius* Lov. — *Albam* nostri et « plerique » Oud.; in F lineola super *ā* erasa

— 14. *Rutulius* F. — *Tarrachina* TLUF. Petav., Lov.; *Tarracinam* Dδ et alii rec. — *quæ* om. nostri præter LD: est a sec. in marg. U et inter versus F. — 15. *Bivius* e dd.; nisi quod L *Bivius*: correxit Glandorp. — 15-16. *Currius* F, bis; *Curius prætor* L. — 17. *non mille coh.* LD. — 18. *aliam* TUFV, *alias* D, Voss.; *alie* U a corr., L, δ et non nominati ap. Oud.: *alii* corrector F. — *deprehensus* LF (non UH) D. — 19. *Cn.* vel *Gn. Mag.* codd.; *N.* (*Numerius*) Perizonius, ex Epistolis Cic. — *Cremonæ* TL, Scal., Petav.

Quem Cæsar ad eum remittit cum mandatis : ~ quoniam ad id tempus facultas colloquendi non fuerit, atque ipse Brundisium sit venturus, interesse reipublicæ et communis salutis se cum Pompeio colloqui; neque vero idem profici longo itineris spatio, cum per alios conditiones ferantur, ac si coram de omnibus 5 conditionibus disceptetur. ~

XXV. His datis mandatis, Brundisium cum legionibus vi pervenit, veteranis iii, ac reliquis quas ex novo delectu confecerat atque in itinere compleverat : Domitianas enim cohortes protinus a Corfinio in Siciliam miserat. Repperit consules Dyr- 10 rhachium profectos cum magna parte exercitus, Pompeium remanere Brundisii cum cohortibus viginti; (neque certum inveniri poterat, obtinendine Brundisii causa ibi remansisset, quo facilius omne Hadriaticum mare extremis Italiæ partibus regionibusque Græciæ in potestate haberet atque ex utraque parte 15 bellum administrare posset, an inopia navium ibi restitisset;) veritusque ne ille Italiam dimittendam non existimaret, exitus administrationesque Brundisini portus impedire instituit. Quorum operum hæc erat ratio : qua fauces erant angustissimæ portus, moles atque aggerem ab utraque parte littoris jaciebat, quod 20 his locis erat vadosum mare. Longius progressus, cum agger altiore aqua contineri non posset, rates duplices quoque versus pedum xxx e regione molis collocabat. Has quaternis ancoris

2. *atque ad se* codd.; *ipse* Gicconius. — *Ebrundesidium* UFH. Etiam D in his *Brundis*. — 3. *ut comm.* TLUFV, Lov.

XXV. — 8. *iii at rel.* UFH, Voss.; *iii ut* TLV; *iii et* Petav.; *iii ac* Bong. 3; *iii at (ac δ)* Dδ: *iv cum* Lov. — 10. *Repperit* codd. — 10-11. *Dyrrach.* TUFV et alii, fere constanter. — 13. *obtinendine*

*causa Brundisii* V. — 14. *Adr.* U (eraso H) LV. — 14-15. *reg.* om. L. — 15. *potestate* etiam T. — 16. *remansisset* D corr.; δ et alii rec. — 17. *estimaret* F. — 18. *admin.* om. L pr. — 20. *molem* LV — 22. *quover-*  
*sus* codd.; correxit Nipperdeus. — 23. *LIIT* F, Scal. et Petav.; quod, vel certe *LIIT*, necessarium esse censet

ex iv angulis destinabat, ne fluctibus moverentur. His perfectis collocatisque alias deinceps pari magnitudine rates iungebat. Has terra atque aggere integebat, ne aditus atque incursus ad defendendum impediretur; a fronte atque ab utroque latere  
 5 eratibus ac pluteis protegebat: in quarta quaque earum turres binorum tabulatorum excitabat, quo commodius ab impetu navium incendiisque defenderet.

XXVI. Contra hæc Pompeius naves magnas onerarias, quas in portu Brundisino deprehenderat, adornabat. Ibi turres cum  
 10 ternis tabulatis erigebat, easque multis tormentis et omni genere telorum completas ad opera Cæsaris appellebat, ut rates perrumperet atque opera disturberet. Sic quotidie utrimque  
 eminus fundis, sagittis reliquisque telis pugnabatur. Atque hæc Cæsar ita administrabat, ut conditiones pacis dimittendas non  
 15 existimaret; ac tametsi magnopere admirabatur Magium, quem ad Pompeium cum mandatis miserat, ad se non remitti, atque ea res sæpe tentata etsi impetus ejus consiliaque tardabat, tamen omnibus rebus in eo perseverandum putabat. Itaque Caninium Rebilum legatum, familiarem necessariumque Scribonii Libo-  
 20 nis, mittit ad eum colloqui causa; mandat ut Libonem de concilianda pace hortetur: imprimis, ut ipse cum Pompeio colloqueretur, postulat: magnopere sese confidere demonstrat, si

Gœlerus, et *triginta* eis quæ dicentur vix sufficiunt; *pedum* in plerisque compendio *p.*, omittunt FH. — 1. *destinabat* velustiores consensu, etiam D; *destinabat* δ. — 3. *contegebat* D corr., δ. — *ne* om. TUFV, D pr., Scal.; *ut aditus* L, D corr., δ; *ne aditus et reditus* Dorv., Lov. — 7. *defenderent* V.

XXVI. — 10. *deus tab.* L. — *ex omni* L. — 11. *appellebat* THD. — 12. *præ-rump.* L. — 16. *reverti* L. — 17. *temptata* codd., ut solent. — 18. *Corbium Caninium* tres recentissimi. — 19. *Rebilium* LVD. — *legat.* UH et F a pr. — *necessarium* nostri omnes et «quinque» Ond. — 20. *mandat* F a sec. inter versus.



ejus rei sit potestas facta, fore ut æquis conditionibus ab armis discedatur; cujus rei magnam partem laudis atque existimationis ad Libonem perventuram, si illo auctore atque agente ab armis sit discessum. Libo a colloquio Caninii digressus ad Pompeium proficiscitur. Paulo post renuntiat, quod consules absint. 5 sine illis non posse agi de compositione. Ita sæpius rem frustratentatam Cæsar aliquando dimittendam sibi judicat et de bello agendum.

XXVII. Prope dimidia parte operis a Cæsare effecta, diebusque in ea re consumptis ix, naves a consulibus Dyrrhachio re- 10 missæ, quæ priorem partem exercitus eo deportaverant, Brundisium revertuntur. Pompeius sive operibus Cæsaris permotus, sive etiam quod ab initio Italia excedere constituerat, adventu navium profectionem parare incipit, et quo facilius impetum Cæsaris tardaret, ne sub ipsa profectione milites oppidum ir- 15 rumperent, portas obstruit, vicos plateasque inædificat, fossas transversas viis præducit atque ibi sudes stipitesque præacutos defigit. Hæc levibus cratibus terraque inæquat: aditus autem atque itinera duo, quæ extra murum ad portum ferebant, maximis defixis trabibus atque eis præacutis præsepit. His paratis 20 rebus, milites silentio naves conscendere jubet, expeditos autem ex evocatis, sagittariis funditoribusque raros in muro turribusque disponit. Hos certo signo revocare constituit, cum omnes milites naves conscendissent, atque iis expedito loco actuaria navigia relinquit.

25

h. ad colloquio. T a pr.

XXVII. — 13. de Ital. V, et in II de erasum ante ab. — instituerat F. — 16. ac fossas nostri consensu (ac transversas

foss. L). Petav. et recentes, quorum duo inædificatas foss. — 20. His peracutis H, pro varia lect. — 24. his codd. hüs L.

XXVIII. Brundisini, Pompeianorum militum injuriis atque ipsius Pompeii contumeliis permoti, Cæsaris rebus favebant. Itaque cognita Pompeii profectio, concursantibus illis atque in ea re occupatis, vulgo ex tectis significabant. Per quos re cognita Cæsar scalas parari militesque armari jubet, ne quam rei gerendæ facultatem dimittat. Pompeius sub noctem naves solvit. Qui erant in muro custodiae causa collocati, eo signo, quod convenerat, revocantur, notisque itineribus ad naves decurrunt. Milites positis scalis muros ascendunt, sed moniti a Brundisinis, ut vallum cæcum fossasque caveant, subsistunt, et longo itinere ab his circumducti ad portum perveniunt, duasque naves cum militibus, quæ ad moles Cæsaris adhæserant, scaphis linitibusque reprehendunt, reprehensas excipiunt.

XXIX. Cæsar, etsi ad spem conficiendi negotii maxime probabat coactis navibus mare transire et Pompeium sequi, priusquam ille sese transmarinis auxiliis confirmaret, tamen ejus rei moram temporisque longinquitatem timebat, quod omnibus coactis navibus Pompeius præsentem facultatem insequendi sui ademerat. Relinquebatur ut ex longinquioribus regionibus Galliae Picenique et a freto naves essent expectandæ. Id propter anni tempus longum atque impeditum videbatur. Interea veterem exercitum, duas Hispanias confirmari, quarum erat altera

XXVIII. — 2. *Cæsaris partibus* L. — 4. *ignibus signif.* Carrar. et tres alii rec. — 5-6. *neque rei... dimittant* D, Lov., δ et alii rec. — 8. *noctisque* TUFV, Petav. et nonnulli rec. — 10. *vallem cecum fossisque* TL. — 13. *deprehendunt, depreh.* Dδ et alii rec.

XXIX. — 15. *ad om.* L. — 15-16. *probat* V. — 17. *illic* T corr., L, qui *se illic*, omisso *sese*, pro quo *esse* TV, om. Lov. — 20. *longinquis* L. — 21. *adessent* L. *ad expungens.* — 22. *impeditum atque longum.* L. — 23. *erat alter* (compendio scriptum) TL.

maximis beneficiis Pompeii devincta, auxilia, equitatum parari, Galliam Italiamque tentari se absente nolebat.

XXX. Itaque in praesentia Pompeii sequendi rationem omittit, in Hispaniam proficisci constituit; duumviris municipiorum omnium imperat, ut naves conquirant Brundisiumque deducendas curent. Mittit in Sardiniam cum legione una Valerium legatum, in Siciliam Curionem pro praetore cum legionibus 11; eundem, cum Siciliam recepisset, protinus in Africam transducere exercitum jubet. Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato; Africam sorte Tubero obtinere debebat. Caralitani, 10 simul ad se Valerium mitti audierunt, nondum profecto ex Italia, sua sponte Cottam ex oppido ejiciunt. Ille perterritus, quod omnem provinciam consentire intelligebat, ex Sardinia in Africam profugit. Cato in Sicilia naves longas veteres reficiebat, novas civitatibus imperabat. Haec magno studio agebat. In 15 Lucanis Brutiisque per legatos suos civium Romanorum delectus habebat, equitum peditumque certum numerum a civitatibus Siciliae exigebat. Quibus rebus paene perfectis, adventu Curionis cognito, queritur in concione sese projectum ac proditum a Cn. Pompeio, qui omnibus rebus imparatis- 20 simis non necessarium bellum suscepisset, et ab se reliquisque in senatu interrogatus omnia sibi esse ad bellum apta ac

XXX. — 5. *inquirant* V. — 6. *curent* F. — *legione* 1 UF. — 7. *prop. R.* TL, *pro PR.* UF. Palat.; *pro praetore* Petav.; *pro populo Romano* V, *praetorem cum legatis* Lov. — *legionibus* vel *leg. 111* vel *tribus* codd.; 11 verum esse ostendit Em. Hoffmann., et tertium ductum ex casus notatione *b*, non raro addita, ortum videri. — 10. *Catto* L, et infra. — *Caralitati* V.

*Callaritati* D corr. — 13. *intelligit* Lov.,  $\delta$  et alii rec. — 15. *Hoc* L. — 16. *Brutusq.* TL, *Brutiisq.* UV. *Bruc.* F. — 18. *Siciliae* L inter versus. — 20. *Gueo* D. — 20-21. *imparatissimis* nostri (compendio praepositionis *per*, ut aliquoties in *parte*) praeter L, qui *impar.*; F *imparitissimus* a correctore, *imparatissimus* Petav. — 21. *bell. intulisset* D, Voss.

parata confirmavisset. Hæc in concione questus ex provincia fugit.

XXXI. Nacti vacuas ab imperiis Sardiniam Valerius, Curio Siciliam, cum exercitibus eo perveniunt. Tubero, cum in Africam venisset, invenit in provincia cum imperio Attium Varum: qui ad Auximum, ut supra demonstravimus, amissis cohortibus, protinus ex fuga in Africam pervenerat atque eam sua sponte vacuam occupaverat, delectuque habito duas legiones effecerat, hominum et locorum notitia et usu ejus provinciæ nactus aditus ad ea conanda, quod paucis ante annis ex prætura eam provinciam obtinuerat. Hic venientem Uticam navibus Tuberonem portu atque oppido prohibet, neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur, sed sublatis ancoris excedere eo loco cogit.

XXXII. His rebus confectis Cæsar, ut reliquum tempus a labore intermitteretur, milites in proxima municipia deducit: ipse ad Urbem proficiscitur. Coacto senatu, injurias inimicorum commemorat. Docet se nullum extraordinarium honorem appetisse, sed expectato legitimo tempore consulatus eo fuisse contentum, quod omnibus civibus pateret. Latum ab x tribunis plebis, contradicentibus inimicis, Catone vero acerrime repugnante et pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente,

2. *profugit* D et duo rec.

XXXI. — 3. *vacuas provincias* D corr.,  $\delta$ , Lov. et alii rec.; quam vocem L post *imperii*s habet, omittens *Sardin.*,  $\alpha$  corr. additum. — 5. *cum imp.* om. L, qui *Actuanvarum*. — 8. *effecerat* om. V. — 9. *notitiam et usum* L. — 10. *et præt.* nostri præter D corr. et  $\delta$ . — 12. *valit*,

codd. — 13. *terra* nostri præter D $\delta$ . Deinde *ponitur* T pr., ead. m. correctus.

XXXII. — 15. *a* om. V. — 17. *Et acto* TL, Scal. — 20-21. *ab octribus plebis* TL: *x trib;* *pplis* V. — 21-22. *Catonem...* *repugnantem...* *extrahentem* nostri omnes et recentes Oudendorpii.

ut sui ratio absentis haberetur, ipso consule Pompeio: qui si improbasset, cur ferri passus esset? si probasset, cur se uti populi beneficio prohibuisset? ~ Patientiam proponit suam, cum de exercitibus dimittendis ultro postulavisset; in quo jacturam dignitatis atque honoris ipse facturus esset. Acerbitatem inimicorum docet, qui, quod ab altero postularent, in se recusarent atque omnia permisceri mallent quam imperium exercitusque dimittere. Injuriam in eripiendis legionibus prædicat, crudelitatem et insolentiam in circumscribendis tribunis plebis: conditiones a se latis, expetita colloquia et denegata commemorat. Pro quibus rebus hortatur ac postulat ut rempublicam suscipiant atque una secum administrent. ~ Sin timore defugiant, illis se oneri non futurum et per se rempublicam administraturum. Legatos ad Pompeium de compositione mitti oportere; neque se reformidare, quod in senatu Pompeius paulo ante dixisset, ad quos legati mitterentur, his auctoritatem attribui timoremque eorum qui mitterent significari. Tenuis atque infirmi hæc animi videri. Se vero, ut operibus antea studuerit, sic justitia et æquitate velle superare. ~

XXXIII. Probat rem senatus de mittendis legatis; sed qui mitterentur non reperiuntur, maximeque timoris causa pro

2. *cur fieri* LD (non  $\delta$ ) et tres rec. — *pass' et si* T; *passus esset, et si* UF; *sin prob.* Petav., duo rec. — *cursu uti* TUF pr.; *cur suo* D corr.,  $\delta$  et duo rec., præterea *populum* corrector D. — 4. *ultra* TLUV, *ultro* F. — 5. *et hon.* LV. — 6. *quid quod ab alterorum (altero non* UF) *postul.* TLUF, in quo *d* craso, *qui* correctum. — 7. *vellent* V. — 8. *legibus* codd.; *legionibus* Aldus. — *judicat* var. in marg.

D. — 10. *et exp.* D corr; *expedita* LA; *impedita* Lov. — 11-12. *rem susc.* V. — 13. *illi se oneri non defuturum* D et aliquot rec. — 17. *attribuit* TLUFV. — *significare* iidem. — 18. *Si vero* iidem. — *opibus anteiri* iidem. Hæc omnia ut edita sunt leguntur in D (nisi quod *anteiri*), Cujac. et Petav. — 19. *atque æquit.* L.

XXXIII. — 21. *repper.* TUF. — *maximeque* F.

se quisque id munus legationis recusabat. Pompeius enim discedens ab Urbe in senatu dixerat eodem se habiturum loco qui Romæ remansissent et qui in castris Cæsaris fuissent. Sic tri-  
 duum disputationibus excusationibusque extrahitur. Subjicitur  
 5 etiam L. Metellus, tribunus plebis, ab inimicis Cæsaris, qui hanc rem distrahat reliquasque res, quascumque agere instituerit, impediatur. Cujus cognito consilio Cæsar, frustra diebus aliquot consumptis, ne reliquum tempus amittat, infectis iis quæ agere destinaverat, ab Urbe proficiscitur atque in Ulterio-  
 10 rem Galliam pervenit.

XXXIV. Quo cum venisset, cognoscit missum a Pompeio Vibullium Rufum, quem paucis ante diebus Corfinio captum ipse dimiserat; profectum item Domitium ad occupandam Massiliam navibus actuariis septem, quas Igili et in Cosano a pri-  
 15 vatis coactas servis, libertis, colonis suis compleverat; præmissos etiam legatos Massilienses domum, nobiles adolescentes, quos ab Urbe discedens Pompeius erat adhortatus, ne nova Cæsaris officia veterum suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis acceptis, Massilienses portas Cæsari clausurant: Albicos, barbaros homines, qui in eorum fide  
 20

4. *excusati omnibusque* TV; *omnibusque* solum L. — 8. *mittat* TLUF, Pet., Lov.; *omittat* Dδ et non nominati ap. Ond.; *amittat* Nipperdeius. — 8. *is* T; *hiis* LF; *his* UVD. — 9. *et in* L.

XXXIV. — 11. *pervenisset* L. — *missum in Hispaniam* editur post Aldum, quorum in notis codd. vestigium nullum. — 12. *Vibellium* vel *Iubellium* codd., illud distincte in antiquioribus, qui aliter c. 38. — *Corfinii* cod. quidam Ursini. —

13. *dimiserat profectum*; *item* TF et fort. U; altera distinctione *item profectum* LDδ et «plerique» Ond.; ex V non enotatum. — *occupandum* D et non nominati Ond. — 14. *Sigili* (*Sigilli* L, *Sigili* Lov.) *et in Casano* codd. antiquiores, *Casano* L. Petav.; *Cosano* cod. quidam Ursini; *quas Sicilia et Sardinia* D (ultimum in ras.), δ; *Siciliae et Sardiniae* Leid. 2, Bong. 3. — 20. *clausurant* D. — *Albicos* TUV; *Albiceos* D. — *homines* om. F.

antiquitus erant montesque supra Massiliam incolebant. ad se vocaverant; frumentum ex finitimis regionibus atque ex omnibus castellis in urbem convexerant; armorum officinas in urbe instituerant; muros, portas, classem reficiebant.

XXXV. Evocat ad se Cæsar Massilia xv primos. Cum his 5 agit, ~ ne initium inferendi belli ab Massiliensibus oriatur : debere eos Italiæ totius auctoritatem sequi potius, quam unius hominis voluntati obtemperare. ~ Reliqua quæ ad eorum sanandas mentes pertinere arbitrabatur commemorat. Cujus orationem legati domum referunt atque ex auctoritate hæc Cæsari 10 renuntiant : ~ intelligere se divisum esse populum Romanum in partes duas; neque sui iudicii neque suarum esse virium discernere utra pars justiorem habeat causam. Principes vero esse earum partium Cn. Pompeium et C. Cæsarem, patronos civitatis; quorum alter agros Volcarum Arecomicorum et Helvio- 15 rum publice iis concesserit, alter bello victos Sallyas attribuerit vectigaliaque auxerit. Quare paribus eorum beneficiis parem se quoque voluntatem tribuere debere, et neutrum eorum contra alterum juvare aut urbe aut portibus recipere. ~

2. *atque in omn.* TLUV; *atque ex omn.* D (in quo *ex* erasum) δ et non nominati ap. Oud.; *atque omn.* F. — 3. *evexerant* T. ead. m. correctum. — 4. *clausam* (pro *class.*) TU; *clausu*, ut videtur. F pr. *classem* corrector; *clausim* Lov.; *claustris* L; *et classem* D a sec., δ.

XXXV. — 5. *Massiliam* TLUF; *Massilia* VDδ et alii rec.; *Massiliæ* Lov. — *Cum quis* V; *is* T, *iis* U, *hiis* L. — 6. *ne bellum ab* L pr., *initium belli* corrector; *iniciendi* V. — 7. *pertinere* om. F. — 8. *esse pop.* inter versus in F. *esse* in L. — *Romanum*

*abest a nostris omnibus et ~sex~* Oud., in quibus Petav. — 12. *partes duas* UVFδ et non nominati ap. Fabr., ceteri *duas partes*. — 12-13. *discere* V; *decernere* Gronovius. — 14. *illarum* L. sine *esse*. — 15. *Volgarum* codd., *Vulg.* U. — 15-16. *Illo- rum* codd. plurimi, *Ill.* L, *Illo- rum* T, *Illiorum* V; *Helviorum* Lipsius. — 16. *is* T; ceteri fere *his*. — *victus Gallias* codd. plerique, quod correxit Glandorp; *victas Gallie* TV, *Gallie* L. — 17. *auerit* UH. — 19. *iubare* T. — *an portibus* F; *an porticus* T; *aut portu* L; *portibus* unus D.

XXXVI. Hæc dum inter eos aguntur, Domitius navibus Massiliam pervenit atque, ab iis receptus, urbi præficitur: summa ei belli administrandi permittitur. Ejus imperio classem quoquoersus dimittunt; onerarias naves, quas ubique possunt, 5 deprehendunt atque in portum deducunt, parum clavis aut materia atque armamentis instructis ad reliquas armandas reficiendasque utuntur; frumenti quod inventum est in publicum conferunt; reliquas merces commeatusque ad obsidionem urbis, si accidat, reservant. Quibus injuriis permotus Cæsar legiones 10 tres Massiliam adducit: turres vineasque ad oppugnationem urbis agere, naves longas Arelate numero xii facere instituit. Quibus effectis armatisque diebus xxx, a qua die materia cæsa est, adductisque Massiliam, his D. Brutum præficit, C. Trebonium legatum ad oppugnationem Massiliæ relinquit.

XXXVII. Dum hæc parat atque administrat, C. Fabium legatum cum legionibus iii, quas Narbone circumque ea loca hiemandi causa disposuerat, in Hispaniam præmittit, celeriterque saltus Pyrenæos occupari jubet, qui eo tempore ab L. Afranio legato præsidiis tenebantur. Reliquas legiones, quæ 20 longius hiemabant, subsequi jubet. Fabius, ut erat imperatum, adhibita celeritate præsidium ex saltu dejecit, magnisque itineribus ad exercitum Afranii contendit.

XXXVI. — 1. *inter eos dum* L. — 2. *iis* U. ceteri nostri *his*, ut Lov. — 3. *bella administranda* T pr. — *Ejus quoque classem imperio versus* L; *classem imperio* (sed ordine signis correcto) *quoquoersus* T, ut ceteri. — 4. *ubi poss.* TL. — 5. *instructus* L a pr. — 8-9. *urbis accidant* TLUFV; *si accidat* D (sed *si inter versus*) δ. — 9. *referuntur*. *Quibus imperiis* L — 12. *arma-*

*tisque diebus* et *a* om. UF. *Quibus armatis effectisque xxx<sup>ma</sup> die* L. — 13. *D.* om. H. Margo D: «al. *demon.*» — *præfecit* D corr. δ et alii rec. — 14. *relinquit* LD. Cujac. et recentes.

XXXVII. — 17. *hiemandi causa*, vid. F. Hofmann. p. 74. — 18. *saltus*, «l. *montes*» F inter versus a sec. — *Pyrenos* LD. — 19. *leg.* om. F. — 21. *dejecit ex saltu* F



XXXVIII. Adventu L. Vibullii Rufi, quem a Pompeio mis-  
 sum in Hispaniam demonstratum est. Afranius et Petreius et  
 Varro, legati Pompeii, quorum unus Hispaniam Citeriorem\* tri-  
 bus legionibus, alter Ulteriorem\* a saltu Castulonensi ad Anam  
 duabus legionibus, tertius ab Ana Vettonum agrum Lusitaniam- 5  
 que pari numero legionum obtinebat, officia inter se partiun-  
 tur, uti Petreius ex Lusitania per Vettones, cum omnibus copiis,  
 ad Afranium proficiscatur, Varro cum iis quas habebat legio-  
 nibus omnem Ulteriorem Hispaniam tueatur. His rebus consti-  
 tutis, equites auxiliaque toti Lusitaniæ a Petreio, Celtiberiæ. 10  
 Cantabris, barbarisque omnibus qui ad Oceanum pertinent,  
 ab Afranio imperantur. Quibus coactis, celeriter Petreius per  
 Vettones ad Afranium pervenit, constituuntque communi con-  
 silio bellum ad Ilerdam propter ipsius loci opportunitatem  
 gerere. 15

XXXIX. Erant, ut supra demonstratum est, legiones Afra-  
 nii tres, Petreii duæ, præterea scutatae [citerioris provinciæ] et  
 cetratae [ulterioris Hispaniæ] cohortes circiter LXX equitum-  
 que [utriusque provinciæ] circiter v millia. Cæsar legiones in

XXXVIII. — 1. *Iubuli* TUF. *Iubuli* L  
 (qui sine L.). *Vibuli* V, *Iubili* D, alii  
*Bibuli*, *Vibellii* (sic Petav.), *Vibili*.  
 Oud. — 2. *Hispania* TUFV, Scal. — 3.  
*mius* V. — *in Hisp.* Petav., qui om. *citer*.  
 Hiatum orationis explevit Nipperdeius. —  
 5. *ab* om. L, Scal. — *Bettonum* UF. *Be-*  
*tonum* TLV, sed iidem mox *Vettones*. LV  
*Vectones*, eademque in ceteris varietas ap.  
 Oud. *Beretomum* D. *Bettolonum* δ, sed po-  
 stea *Vettones*. Petav. constanter *Betones*.  
 — 5. *Dusitan.* F. — 8. *hiis* L, *his ce-*  
*teri nostri*. — 10. *totius* vel *tocius* codd.;

*toti* Stephanus. — 13. *ad ævarium* vel  
*ævarium* TLV. — 14. *adigerdam* T et  
 margo F; *adgertam* U pr., sec. *ad Iler-*  
*tan.*, tert. *ad Ilerdam*. F *adiertam*. L  
*adierdam*. V *Ilerdam* sec. manu illatum.  
*Ilerd.* D. Sed in sequentibus non aber-  
 rant a recta forma nominis.

XXXIX. — 17-19. Verba *citerioris*  
*provinciæ*, mox *ulterioris Hisp.* et *utrius-*  
*que provinciæ* insititia esse disputavit Nip-  
 perdeius, p. 138; cuius uncas retinui,  
 etsi rem nondum pro certa et explorata  
 habens. — 18. *equitatumque* UV.

Hispaniam præmiserat vi, auxilia peditum v millia, equitum iii  
 millia, quæ omnibus superioribus bellis habuerat, et parem ex  
 Gallia numerum, quem ipse paraverat, nominatim ex omnibus  
 civitatibus nobilissimo quoque evocato, huc optimi generis ho-  
 5 minum ex Aquitanis montanisque, qui Galliam provinciam at-  
 tingunt, \*adjecerat. \*\*\*\* audierat Pompeium per Mauritaniam  
 cum legionibus iter in Hispaniam facere confestimque esse  
 venturum. Simul a tribunis militum centurionibusque mutuas  
 pecunias sumpsit; has exercitui distribuit. Quo facto duas res  
 10 consecutus est, quod pignore animos centurionum devinxit et  
 largitione militum voluntates redemit.

XL. Fabius finitimarum civitatum animos litteris nuntiisque  
 tentabat. In Sicore flumine pontes effecerat duos, distantes inter  
 se millia passuum iv. His pontibus pabulatum mittebat, quod  
 15 ea quæ citra flumen fuerant superioribus diebus consumpserat.

1. præmiserat (*prætermiserat* F) ad 11  
 (vel *sex*) *milia auxilia* codd., sed U sine  
*milia*. Erant legiones vi. Em. Hoffmannus  
 conjecit vi. Ad illa auxilia. — *peditum*  
*nulla* nostri omnes, et octo ap. Oud., quo-  
 rum nonnulli, ut videtur, *milia nulla*. Nip-  
 perdeius *peditum r milia*, coll. Cic. Ad Att.  
 IX. 13. — 2. *quæ omnibus* unus Cujac.,  
 reliqui om. *quæ*. — 3. *quam* (*quamquam*  
 TV) *ipse paraverat* (*paraverat* F) antiquiores  
 consensu, nempe Galliam excepta Provin-  
 cia, quo servato Hellerus *effecerat* inse-  
 ruit post *evocato*. Quod editur *quem ipse*  
*paraverat* D et recentiores Oud.; *petiverat*  
 δ et cod. Brant. — 4. *nobilissimo et for-*  
*tissimo* recentiores Oudendorpii et fort.  
 Cujac.; *fort. et* (hæc in marg.) *nob.* D;  
*nob. quoque et fort.* δ. — *huic* nostri omnes  
 præter L, qui *hinc* cum rec : *huic* etiam

Scal. et Lov.; *huc* codex Ach. Statii. —  
*optimo* V. — 5. *montanis* D, Voss. — *in*  
*ante Gall.* expunctum in L. — 6. *addide-*  
*rat* sive *adjecerat* suppleverunt critici, a  
 quo vocabulo librarius, ut fil. ad simile  
*audierat* properatione delatus est. Helleri  
 conjectura est : *adjecerat* [*quattuor millia :*  
*quos omnes aut præmittendos aut secum du-*  
*centos statuit, quod*] *audierat*... Verum  
 recte observasse videntur critici cum per-  
 ditis vocibus excidisse nomen ducis Pom-  
 peiani, velut *Africanus*; eorum enim quæ  
 sequuntur de Cæsare, narrante ipso, pro-  
 babile esse nihil. Conf. c. 60. — *Mauret.*  
 F constanter. — 8. *tribus militum centurio-*  
*nibus* V. Lov.

XL. — 13. *effecit* L. — *distantes a se*  
 L. Pet. — 14. *passus* V fere constanter pro  
 genit. — *Is pont.* T. — 15. *diebus* om. TUFV.

Hoc idem fere atque eadem de causa Pompeiani exercitus duces faciebant, crebroque inter se equestribus prœliis contendebant. Huc cum quotidiana consuetudine egressæ pabulatoribus præsidio [propiore \*ponte\*] legiones Fabianæ duæ flumen transissent, impedimenta<sup>que</sup> et omnis equitatus sequeretur, subito vi iumentorum et aquæ magnitudine pons est interruptus et reliqua multitudo equitum interclusa. Quo cognito a Petreio et Afranio ex aggere atque cratibus quæ flumine ferebantur, celeriter suo ponte Afranius, quem oppido castrisque conjunctum habebat, legiones iv equitatumque omnem trajecit, duabusque Fabianis occurrit legionibus. Cujus adventu nuntiato L. Plancus, qui legionibus præerat, necessaria re coactus locum capit superiorem diversamque aciem in duas partes constituit, ne ab equitatu circumveniri posset. Ita congressus impari numero magnos impetus legionum equitatusque sustinet. Commisso ab equitibus prœlio, signa legionum duarum procul ab utrisque conspiciuntur, quas C. Fabius ulteriore ponte subsidio nostris miserat, suspicatus fore id quod accidit, ut duces adversariorum occasione et beneficio fortunæ ad nostros opprimendos uterentur. Quarum adventu prœlium dirimitur, ac suas uterque legiones reducit in castra.

2. *inter se* om. V. — 3. *Cum cottid.* L. *Cum* in ras. posito, sine *huc*. — *congressæ* codd.; *egressæ* Jurinio auctore Nipperdeius; *congressis* F. Holmamius; aptius esset *egressis*. — 4. *proprio* codd. præter T. qui *proprio re* legiones, syllaba *re* punctis submotata; unde *propiore ponte* scripsit Nipperdeius. Ego unciis hæc inclusi, qui *propiores* olim exaratum et hoc interpolatoris esse censeam, qui has legiones ab alteris duabus distinguere vellet, de quibus mox narratur, paullo longius.

ut putabat, a fluminis ripa tendentibus. — 5-6. *subito iumentorum* codd.; *uiment.* H; unus Norvicensis *vi iumentorum*, jam in primis edd. reductum ex ipso Cæsare, qui c. h1. *pons tempestate interruptus*. — 6. *interratus* U. — 8. *et crat.* Petav., δ et multi rec. — *suos* F. — 10. *iii eq.* TL. — *duabus* T pr., U pr. — 14. *impari* TUF. — 15. *legiones* V. ead. m. *i* superposito: *legionem* T; *legionumque* Pet. — 15-16. *ab equitatibus* L., *ab equitatu* V. — 18. *id* om. L.

XLI. Eo biduo Cæsar cum equitibus dccc., quos sibi præsi-  
 dio reliquerat, in castra pervenit. Pons, qui fuerat tempestate  
 interruptus, pæne erat relictus: hunc noctu perfici jussit. Ipse,  
 cognita locorum natura, ponti castrisque præsidio sex cohortes  
 5 reliquit atque omnia impedimenta, et postero die omnibus co-  
 piis triplici instructa acie ad Herdam proficiscitur et sub castris  
 Afranii constitit, et ibi paulisper sub armis moratus facit æquo  
 loco pugnandi potestatem. Potestate facta, Afranius copias edu-  
 cit et in medio colle sub castris constituit. Cæsar, ubi cognovit  
 10 per Afranium stare quominus prælio dimicaretur, ab infimis ra-  
 dicibus montis, intermissis circiter passibus cccc., castra facere  
 constituit, et ne in opere faciundo milites repentino hostium  
 incursu exterrerentur atque opere prohiberentur, vallo muniri  
 vetuit, quod eminere et procul videri necesse erat, sed a fronte  
 15 contra hostem pedum xv fossam fieri jussit. Prima et secunda  
 acies in armis, ut ab initio constituta erat, permanebat: post  
 hos opus in occulto a in acie fiebat. Sic omne prius est per-  
 fectum quam intelligeretur ab Afranio castra muniri. Sub  
 vesperum Cæsar intra hanc fossam legiones reducit atque ibi  
 20 sub armis proxima nocte conquiescit.

XLII. Postero die omnem exercitum intra fossam continet

XLI. — 1. *ibi* codd. præter D. fort. etiam V. — 3. *præruptus* V. — *nocte* TL. Scal. — 4. *ex cohortis* TUFV, Petav.: *et cohortis* L.: *cohortes* D. qui in marg.: *et al. ex cohortibus*, et sic Lov., δ et alii rec. — 5. *reliquit* TLV et «duo» Ond.: *reteri relinquit*. — *cum omnibus* L. — 10. *per om.* nostri omnes et Oudendorpii præter duos, ut videtur. — 12. *faciendo* unus δ. — 13-14. *muniri* (*munire* V) *metuit* TLV.

— 15. *castra* (*castris* T pr.: *castrorum* corr. D) *contra* codd.: *castra* eiecit Aldus — quod verbo *muniri* in marg. adjectum huc aber-  
 raverit. 5 Forchhanum. — *pedes* F. — 17. *hoc opus* nostri, Cuj., Pet. et alii ap. Oud., qui nihil de Scal. — *Hos* videtur initio fuisse in Bong. 3. — Fabric. — VIII (sine a) *acie* TL: *acies tertia faciebat* D corr., δ. Bong. 3 a sec. — *omne opus prius* V. — 19. *deducit* D corr. et δ.

et, quod longius erat agger petendus, in praesentia similem rationem operis instituit, singulaque latera castrorum singulis attribuit legionibus munienda, fossasque ad eandem magnitudinem perfici jubet; reliquas legiones in armis expeditas contra hostem constituit. Afranius Petreiusque terrendi causa atque 5 operis impediendi copias suas ad infimas montis radices producunt, et praelio lacesunt; neque idcirco Caesar opus intermitit, confisus praesidio legionum trium et munitione fossae. Illi non diu commorati, nec longius ab infimo colle progressi, copias in castra reducunt. Tertio die Caesar vallo castra com- 10 munit; reliquas cohortes, quas in superioribus castris reliquerat, impedimentaque ad se traduci jubet.

XLIII. Erat inter oppidum Herdam et proximum collem, ubi castra Petreius atque Afranius habebant, planities circiter passuum ccc., atque in hoc fere medio spatio tumulus erat paulo 15 editior; quem si occupavisset Caesar et communisset, ab oppido et ponte et comneatu omni, quem in oppidum contulerant, se interclusurum adversarios confidebat. Hoc sperans legiones in ex castris educit, acieque in locis idoneis instructa, unius legionis antesignanos procurrere atque eum tumulum occupare 20 jubet. Qua re cognita, celeriter quae in statione pro castris erant Afranii cohortes breviori itinere ad eundem occupan-

XLII. — 1. *praesentiam* UFL., Scal. — 5. *terendi* T. — 6. *suas cop.* L. — 7-8. *intermisit* T., Scal., Petav., sed T transverso ductu imposito litteram *f* in *r* vertere voluisse videtur. — 10-11. *communuit* F. — 11. *quas* om. V. a sec. habet L.

XLIII. — 13. *in oppido Herda et proximo colle* codd.; *inter oppidum Herdam et proxi-*

*mum collem*, primum a Vascosano editum, ex aliquo codice Ursini affertur. — 14. *Franius* TUF. — *planicia* TUF. — 15. *passuum* om. TV, Bong. 3; *pedum* L. — 16. *communivisset* TLF, Lov., Bong. 3. — 17. *contulerat* TUF. — 19. *structa* TUFV, Petav.; *constructa* Lov.,  $\delta$  et alii recent.

dum locum mittuntur. Contenditur prælio, et quod prius in tumultum Afraniani venerant, nostri repelluntur atque aliis summissis subsidiis terga vertere seque ad signa legionum recipere coguntur.

5 XLIV. Genus erat pugnae militum illorum, ut magno impetu primo procurerent, audacter locum caperent, ordines suos non magnopere servarent, rari dispersique pugnarent: si premerentur, pedem referre et loco excedere non turpe existimarent, cum Lusitanis reliquisque barbaris \*barbaro\* genere  
 10 quodam pugnae assuefacti: quod fere fit, quibus quisque in locis miles inveteraverit, ut multum earum regionum consuetudine moveatur. Haec tum ratio nostros perturbavit insuetos hujus generis pugnae: circumiri enim sese ab aperto latere procurrentibus singulis arbitrabantur: ipsi autem suos ordines  
 15 servare neque ab signis discedere neque sine gravi causa eum locum, quem ceperant, dimitti censuerant oportere. Itaque perturbatis antesignanis, legio quae in eo cornu constiterat locum non tenuit atque in proximum collem sese recepit.

XLV. Cæsar, pæne omni acie perterrita, quod præter opinionem consuetudinemque acciderat, cohortatus suos legionem  
 20 nonam subsidio ducit: hostem insolenter atque acriter nostros

1-2. prius Afranii in tumultum ven. L.  
 — pelluntur L. — 2-3. summissis TLD a pr.  
 — 3. praesidiis D corr., δ et alii rec.

XLIV. — 6. concurrerent UF. — 7. magno opere UF. — 9. reliquis L. — barbaro inseruit F. Hofmannus. — 10. ad sue facti F. — quibus om. F pr. — in om. L correctus; a pr. quisque omissum erat. — 11. uti multum Dδ. ut militum L.

— 12. tum etiam T. — 13. generis om. L. — 14. ordine UF. ordinem H. — 16. consuerant Dδ. et forl. V. — Ita L. — 18. locum tenuit nostri omnes, quod ex Scal. et recentibus modo memorat Oud.: sese tenuit Petav. — recipit V.

XLV. — 21. non eam F pr., novam T. Petav., duo Oud. — subducit L pr., subsidio ducit corrector.

insequentem suppressit, rursusque terga vertere seque ad oppidum Ilerdam recipere et sub muro consistere cogit. Sed nonæ legionis milites elati studio, dum sarcire acceptum detrimentum volunt, temere insecuti longius fugientes, in locum iniquum progrediuntur et sub montem, in quo erat oppidum positum Ilerda, succedunt. Hinc se recipere cum vellent, rursus illi ex loco superiore nostros premebant. Præruptus locus erat, utraque ex parte directus, ac tantum in latitudinem patebat, ut tres instructæ cohortes eum locum explerent, ut neque subsidia ab lateribus submitti neque equites laborantibus usui esse possent. Ab oppido autem declivis locus tenui fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter cccc. Hac nostris erat receptus, quod eo incitati studio inconsultius processerant: hoc pugnabatur loco et propter angustias iniquo, et quod sub ipsis radicibus montis constiterant, ut nullum frustra telum in eos mitteretur. Tamen virtute et patientia nitebantur atque omnia vulnera sustinebant. Augebatur illis copia, atque ex castris cohortes per oppidum crebro submittebantur, ut integri defessis succederent. Hoc idem Cæsar facere cogebatur, ut summissis in eundem locum cohortibus defessos reciperet.

20

XLVI. Hoc cum esset modo pugnatum continenter horis quinque, nostrique gravius a multitudine premerentur, con-

2. *uoræ* TVδ, Petav., duo Ond. — 4. *insecuti legiones fug.* D, Carr., Voss.: *insecuntur fugientes et in* δ, et sine *fugientes* Lov. — 5. *monte* TLUFV, Scal., Petav., Lov. — 6. *Ilerdam* TV. — 7. *ex loco superiore terga* codex non nominatus ap. Fabric., novo exemplo aberrans ad eadem verba quæ versus finem cap. XLVII demum leguntur. — 8. *tantam* U a pr.

— 11. *editus locus* L in ras. paulo latiore. δ et alii rec.; *deditus* D, Voss. — 12. *longitudinæ* UF. — *cccc circiter* T. — 15. *in eos telum* L. — 17. *Augebantur illis (illic δ) copię* UFDδ et rec. Ond. — 18. *crebro per opp. coh.* L. — 19. *submiss.* T sec., L. — 20. *suis coh.* tres rec.

XLVI. — 21. *Hoc loco cum* δ et alii rec. (nec abest modo).

sumptis omnibus telis, gladiis dextris impetum adversus montem in cohortes faciunt, paucisque dejectis, reliquos sese convertere cogunt. Summotis sub murum cohortibus ac nonnulla parte propter terrorem in oppidum compulsis, facilis est nostris  
 5 receptus datus. Equitatus autem noster ab utroque latere, etsi dejectis atque inferioribus locis constiterat, tamen summum in jugum virtute conicitur, atque inter duas acies perequitans commodiorem ac tutiorem nostris receptum dat. Ita vario certamine pugnatum est. Nostri in primo congressu circiter LXX  
 10 ceciderunt, in his Q. Fulginius ex primo hastato legionis XIV, qui propter eximiam virtutem ex inferioribus ordinibus in eum locum pervenerat; vulnerantur amplius DC. Ex Afranianis interficiuntur T. Cæcilius, primi pili centurio, et præter eum centuriones IV, milites amplius CC.

15 ALII. Sed hæc ejus diei præfertur opinio, ut se utrique superiores discessisse existimarent: Afraniani, quod, cum esse omnium judicio inferiores viderentur, comminus tam diu stetitissent et nostrorum impetum sustinuissent et initio locum tumultumque tenuissent, quæ causa pugnandi fuerat, et nostros  
 20 primo congressu terga vertere coegissent: nostri autem, quod iniquo loco atque impari congressi numero quinque horis præ-

1. *dextris* F pr., corrector *distr.*, ut ceteri antiquiores, etiam D. — 6. *dilectis* TV; *disjectis* U, *diject.* FH. — *constiterit* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — *summum* (sine *in*) TLUFV; *summum in* D, duo ap. Ond.; *summa in* Forchhammerus (sed in H *summam* manus casu aberrans, in T liquido *summum*). — 7. *conicitur* codd.; *conicitur* V. — *duas legiones* L ante correctionem. — 9. *in* om. L. — 10. *hisque*

*Fulg.* U, F pr. — *hastato* om. V, relicto vacuo spatio. — 12. *vulneratur* TLV, quorum solus V aliter distinguit. — *Afranians* L, et in seqq. — 13. *C.* (pro *T.*) H a sec.

ALII. — 16-17. *omnium esse* U. — 18. *sustinuissent quæ* mediis omissis UFH. — 21. *numero quod quinque* UF, Carr., Voss.; *congressi essent quod quinque* (sine *numero*) D $\delta$  et alii rec.



lium sustinuissent, quod montem, gladiis dstrictis, ascendissent, quod ex loco superiore terga vertere adversarios coegissent atque in oppidum compulissent. Illi cum tumulum, pro quo pugnatum est, magnis operibus muniverunt præsidiumque ibi posuerunt.

5

XLVIII. Accidit etiam repentinum incommodum biduo quo hæc gesta sunt. Tanta enim tempestas cooritur, ut numquam illis locis majores aquas fuisse constaret. Tum autem ex omnibus montibus nives proluit ac summas ripas fluminis superavit pontesque ambo, quos C. Fabius fecerat, uno die interrupit. 10 Quæ res magnas difficultates exercitui Cæsaris attulit. Castra enim, ut supra demonstratum est, cum essent inter flumina duo, Sicorim et Gingam, spatio millium xxx, neutrum horum transiri poterat, necessarioque omnes his angustiis continebantur. Neque civitates, quæ ad Cæsaris amicitiam accesserant, 15 frumentum supportare: neque ii qui pabulatum longius progressi erant, interclusi fluminibus, reverti: neque maximi comitatus, qui ex Italia Galliaque veniebant, in castra pervenire poterant. Tempus erat autem difficillimum, quo neque frumenta in acervis erant neque multum a maturitate aberant: ac 20

1. *dstrictis* TF, Petav.; ceteri fere *distr.* — 4. *muniverunt* TUF (*munner.* H), "quattuor" Oud. (non L); reliqui *munierunt.* — *præsidium* TLV, D a sec., Petav.: *et præsidium* Lov., δ et alii rec.

XLVIII. — 7. *cooritur* T. *cohoritur* UF. — 8. *majoris* TUF. — 9. *nivis* LD, sed δ *nives*, alii rec. *nix.* — *proluitur* Scal.; *pluit* L; *profluit* V. — 10. *ambos* F a sec., VD. — 13. *Sicorim* F. *Sicorum* UDD et alii rec. — *mille* V. — 14. *transferri* L. — *his angustias* F. — 16. *sup-*

*portarent quod hi vel ii* TLV. — 17-18. *comitatus* codd.; *comitatus* Beroaldus. — 19. *autem erat* UFL et nonnulli Oud.: vulgo *anni* additur ex "codice Ursini" (non U). — 20. *in hibernis* codd. (*hyb.* T), quod ab re alienum est: *ex hibernis erant noraque multum* Em. Hoffmannus: *in acervis* F. Hofmann. collato Columella II. 21: *Messis facienda est, ut potius in area et in acerro quam in agro grandescant frumenta.* Ut quæ tum in agris erant frumenta nec cibo bona essent nec pabulo.

civitates exinanitæ, quod Afranius pæne omne frumentum ante  
 Cæsar adventum Herdam convexerat, reliqui si quid fuerat,  
 Cæsar superioribus diebus consumpserat: pecora, quod secun-  
 dum poterat esse inopiæ subsidium, propter bellum finitimæ  
 5 civitates longius removerant. Qui erant pabulandi aut frumen-  
 tandi causa progressi, hos levis armaturæ Lusitani peritique  
 earum regionum cetrati Citerioris Hispaniæ consecabantur:  
 quibus erat proclive tranare flumen, quod consuetudo eorum  
 omnium est, ut sine utribus ad exercitum non eant.

10 XLIX. At exercitus Afranii omnium rerum abundabat copia.  
 Multum erat frumentum provisum et convectum superioribus  
 temporibus, multum ex omni provincia comportabatur: magna  
 copia pabuli suppetebat. Harum omnium rerum facultates sine  
 ullo periculo pons Herdæ præhebat et loca trans flumen inte-  
 15 gra, quo omnino Cæsar adire non poterat.

L. Hæ permanserunt aquæ dies complures. Conatus est  
 Cæsar reficere pontes: sed nec magnitudo fluminis permittebat,  
 neque ad ripam dispositæ cohortes adversariorum perfici pa-  
 tiebantur: quod illis prohibere erat facile cum ipsius fluminis  
 20 natura atque aquæ magnitudine, tum quod ex totis ripis in  
 unum atque angustum locum tela jaciebantur: atque erat dif-

1. *a civitate* TV; *at* (*ac* H a pr.) *civitates* UFD, Voss.; *et civ.* L; *ac* om. Pet.; *civitates citeriores* posei observat Gælerus. — 2. *reliquis* U; *reliquum* V. — 3-4. *secundum quod* L. — 4. *esse in opere* nostri omnes et "sex" Oud.; *in imo* L *inopie*. — 7. *centrati* UH; *centrati* D; *centurati* δ et pauci Oud. — 8. *earum* T pr. — 9.

*sine utrisque* nostri et "sex" Oud., sed *sine utribus* L.

XLIX. — 13. *Harum omnium facultates* D, *rerum* illato ante *omnium*. — 15. *que* L.

L. — 16. *Hæc* T a pr.; *Har* D in ras. — 19. *tum ips.* Dδ et alii rec. — 20. *tum* om. TLV, Lov.; et δ.

licile eodem tempore rapidissimo flumine opera perficere et tela vitare.

Ll. Nuntiatur Afranio magnos commeatus, qui iter habebant ad Cæsarem, ad flumen constitisse. Venerant eo sagittarii ex Rutenis, equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis, ut fert gallica consuetudo. Erant præterea cujusque generis hominum millia circiter vi cum servis liberisque: sed nullus ordo, nullum imperium certum, cum suo quisque consilio uteretur, atque omnes sine timore iter facerent, usi superiorum temporum atque itinerum licentia. Erant complures honesti adolescentes, senatorum filii et ordinis equestris; erant legationes civitatum; erant legati Cæsaris. Hos omnes flumina continebant. Ad hos opprimendos cum omni equitatu tribusque legionibus Afranius de nocte proficiscitur, imprudentesque ante missis equitibus aggreditur. Celeriter sese tamen Galli equites expediunt præliumque committunt. Ii dum pari certamine res geri potuit, magnum hostium numerum pauci sustinere; sed, ubi signa legionum appropinquare cœperunt, paucis amissis, sese in proximos montes conferunt. Hoc pugnae tempus magnum attulit nostris ad salutem momentum: nacti enim spatium se in loca superiora receperunt. Desiderati sunt eo die sagittarii circiter cc. equites pauci, calonum atque impedimentorum non magnus numerus.

Ll. — 3. *Nuntiantur* T pr. — *comitatus* codd., falso, ut cap. 48. — 3-4. *habent* UF, Voss. — 5. *Ruptevis* L. — 9. *judicio* L, supraposito *consilio*. — *usu* antiquiores consensu; in D correctum puncto sub extrema parte litteræ *u* posito; *usi* δ et alii rec. — 12. *Hos* L inter versus.

— 14. *et tribus* L. — *de noctu* D corr.: *die noctuque* δ et alii rec. — 16. *equites* om. L. — 16-17. *Id dum* antiquiores omnes, δ et pars recentium, præter L, qui *Hi dum*, idemque D a pr. m. — 19. *se* (non *sese*) post *montes* in L. — 21. *superiora loca* L.

LII. His tamen omnibus annona crevit: quæ fere res non  
 solum inopia præsentis, sed etiam futuri temporis timore in-  
 gravescere consuevit. Jamque ad denarios L in singulos modios  
 annona pervenerat, et militum vires inopia frumenti deminue-  
 5 rat, atque incommoda in dies augebantur: [et] tam paucis  
 diebus magna erat rerum facta commutatio ac se fortuna in-  
 clinaverat, ut nostri magna inopia necessariorum rerum con-  
 flictarentur, illi omnibus abundarent rebus superioresque  
 haberentur. Cæsar iis civitatibus, quæ ad ejus amicitiam ac-  
 10 cesserant, quod minor erat frumenti copia, pecus imperabat:  
 calones ad longinquiores civitates dimittebat: ipse præsentem  
 inopiam quibus poterat subsidiis tutabatur.

LIII. Hæc Afranius Petreiusque et eorum amici pleniora  
 etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant. Multa  
 15 rumor adfingebat, ut pæne bellum confectum videretur. Qui-  
 bus litteris nuntiisque Romam perlatis magni domum concur-  
 sus ad Afranium magnæque gratulationes fiebant: multi ex  
 Italia ad Gn. Pompeium proficiscebantur, alii, ut principes  
 talem nuntium attulisse, alii ne eventum belli expectasse aut  
 20 ex omnibus novissimi venisse viderentur.

LII. — 3. *ad VL* codd., T cum *a* super  
 1 posito. Quo *denarios* indicari vidit Aldus.  
 — 4-5. *diminuerat* Dδ et ceteri recentes.  
 — 5. *et* recte secluserit F. Hofmannus. —  
 6. *mutatio*. *Hac se* L; *Hac* etiam TV. —  
 8. *omnium* et *superioribus* (ut videtur) F  
 a pr. m. — 9. *haberentur Cæsaribus civi-*  
*tatibus* TLV, distinctione post *accesserant*  
 demum posita. — *iis* om. H (in vacuo  
 spatio), δ et alii rec.; *his* D. — 10. *quo*  
 sive *quo minor* codd.; correxit Stephanus.  
 — 12. *subsidium tutabantur* T a pr., *sub-*

*sidium* etiam L a pr. m. Quod depravati  
 verbi correctionem subministrare potest.  
*subsidiis mitigabat*.

LIII. — 14-15. *Multarum rumore orat*  
*(orat L) fugebant* TL; *multa rumores (ru-*  
*more V) fugebant* Scal., V; *multa rumor*  
*fugebat* UFDδ nec pauci ap. Ond.; recte  
 Stephanus *adfingebat*, quo ducit scriptura  
 TL. — 15. *bellum pæne* H; *plane* D corr.  
 — 17. *magnæ* D corr., δ et non nominati  
 Ond. — *gratulationis* T pr. — 19. *tale* L.  
 — *ut ex* UVV, Lov.; *vel ex* H a sec.

LIV. Cum in his angustiis res esset, atque omnes viæ ab Afranianis militibus equitibusque obsiderentur, nec pontes perfici possent, imperat militibus Cæsar, ut naves faciant, cujus generis eum superioribus annis usus Britanniae docuerat. Carinae ac prima statumina ex levi materia fiebant; reliquum corpus navium, viminibus contextum, coriis integebatur. Has perfectas carris junctis devehit noctu millia passuum a castris XII. militesque his navibus flumen transportat, continentemque ripae collem improviso occupat. Hunc celeriter, priusquam ab adversariis sentiatur, communit. Huc legionem postea trajecit, 10 atque ex utraque parte pontem instituit, biduo perficit. Ita commeatus et qui frumenti causa processerant tuto ad se recipit et rem frumentariam expedire incipit.

LV. Eodem die equitum magnam partem flumen trajecit. Qui inopinantes pabulatores et sine ullo dissipatos timore aggressi magnum numerum jumentorum atque hominum intercipiunt, cohortibusque cetratis subsidio missis, scienter in duas partes sese distribuunt, alii ut prædæ præsidio sint, alii ut

LIV. — 1. *Dum* D. — 2. *Africanii* δ, Carr.; *Africanii servis mil.* D. Voss. — 4. *Britt.* TVH. — *docuerant* UFD, nimirum post *carinae* distinguentes. — 5. *ac primū* vel *primum* codd., quod correxit Nipperdeius. — *stramine* (pro *stat.*) corrector D. δ nec pauci rec. — *ex levi* TVL, de quo errat Oud., ut Scal., Cuj., Petav. quoque *ex* habere videntur, de quibus nihil in nostro exempl. Fabr.; *et levi a nat.* UF; *et levi m.* Dδ, Lov. — *faciebant* T a pr. — 6. *intextum* L. — 7. *mille passibus* V, ut in his solet; *mil. pass.* UF. — 8. *iis* UF. — *flumine* T a pr. — 10. *transiecit*

UFVδ, Lov.; *transie .c̃. atque* T; *transire .C. atque* (hoc in marg.) L; *trajecit* D; *trajicit* plures, ut videtur, Oudendorpii. — 11. *ab utr.* L. — *institutum* UFVDD. — 12. *comitatus* Scal. — *frumentū* T; *frumentandi* Petav.

LV. — 14. *transjecit* V et tres ap. Fabr. — 16. *jam magnum* TLδ, Scal., Petav., Lov.; *quam magnum* UFD et plures Oud.; ex V nihil enotatum. Particulam recte eiecit Nipperdeius, forl. ex dittographia ortam, *aggressi ima magn.* — 17. *cohortibus* T. — *centuriatis* codd., correxit P. Manutius; conf. cap. 48.

venientibus resistant atque eos propellant, unamque cohortem, quæ temere ante ceteras extra aciem procurrerat, seclusam ab reliquis circumveniunt atque interficiunt, incolumesque cum magna præda eodem ponte in castra revertuntur.

5 LVI. Dum hæc ad Herdam geruntur, Massilienses, usi L. Domitii consilio, naves longas expediunt numero xvii, quarum erant xi tectæ. Multa huc minora navigia addunt, ut ipsa multitudine nostra classis terreatur. Magnum numerum sagittariorum, magnum Albicorum, de quibus supra demonstratum est,  
10 imponunt, atque hos præmiis pollicitationibusque incitant. Certas sibi deposcit naves Domitius atque has colonis pastoribusque, quos secum adduxerat, complet. Sic omnibus rebus instructa classe, magna fiducia ad nostras naves procedunt, quibus præerat D. Brutus. Hæc ad insulam, quæ est contra  
15 Massiliam, stationes obtinebant.

LVII. Erat multo inferior numero navium Brutus: sed electos ex omnibus legionibus fortissimos viros, antesignanos, centuriones, Cæsar ei classi attribuerat, qui sibi id muneris deposcerant. Hi manus ferreas atque harpagones paraverant,  
20 magnoque numero pilorum, tragularum reliquorumque telorum se instruxerant. Ita cognito hostium adventu, suas naves ex portu educunt, cum Massiliensibus confligunt. Pugnatum est utrimque fortissime atque acerrime: neque multum Albici

2. cæteras F.

LVI. — 5. usi om. Petav. — 6. navis TF in his locis fere constanter. naves U. — 7. huc Dδ et alii rec. — 9. monstratum L. — 10. et pollicitationibus L.

— 12. eduxerat D, Voss.: adduxit δ et alii rec. — 14. Hæc U, Hæc F, D pr., Lov.

LVII. — 16. navium numero L. — 16-17. delectos D. — 20. numero om. T. ante verbum instrux. ponit L. — 23. Albicci T.

nostris virtute cedebant, homines asperi et montani, exercitati in armis; atque hi modo digressi a Massiliensibus recentem eorum pollicitationem animis continebant, pastoresque Domitii, spe libertatis excitati, sub oculis domini suam probare operam studebant.

5

LVIII. Ipsi Massilienses et celeritate navium et scientia gubernatorum confisi nostros eludebant, impetusque eorum non excipiebant et, quoad licebat latiore uti spatio, producta longius acie circumvenire nostros, aut pluribus navibus adoriri singulas, aut remos transcurrentes detergere, si possent, con- 10 tendebant; cum propius erat necessario ventum, ab scientia gubernatorum atque artificiis ad virtutem montanorum confugiebant. \*Nostri\* cum minus exercitatis remigibus minusque peritis gubernatoribus utebantur, qui repente ex onerariis navibus erant producti, neque dum etiam vocabulis armamento- 15 rum cognitis, tum etiam tarditate et gravitate navium impe-

1. *atque mont.* Petav. — *et exerc.* nostri consensu, Petav., «quattuor» Oud. — 2. *degressi* UFLV, «quattuor» Oud.: *a* omittunt omnes. — 3. *eodem* TLUFV δ et «quattuor» Oud.; *eorum* D et correctores UF; *eorumlem* Scal., Petav., Lov. et nonnulli rec. — 3-4. *pastoresque indomiti* codd.; imo *Domitii*, quod ubi scripseram, suavissimo colloquio Cobetus se quoque coniecisse narravit. — 4. *domi* L: *dominis* UF; *Domitii* D corr., δ et alii rec.

LVIII. — 7. *eludebant* D a pr. — 7-8. *eorum excipiebant* codd.; ñ addidit Kraenerus, quod etiam in optimis libris B. G. bis terve excidit. Em. Hoffmannus coniecit *exciebant*; cod. Buslid. ap. Fabr. *exibant*. — 8. *quod* unus Ursini. — *ut*

*spatio* codd. plerique, *ut* om. Dδ et nonnulli rec., *aut sp.* Voss. et Ursini unus: *uti* restituit Vossius. — 10. *discurrentes* D. — *deterere* antiquiores omnes, etiam δ, *deterere* Scal., Petav., nisi indiligenter lectum; *detergere* D, antiquus corrector et margo U. — 12. *artificis* codd., in T eadem m. correctum; *artificum* V. — 12-13. *confug.* om. L pr. — 13. *Nostri* adiecit Aldus, quod ob mirum compendium sæpe *nihil* lectum in B. G. quoque bonis codd. omitti vidimus. — *quo minus* TLVDδ et alii; *qui minus* UF, Petav., Voss. et alii duo rec.; *quo ex quom* ortum esse vidit Elberling. — 13-14. *minus peritisque* F pr. — 15. *neque etiam dum* D. — 15-16. *armamentorum* UFD pr.; *armatorum* L.

diebantur : factæ enim subito ex humida materia non eundem  
 usum celeritatis habebant. Itaque, dum locus comminus pu-  
 gnandi daretur, æquo animo singulas binis navibus objicie-  
 bant atque injecta manu ferrea et retenta utraque nave diversi  
 5 pugnabant, atque in hostium naves transcendebant, et magno  
 numero Albicorum et pastorum interfecto, partem navium de-  
 primunt, nonnullas cum hominibus capiunt, reliquas in por-  
 tum compellunt. Eo die naves Massiliensium cum iis, quæ  
 sunt captæ, intereunt ix.

10 LIX. Hoc primum Cæsari ad Herdam nuntiatur: simul per-  
 fecto ponte celeriter fortuna mutatur. Illi perterriti virtute equi-  
 tum minus libere, minus audacter vagabantur, alias non longo  
 a castris progressi spatio, ut celerem receptum haberent, an-  
 gustius pabulabantur, alias longiore circuitu custodias statio-  
 15 nesque equitum vitabant, aut aliquo accepto detrimento aut  
 procul equitatu viso, ex medio itinere projectis sarcinis fugie-  
 bant. Postremo et plures intermittere dies et præter consuetu-  
 dinem omnium noctu constituerant pabulari.

LX. Interim Oscenses et Calagurritani, qui erant cum Os-  
 20 censibus contributi, mittunt ad eum legatos seseque imperata

1. subito om. L. — 2. habuerant nostri  
 consensu præter L., qui habuerunt. Oud.  
 habebant ut ex suis præter «quinque.» —  
 communis item omnes nostri; communius  
 Oud. sine var. — 4. nave om. L. — 5.  
 atque nostri naves D; in host. om. Voss. —  
 6. partim UF, et in illius margine Partim  
 nurium, ut memorabile. — 8. his codd.,  
 hiis L.

LIX. — 10. primum cum Cæsari D (qui

fort. tum a pr.) δ et alii rec. — 12. alii  
 uou D corr., δ et alii rec. — longe TLUFV.  
 Pet. — 13. u om. L. — 14. pabulantur  
 nostri omnes præter D. — alii D corr., δ  
 et alii rec. — 15. ut aliquo D corr., δ. —  
 17. complures D. Voss. — 17-18. consue-  
 tudines T a pr. — 18. constituerant D.

LX. — 19. Obscenses L. «quidam  
 mss.» Oudendorpii. — Calogurv. Petav.,  
 Bong. 3.



facturos pollicentur. Hos Tarraconenses et Iacetani et Ausetani et paucis post diebus Illurgavonenses, qui flumen Hiberum attingunt, insequuntur. Petit ab his omnibus, ut se frumento juvent. Pollicentur atque omnibus undique conquisitis jumentis in castra deportant. Transit etiam cohors Illurgavonensis ad 5 eum, cognito civitatis consilio, et signa ex statione transfert. Magna celeriter commutatio rerum. Perfecto ponte, magnis quinque civitatibus ad amicitiam adjunctis, expedita re frumentaria, extinctis rumoribus de auxiliis legionum, quæ cum Pompeio per Mauritaniam venire dicebantur, multæ longin- 10 quiores civitates ab Afranio desciscunt et Cæsaris amicitiam sequuntur.

LXI. Quibus rebus perterritis animis adversariorum, Cæsar, ne semper magno circumitu per pontem equitatus esset mittendus, nactus idoneum locum fossas pedum xxx in latitudinem 15 complures facere instituit, quibus partem aliquam Sicoris averteret vadumque in eo flumine efficeret. His pæne effectis, magnum in timorem Afranius Petreiusque perveniunt, ne omnino frumento pabuloque intercluderentur, quod multum Cæsar equitatu valebat. Itaque constituunt ipsi locis excedere et in Celli- 20 beriam bellum transferre. Huic consilio suffragabatur etiam illa res, quod ex duobus contrariis generibus quæ superiore bello cum Sertorio steterant civitates, victæ nomen atque imperium

1. *Terrac.* UFL. — *Auscitani* Scal. —  
2. *Illurguon.* F, altero *u* super *ao* posito.  
— 3. *his ab D; omnibus his L.* — 4. *con-*  
*quisitiis T.* — 5. *Lurgar.* nostri præter V,  
sed modo iidem *Ill.* — 12. *secuntur LU.*  
hic supra. l. 3. *insequuntur.* ubi TL *inse-*  
*cuntur.*

LXI. — 15. *pedes F.* — *altitudinem L.*

— 16. *Sicores T, Sicoros L.* — 17. *adi-*  
*tunque in D* corr.,  $\delta$  et duo alii rec. —  
19-20. *equitatu Cæsar L.* — 21. *subfrag.*  
TUF. — *etiam om. V.* — 23. *cum L.*  
*Sert.* codd. præter D, qui a pr. m. *cum*  
*Sert.*, et L, qui *cum Sestorio*, hoc etiam  
T a pr. m., V et Pet., *Sert.* D. Præno-  
men ille habebat Quintus.

absentis Pompeii timebant, quæ in amicitia manserant magnis affectæ beneficiis eum diligebant; Cæsaris autem erat in barbaris nomen obscurius. Hic magnos equitatus magnaque auxilia expectabant et suis locis bellum in hiemem ducere cogitabant. Hoc inito consilio, toto flumine Hiberno naves conquirere et Octogesam adduci jubent. Id erat oppidum positum ad Hiberum, milliaque passuum a castris aberat xx. Ad eum locum fluminis navibus junctis pontem imperant fieri, legionesque duas flumen Sicorim traducunt, castra muniant vallo pedum xv.

10 LXII. Qua re per exploratores cognita, summo labore militum Cæsar continuato diem noctemque opere in flumine avertendo huc jam reduxerat rem, ut equites, etsi difficulter atque aegre fiebat, possent tamen atque auderent flumen transire, pedites vero tantummodo humeris ac summo pectore exstare,  
15 et cum altitudine aquæ, tum etiam rapiditate fluminis ad transcendendum impedirentur. Sed tamen eodem fere tempore pons in Hiberno prope effectus nuntiabatur, et in Sicori vadum reperiebatur.

1. Pompeii codd. post manserant deum ponunt, quod re poscente in hoc membrum retraxit Davisius. Olim omissum, ut videtur, de margine loco non suo illatum. — manserunt F, D pr., Voss. — 3. Hinc D et non nominali ap. Oud. — magna aux. L. — 5-6. conquirere Totogesma TLUFV, Petav.; Octogessam vel Octogesam δ, Palat., Bong. 3; et Octogesam D. — 7. mil. (mille V) r (hoc r in L expunctum) pass. (passibus V, passuum TD) a castris aberat xx nostri consensu, ut Oud. erraverit ex suis omnibus aberat a castris referens. Editum milliaque pass. ex nullo suorum affert Oud. Gele-

rus aberat xxx posci annotat. xxx est in cod. Buslid., ap. Fabr. F. Hofmannus conjecit: oppidum positum ab Hiberno millia r passuum, a castris aberat xx, de qua scriptura per se probabili regionis indagazione decernendum. — 9. Sicorum LU, in quo in superum m. sec. — transduc. omnes nostri. — castraque VDδ. — muniantur TUFV.

LXII. — 11. Cæsar in L post cognita. — 14-15. exstarent, tum L; et (ut e corr. D) tum Dδ et alii rec., quorum pars ut. — 15. tarditate (pro rapid.) V. — 16. non impel. codd. præter D (qui ut in marg. habet), Voss., Leid. 2.

LXIII. Jam vero eo magis illi maturandum iter existimabant. Itaque duabus auxiliaribus cohortibus Herdæ præsidio relictis, omnibus copiis Sicorim transeunt et cum duabus legionibus, quas superioribus diebus traduxerant, castra jungunt. Relin- quebatur Cæsari nihil nisi uti equitatu agmen adversariorum 5 male haberet et carperet. Pons enim ipsius magnum circuitum habebat, ut multo breviori itinere illi ad Hiberum pervenire possent. Equites ab eo missi flumen transeunt, et cum de tertia vigilia Petreius atque Afranius castra movissent, repente sese ad novissimum agmen ostendunt, et magna multitudine cir- 10 cumfusa morari atque iter impedire incipiunt.

LXIV. Prima luce ex superioribus locis, quæ Cæsaris castris erant conjuncta, cernebatur equitatus nostri prælio novissimos illorum premi vehementer, ac nonnumquam sustinere extremum agmen atque interrumpi, alias inferri signa et universarum co- 15 hortium impetu nostros propelli, dein rursus conversos insequi. Totis vero castris milites circulari et dolere hostem ex manibus dimitti, bellum necessario longius duci; centuriones tribunos- que militum adire atque obsecrare, ut per eos Cæsar certior

LXIII. — 2. *auxiliaris* V. — 3. *Sicoriam* T; *Sicori iam* V; *Sicorum* L. — 4. *tradxerunt* TLFV, D pr., Voss., Petav. — *conjungunt* UFVDδ et non nominati Oud. — 5. *ni uti* V. — 6. *ut caperet* Dδ et alii rec. — *Post enim* nostri consensu; *Pons* sine var. Oud.

LXIV. — 12. *que* om. T et ante correctionem L. — 13. *cernebantur* ULDδ et duo alii rec. — 14. *nonquam* LDH, Lov.; *nunc quam* UF. — 15. *atque iter interrumpi* Forchhammerus. — *ferris* TLUFV et tres Oud., etiam D, sed ead., ut vi-

detur, manu in additum; *interrumpi* (*interrupti* δ) *alas*, *inferri* δ et quattuor rec. — 16. *impetum* TUFVδ, Lov. — *converso* nostri omnes et potiores Oud., D sequente vacuo spatiolo; F (*con*)*verso* habet in ras. totidem litterarum quarum prima fuit s; omis L *conversos*. — 17. *circumvallari* V; *conturbari* Leid. 2. — *dolere* HDδ. — 18. *dimitti* F, ut *dolere* minime recens esse correctio videatur. — *non necess.* D et tres recentes, *bellumque* alii duo, unde δ *bellum nonque necess.* — *centurionesque* UFLV, D a pr.

fieret, ne labori suo neu periculo parceret: ~ paratos esse sese, posse et audere ea transire flumen, qua traductus esset equitatus. ~ Quorum studio et vocibus excitatus Cæsar, etsi timebat tantæ magnitudini fluminis exercitum objicere, conandum tamen atque experiendum iudicat. Itaque infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi iubet, quorum aut animus aut vires videbantur sustinere non posse. Hos cum legione una præsidio castris relinquit; reliquas legiones expeditas educit, magnoque numero iumentorum in flumine supra atque infra constituto traducit exercitum. Pauci ex his militibus ablati flumine ab equitatu excipiuntur ac sublevantur: interit tamen nemo. Traducto incolumi exercitu, copias instruit triplicemque aciem ducere incipit. Ac tantum fuit in militibus studii, ut millium sex ad ter addito [ad vadum] circuitu, magnaue fluminis mora interposita, eos, qui de tertia vigilia exissent, ante horam diei 15 ix consequerentur.

LXV. Quos ubi Afranius procul visos cum Petreio conspexit, nova re perterritus locis superioribus constitit aciemque instruit. Cæsar in campis exercitum reficit, ne defessum prælio objiciat: rursus conantes progredi insequitur et moratur.

1. *sese esse* F. — 2. *ea* D in ras., om.  $\delta$ ; *eo* L. — 4. *magnitudinis fluminis* UF $\delta$ D, hic extremo *s* deleto *flumini*. — 5. *iudicabat* L. — 8. *relinquit* Petav., D $\delta$  et «quatuor» rec. Oud. — 9. *in* om. F. — 10. *Paucis ex his militibus arma in flumine ab* eodd. plerique; *Pauci* D ex corr., deinde *arcepti* (ead. m. in ras.) *in fl.* idem; *in flumie arcepti ab*  $\delta$ , Pal., Bong. 3; unde *vi fluminis abrepti* Aldus, quod editur, quamquam auctoritate nulla. Nisi post *arma* exciderint quædam, ARMAI EX ABLATI

ortum esse videtur. — 11. *interit* nostrorum unus L, Oudendorpii numero plures. — 13-14. *mil.* 11 vel *sex* TLUFD; *milia sex* V; *sex aditerato ad* corrector D. — 14. Verba *ad vadum* (*et vadum* V) in Scal. ante *fluminis* posita glossatoris esse vidit Forchhammerus. — 16. *viii* vel *nonam* eod.; *iv* Gælerus.

LXV. — 17. *ubi vidit Afr.* L, expungens verbum. — 19. *refecit* nostri præter unum L, ex tribus modo recentibus affert Oud. — 20. *conantis* eodd. — *proficisci* L.

Illi necessario maturius quam constituerant castra ponunt. Suberant enim montes, atque a millibus passuum v itinera difficilia atque angusta excipiebant. Hos montes intrare cupiebant, ut equitatum effugerent Cæsaris præsidisque in angustiis collocatis exercitum itinere prohiberent, ipsi sine periculo ac timore Hiberum copias traducerent. Quod fuit illis conandum atque omni ratione efficiendum; sed totius diei pugna atque itineris labore defessi rem in posterum diem distulerunt. Cæsar quoque in proximo colle castra ponit.

LXVI. Media circiter nocte iis, qui adaquandi causa longius a castris processerant, ab equitibus correptis, fit ab his certior Cæsar duces adversariorum silentio copias castris educere. Quo cognito, signum dari jubet et vasa militari more conclamari. Illi, exaudito clamore, veriti ne noctu impediti subonere configere cogerentur, aut ne ab equitatu Cæsaris in angustiis tenerentur, iter supprimunt copiasque in castris continent. Postero die Petreius cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiscitur. Hoc idem fit ex castris Cæsaris. Mittitur L. Decidius Saxa cum paucis, qui loci naturam perspiciat. Uterque idem suis renuntiat: v millia passuum proxima intercedere itineris campestris, inde excipere loca

3. *montes intra se recipiebant* codd.; *intrare cupiebant* Nipperdeius; *intrasse* Em. Hoffmann. — 5. *in itinere* U, expungens *in*. — 5-6. *sine tim. ac peric.* L. — 7. *sed* UF, Scal.; reliqui *et*. — *pugnam* F. — 9. *proximum collem* L.

LXVI. — 10. *hii* L, *hi* δ et nonnulli rec., *his* in plerisque — *adaquandi* F. — 11. *correpti* TLVδ et alii rec., *correpti sunt* Lov. — *fit Cæsar* L, postea om. —

12. *castris* om. L. — 13. *militari more* omnes ut videtur codd., *more* L inter versus. In paucioribus, III. 38, varietas similis. — 14. *conclamandi proferunt* correctus D, δ, Lov. (qui *proferre*). — 15. *ne* expungit D, om. δ et alii rec. — 19. *Decidius* L. *Decidius* vel *-dius* F. — *Saxo* D corr., δ. — 20. *perspiciant* Dδ et alii rec. — *viii milia* Petav. — 21. *intercedere* nostri omnes et pars Ond.

aspera et montuosa: qui prior has angustias occupaverit, ab hoc hostem prohiberi nihil esse negotii. ~

LXVII. Disputatur in consilio ab Petreio atque Afranio et tempus profectionis quæritur. Plerique censebant ut noctu iter  
5 facerent : ~ posse prius ad angustias veniri quam sentiretur. ~ Alii, quod pridie noctu conclamatum esset in Cæsaris castris, argumenti sumebant loco non posse clam exiri. ~ Circumfundi noctu equitatum Cæsaris, atque omnia loca atque itinera obsidere: nocturnaque prælia esse vitanda, quod perterritus miles  
10 in civili dissensione timori magis quam religioni consulere consuerit. At lucem multum per se pudorem omnium oculis, multum etiam tribunorum militum et centurionum præsentiam afferre; quibus rebus coerceri milites et in officio contineri soleant. Quare omni ratione esse interdium perumpendum :  
15 etsi aliquo accepto detrimento, tamen summa exercitus salva, locum, quem petant, capi posse. ~ Hæc vincit in consilio sententia, et prima luce postridie constituunt proficisci.

LXVIII. Cæsar, exploratis regionibus, albente cælo omnes copias castris educit, magnoque circuitu nullo certo itinere

2. *prohibere* codd. præter L a pr. m., Voss. et D correctum.

LXVII. — 3. *a P.* VD. — 5. *senti-  
rentur* codd. præter Scal., Leid. 2, Carr.:  
*sentirent* δ. — 6. *in* om. codd. antiquio-  
res; *a* D corr., δ et alii rec. — *castra* T  
a pr. — 7. *exire* F pr. — 8. *equitatu* L.  
— *atque it.* L in marg. — 8-9. *obsideri*  
Dδ et recentiores Oud. — 9. *nocturna* D  
pr. — 10. *in . . civili* L, quinque litt.  
erasis. — *timoris* T pr. — 11. *consuerit*  
nostri præter T, qui *consueverit*. De consue-

*vit* ut plurimorum scriptura erratum ap.  
Oud.; est in Pal., Bong. 3. — *Ad luc.*  
codd.; *lucem* L. in ras. — *posse* (pro *per  
se*) Kindscherus conjicit probabiliter, in  
ceteris errans. — 12. *presentium* TLAD  
pr. et «duo» Oud. — 14. *esse* om. L.  
— 15. *aliquando acceptum* T; *aliquanto*  
L. — 16. *quem præerant* F (compendio  
prepositionis). — *evincit* TLUFVD; *vincit*  
Lov., correctores codicum H et D; *evicit*  
Scal., *vicit* δ.

LXVIII. — 19. *in circ.* Scal.

exercitum ducit. Nam quæ itinera ad Hiberum atque Octogesam  
pertinebant castris hostium oppositis tenebantur. Ipsi erant  
transcendendæ valles maximæ ac difficillimæ; saxa multis locis  
prærupta iter impediabant, ut arma per manus necessario tra-  
derentur, militesque inermi sublevatique alii ab aliis magnam 5  
partem itineris conficerent. Sed hunc laborem recusabat nemo,  
quod eum omnium laborum finem fore existimabant, si hostem  
Hibero intercludere et frumento prohibere potuissent.

LXIX. Ac primo Afraniani milites visendi causa læti ex ca-  
stris procurrebant contumeliosisque vocibus prosequabantur 10  
nostros: ~ necessarii victus inopia coactos fugere atque ad Iler-  
dam reverti. ~ Erat enim iter a proposito diversum, contrariam-  
que in partem iri videbatur. Duces vero eorum consilium suum  
laudibus ferebant, quod se castris tenuissent; multumque eo-  
rum opinionem adjuvabat, quod sine jumentis impedimentis- 15  
que ad iter profectos videbant, ut non posse inopiam diutius  
sustinere confiderent. Sed, ubi paulatim retorqueri agmen  
ad dextram conspexerunt, jamque primos superare regionem  
castrorum animum adverterunt, nemo erat adeo tardus aut

1. *educit* codd., correxit Aldus. — *Vam-  
que ït.* TUV D, sed FL *que.* — *Otog.* TUF,  
Petav. — 2-3. *Ipsu erant transcendenda* D  
corr.,  $\delta$  et alii rec. — 3. *difficillima saxa*  
D corr.,  $\delta$  et alii rec. — 4. *ut* om. multi  
Oud. et nostri præter D corr.,  $\delta$  et Palat.  
— 4-5. *traherentur* V a sec., Lov. — 5.  
*inermis* TL; *inermes* VD corr.,  $\delta$ . — 7. *la-  
borum omnium finem existimabant* F (omisso  
*fore*). — 8. *frumentum* codd. præter D  
et Voss.

LXIX. — 9. *Afranii* L et hoc loco F.  
— *causa loci* D $\delta$  et «quinque» Oud. —

10. *perseq.* V. — 11. *nos nec necessario*  
U pr., *necessarii* sec.; *nec necessarii* (sine  
*nos*) TLFHV, Gnj.; *nec non necess.* Petav.:  
*nos necess.* D $\delta$  et multi rec.; *nostros* Mo-  
rus. — *ad* om. LD. — 13. *in* om. TLV;  
*iri in partem* U. — *iri* om. D; *miri*  $\delta$ .  
Lov.; *iuri* Dorv. — *consilio suo* T pr. —  
14. *se* om. TLV et nonnulli rec. — 15-16.  
*impedimentis jumentisque* L. — 16. *pro-  
fectis* T pr. — *videbatur* F pr. — *possent*  
TLV et «duo» rec. Oud., in L *ut* expuncta.  
— 18. *dexteram* TLV; *dextrus* D, Voss.  
— 19. *animadr.* V solus nostrorum.

fugiens laboris, quin statim castris exeundum atque occurrendum putaret. Conclamatur ad arma, atque omnes copiae, paucis praesidio relictis cohortibus, exeunt rectoque ad Hiberum itinere contendunt.

5 LXX. Erat in celeritate omne positum certamen, utri prius angustias montesque occuparent; sed exercitum Cæsaris viarum difficultates tardabant, Afranii copias equitatus Cæsaris insequens morabatur. Res tamen ab Afranianis huc erat necessario deducta, ut si priores montes, quos petebant, attigissent, ipsi  
10 periculum vitarent, impedimenta totius exercitus cohortesque in castris relictas servare non possent; quibus interclusis exercitu Cæsaris auxilium ferri nulla ratione poterat. Confecit prior iter Cæsar atque ex magnis rupibus nactus planitiem in hac  
15 vissum agmen premeretur, ante se hostem videret, collem quendam nactus ibi constitit. Ex eo loco iv cetratorum cohortes in montem, qui erat in conspectu omnium excelsissimus, mittit. Hunc magno cursu concitatos jubet occupare, eo consilio, uti ipse eodem omnibus copiis contenderet et mutato itinere  
20 jugis Octogesam perveniret. Hunc cum obliquo itinere cetrati peterent, conspicatus equitatus Cæsaris in cohortes impetum facit; nec minimam partem temporis equitum vim cetrati sus-

2. *putarent* L pr. — 3-4. *itinereque recto ad Hib. cont.* L.

LXX. — 5. *utri* TUFV; ceteri *ut* (L, Petav.) vel *uti* — 8. *Afranis* TFH; *Afranuis* LD. — 9. *ducta* TL, Pet. — *montis* TLF, Voss., *montesque* l. 6 iidem. quæ est in his vel optimorum inconstantia. — 10. *coh.* om. L. — 11. *relicta* LFH, non annotatum ex U. — 13. *in hanc* codd.:

*hac* Bong. 3 et Stephanus. — 14. *ab* om. L. — 15. *et ante* Dδ, Oud. sine var. — 16. *cetrati*. F fere constanter. — *ordines* U pr., *cohortes* a sec. — 17. *excellantissimus* L. — 18. *Huc* UF. — 20. *Octogensam* TLUV, *Otogens.* F, *Otoges.* Petav. — 22. *facit* UFD et non nominati ap. Oud: *fecit* Lδ, Dorv., Pal.; om. TV. — *nec minimam* TV. — *cetrati* om. L.



tinere potuerunt, omnesque ab eis circumventi in conspectu utriusque exercitus interficiuntur.

LXXI. Erat occasio bene gerendæ rei. Neque vero id Cæsarem fugiebat, tanto sub oculis accepto detrimento perterritum exercitum sustinere non posse, præsertim circumdatum undique equitatu, cum in loco æquo atque aperto confligeretur: idque ex omnibus partibus ab eo flagitabatur. Concurrerant legati, centuriones tribunique militum: « ne dubitaret prælium committere. Omnium esse militum paratissimos animos. Afranianos contra multis rebus sui timoris signa misisse: quod suis non subvenissent, quod de colle non decederent, quod vix equitum incursus sustinerent, collatisque in unum locum signis conferti neque ordines neque signa servarent. Quod si iniquitatem loci timeret, datum iri tamen alio loco pugnandi facultatem, quod certe inde decedendum esset Afranio, nec sine aqua permanere posset. »

LXXII. Cæsar in eam spem venerat, se sine pugna et sine vulnere suorum rem conficere posse, quod re frumentaria adversarios interclusisset. « Cur etiam secundo prælio aliquos ex suis amitteret? cur vulnerari pateretur optime meritos de se »

LXXI. — 3. *idem Cæs.* TLUFD, Petav. — 5. *exercitum* om. L. — *præsertim cum* D corr., δ et alii rec. — 6. *equitatum* VDδ. T fort. a sec m. — *tum* Dδ et alii rec. — 7. *ex* om. UF. — 8. *dubitarent* L. — 9-10. *Africanos* TL. — 10. *misiss. sed quod* T; *missis quod* F, ita ut librarius extremum s in q converteret; *misisse scilicet* L. — 11. *reced.* multi Oud. et nostri præter D corr. et δ. — *quod vis* UF. — 13.

*Idem* (compendio) si U, non FH. — 14. *datum ire* nostri omnes et «quinque» Oud. — *aliquo loco* codd. præter nomen Norvicensem. — 15. *inde cedendum* V, *disced.* Bong. 3.

LXXII. — 19. *Quur* UF et mox bis. — 19-20. *de suis* L. — 20. *mitteret* Petav. et nostri præter D corr. et δ. — *meritos de se* nostri præter TL, in quibus hoc membrum omissum. Vulgo *de se meritos.*

milites? cur denique fortunam periclitaretur? præsertim cum  
 non minus esset imperatoris consilio superare quam gladio. —  
 Movebatur etiam misericordia civium, quos interficiendos vi-  
 debat; quibus salvis atque incolumibus rem obtinere malebat.  
 5 Hoc consilium Cæsaris plerisque non probabatur; milites vero  
 palam inter se loquebantur, quoniam talis occasio victoriæ di-  
 mitteretur, etiam cum vellet Cæsar, sese non esse pugnatu-  
 ros. Ille in sua sententia perseverat et paulum ex eo loco degredi-  
 tur, ut timorem adversariis minuat. Petreius atque Afranius  
 10 oblata facultate in castra sese referunt. Cæsar, præsi-  
 diis in  
 montibus dispositis omni ad Hiberum intercluso itinere, quam  
 proxime potest hostium castris castra communit.

LXXIII. Postero die duces adversariorum perturbati, quod  
 omnem rei frumentariæ fluminisque Hiberi spem dimiserant,  
 15 de reliquis rebus consultabant. Erat unum iter, Herdam si re-  
 verti vellent; alterum, si Tarraconem peterent. Hæc consilian-  
 tibus eis nuntiantur aquatores ab equitatu premi nostro. Qua  
 re cognita, crebras stationes disponunt equitum et cohortium  
 alariarum, legionariasque interjiciunt cohortes, vallumque ex  
 20 castris ad aquam ducere incipiunt, ut intra munitionem et  
 sine timore et sine stationibus aquari possent. Id opus inter se  
 Petreius atque Afranius partiuntur, ipsique perficiendi operis  
 causa longius progrediuntur.

2. *qua gl.* F. — 5. *a pler.* D corr., δ.  
 — 6. *colloquebuntur* L. — 7. *et cum* L. —  
 8. *paululum* Dδ et alii rec. — 8-9. *digre-  
 ditur* D (non δ) et alii rec. — 9. *minuat* T  
 et F a pr., D a sec. — 10. *oblata* D  
 corr. — *in* ignorant codd. præter Lovan.  
 et Reg. Lond. — 11. *interclusos* FDδ.  
 Voss., L a correctore, qui et *omnes*.

LXXIII. — 16-17. *consultantibus* D  
 corr., δ et alii rec. — 17. *nuntiatur* Dδ et  
 pars Oud. — 19. *interficiunt* L; *interjiciunt*  
 Lov.; *intermittunt* D corr., δ et «quinque»  
 Oud. — *cohortibus* L. — 20-21. *ut intra  
 munitionem ut sine* T; et om. L. — 22. *per-  
 ficendi* TUF, reliqui et Oud. sine var. *per-  
 ficendi*.

LXXIV. Quorum discessu liberam nacti milites colloquiorum facultatem vulgo procedunt, et quem quisque in castris notum aut municipem habebat conquirunt atque evocat. Primum agunt gratias omnes omnibus, quod sibi perterritis pridie pepercissent : « eorum se beneficio vivere. » Deinde imperatoris fidem 5 quarunt, rectene se illi sint commissuri, et, quod non ab initio fecerint armaque cum hominibus necessariis et consanguineis contulerint, queruntur. His provocati sermonibus fidem ab imperatore de Petreii atque Afranii vita petunt, ne quod in se scelus concepisse neu suos prodidisse videantur. 10 Quibus confirmatis rebus se statim signa translaturus confirmant, legatosque de pace primorum ordinum centuriones ad Cæsarem mittunt. Interim alii suos in castra invitandi causa adducunt, alii ab suis abducuntur, adeo ut una castra jam facta ex binis viderentur; compluresque tribuni militum 15 et centuriones ad Cæsarem veniunt seque ei commendant. Idem hoc fit a principibus Hispaniæ, quos illi evocaverant et secum in castris habebant obsidum loco. Hi suos notos hospitesque quærebant, per quem quisque eorum aditum commendationis haberet ad Cæsarem. Afranii etiam filius adolescens de sua ac 20 parentis sui salute cum Cæsare per Sulpicium legatum agebat. Erant plena lætitia et gratulatione omnia, eorum qui tanta

LXXIV. — 3. *Primum igitur* D corr., δ et alii rec. — 5. *eorumque* Petav. — 6. *rectene sint* (duæ tresve litt. erasæ) *illi comm.* D, δ sine ras.; *se* om. «quattuor» rec. Oud. — 7. *arma qui cum* TL; *arma i* (vel *l*) *quod cum* U (cum signo dubitationis aut defectus ante *quod*, et in marg. *quere*); *arma. Hi quod cum* H; *arma. Quod cum* F. Petav. et var. in Voss.; *arma enim* (*id est* Lov.) *quod cum* Dδ et alii rec.

*quocum* Bong. 3, Pal.; *arma cum* V. — 7-8. *consanguineos* F. — 8. *provocatis* UFV. — 12. *legatos* L. — 14. *causa abducunt* V. — *suis adducuntur* TLUF. — 15. *jam facta* om. L. — *complures* Dδ et alii rec. — 16. *et* om. nostri præter D ex corr. et δ. — 17. *illi* om. TL. Petav. sive Palat. — 18. *locū suos* F cum spatiolo. *u* in *o* verso relicta lineola. *li* UD. *Hi* LV. — 21. *sui* om. L. — 22. *Erant plene* T a pr.

pericula vitasse, et eorum qui sine vulnere tantas res confesse videbantur, magnumque fructum suæ pristinae lenitatis omnium iudicio Cæsar ferebat, consiliumque ejus a cunctis probabatur.

5 LXXV. Quibus rebus nuntiatis Afranio, ab instituto opere discedit seque in castra recipit, sic paratus, ut videbatur, ut quicumque accidisset casus, hunc quieto et æquo animo ferret. Petreius vero non deserit sese, Armat familiam : cum hac et prætoriam cohortem cetratorum barbarisque equitibus paucis, be-  
10 neficiariis suis, quos suæ custodiæ causa habere consuevit, improvise ad vallum advolat, colloquia militum interrumpit, nostros repellit a castris, quos deprendit interficit. Reliqui coeunt inter se et repentino periculo exterriti sinistras sagis involvunt, gladiosque destringunt atque ita se a cetratis equi-  
15 busque defendunt, castrorum propinquitate confisi, seque in castra recipiunt et ab iis cohortibus, quæ erant in statione ad portas, defenduntur.

LXXVI. Quibus rebus confectis, fletus Petreius manipulos circumit militesque appellat, neu se neu [Pompeium] imperatorem suum adversariis ad supplicium tradant obsecrat. Fit celeriter concursus in prætorium. Postulat ut jurent omnes se exercitum ducesque non deserturos neque prodituros neque

2. *pristina* om. A. — 3. *fecerat* B.

LXXV. — 9. *prætoriam cohortem* TLD et quattuor rec. — 10. *consueverat* unus V. — 12. *deprendit* TUF, ceteri *deprehendit*. — 14. *destring.* LAD et rec. — 16. *his* codd. plerique: *his* Bong. 3. — *stationes* TUFV, Pet.

LXXVI. — 19. *circumit* LD. — *Pompeium* TL. Petav., reliqui *Pompeium absentem*. Quæ ab insipido glossatore illata esse critici monuerunt. — 21. *Postulant* codd.: *Postulat* corrector D et primæ edd. — *ut venirent* TLV et unus Oudendorp.

sibi separatim a reliquis consilium capturos. Princeps in hæc verba jurat ipse; idem jusjurandum adigit Afranium: subsequuntur tribuni militum centurionesque: centuriatim producti milites idem jurant. Edicunt, penes quem quisque sit Caesaris milites, ut producat; productos palam in prætorio interficiunt. Sed plerosque ii qui receperant celant noctuque per vallum emittunt. Sic terrore oblato a ducibus, crudelitas in supplicio, nova religio jurisjurandi spem præsentis deditiois sustulit mentesque militum convertit, et rem ad pristinam belli rationem redegit.

LXXVII. Cæsar, qui milites adversariorum in castra per tempus colloqui venerant, summa diligentia conquiri et remitti jubet. Sed ex numero tribunorum militum centurionumque nonnulli sua voluntate apud eum remanserunt. Quos ille postea magno in honore habuit: centuriones in priores ordines, equites Romanos in tribunicium restituit honorem.

LXXVIII. Premebantur Afraniani pabulatione, aquabantur ægre. Frumenti copiam legionarii nonnullam habebant, quod

2. *jurat* : *ipse idem* distinguunt TLUFD (in quo *idem* inter versus), iidemque (præter FL) *adigit* : *Afraniam subs.* — — *adiit* F. — 2-3. *subsecuntur* UFLD, non T. — Post *producti* distinguit L. — 4. *sit* om. L. — *Cæsar* F. — 5. *producat* TLUFV et meliores omnes ap. Ond., quorum Petav. om. *ut*, ead. m. illatum habet F. Vulgo *producat*, ut Dδ. — *in prætorio*, om. V. — 6. *plerosque* I. (sive L.) *qui* UFH: hi T, Petav., Seal., hii L; *plerosque quos* D corr., δ et alii rec., quorum nonnulli *plerique quos*. — 7. *ablato* L. — 8. *distulit* L.

LXXVII. — 11. *Cæsar milites ad.* *qui* UF, D ante correctionem — 15. *centuriones ampliores* (hoc in marg. L) *ordines* codd. antiquiores; *amplioris* (nonnulli *ampliorisque*) *ordinis* D corr., δ et alii rec.: *in priores ordines* Giaccionius; *ampliori ordini* Lipsius. Quæ sequuntur compendio scripta in TUF: *eq. R.* In V *equitum romanorum*, L *equitum sine Rom.* D correctus et δ *Et tr. in trib.*, inde Vossius: *tribunos in.*

LXXVIII. — 18. *copiam* UF. — *legionarii* TUFV. — *nonnulli* codd., quod correxit Gryphius.

dierum xxi ab Herda frumentum jussi erant efferre, cetrati  
 auxiliaresque nullam, quorum erant et facultates ad parandum  
 exiguae et corpora insueta ad onera portanda. Itaque magnus  
 eorum quotidie numerus ad Caesarem perfugiebat. In his erat  
 5 angustiis res. Sed ex propositis consiliis duobus explicitius  
 videbatur Herdam reverti, quod ibi paulum frumenti relique-  
 rant. Ibi se reliquum consilium explicaturos confidebant. Tar-  
 raco aberat longius; quo spatio plures rem posse casus recipere  
 intelligebant. Hoc probato consilio ex castris proficiscuntur.  
 10 Caesar, equitatu praemisso, qui novissimum agmen carperet at-  
 que impediret, ipse cum legionibus subsequitur. Nullum inter-  
 cedebat tempus, quin extremi cum equitibus praeliarentur.

LXXIX. Genus erat hoc pugnae: expeditae cohortes novissi-  
 mum agmen claudebant pluresque in locis campestribus subsis-  
 15 tebant. Si mons erat ascendendus, facile ipsa loci natura peri-  
 culum repellebat, quod ex locis superioribus qui antecesserant  
 suos ascendentes protegebant; cum vallis aut locus declivis sub-  
 erat, neque ii qui antecesserant morantibus opem ferre po-  
 terant, equites vero ex loco superiore in aversos tela conjicie-  
 20 bant, tum magno erat in periculo res. Relinquebatur ut, cum

2. *auxiliaresque* L. — *nullam* om. Dδ  
 et «quinque» rec. Oud. — *ad prandium*  
 codd. Corrector D *parandium*, oblitus pmi-  
 clum sub *i* ponendum. — 5. *explicitus*  
 TLUFV, Petav.: *explicitis* Dδ et alii rec.;  
*expeditus* var. in Scal. — 7-8. *Terra quo*  
 TLV. *Terraco* UF. — 10. *carperet* VD.  
 «duo» Oud. — 11-12. *intercid.* L.

LXXIX. — 14. *agmen* om. F. — *plu-  
 ribusque* conj. Gælerus. — 17. *desuper*  
*suos* D corr., δ et alii rec., quorum non-

*nulli suos* om. — 18. *hi* TUFVD. om. L.  
 — 19. *in adversos* codd. plerique; *adver-  
 sarios* UD, ille ead. m. *adversos* inter ver-  
 sus, hic. «I' *inadversos*,» quod habet δ.  
*aversos* Palat. et Ursinus. — 20. *cum*  
*magno* D corr., δ et «quattuor» Oud. —  
*Rei inquirebatur* TUFV (in U notatum et  
*quere* in marg.); *Relinquirebantur* L.; *Re-  
 quirebatur* Petav.; *Tum inquirebatur* Scal.,  
 D (in quo prima littera fort. C fuit) δ.  
 Correvit Oudendorpius.

ejusmodi locis esset appropinquatum, legionum signa consistere juberent magnoque impetu equitatum repellerent, eo summoto repente incitati cursu sese in valles universi demitterent atque ita transgressi rursus in locis superioribus consisterent. Nam tantum ab equitum suorum auxiliis aberant, 5 quorum numerum habebant magnum, ut eos superioribus perterritos præliis in medium reciperent agmen utroque eos tuerentur; quorum nulli ex itinere excedere licebat, quin ab equitatu Cæsaris exciperetur.

LXXX. Tali dum pugnatur modo, lente atque paulatim 10 proceditur, crebroque, ut sint auxilio suis, subsistunt; ut tum accidit. Millia enim progressi iv vehementiusque peragitati ab equitatu, montem excelsum capiunt, ibique una fronte contra hostem castra muniunt neque jumentis onera deponunt. Ubi Cæsaris castra posita tabernaculaque constituta et dimissos 15 equites pabulandi causa animum adverterunt, sese subito propriunt hora circiter sexta ejusdem diei, et spem nacti moræ discessu nostrorum equitum iter facere incipiunt. Qua re animum adversa Cæsar relictis legionibus subsequitur, præsidio impedimentis paucas cohortes relinquit. Hora x subsequi pa- 20 bulatores equitesque revocari jubet. Celeriter equitatus ad quo-

1. *hujusm.* δ. — 2. *equitatu* UF. — 3. *vallem* L. — 3-4. *dimitt.* nostri et aliorum plerique. — 7. *utroque* V. — 9. *exciperentur* LH. non nominati ap. Oud.

LXXX. — 11. *proceditur* L. — *ut cum* FH. — 14. *Ubique* U pr. — 16. *animadvert.* Vδ. Lov. — 17. *more* TLD; *discessu more nostr.* V. — 18-19. *animadvr.* VDδ. — 19. *Cæsar relictis* codd., *relictas* T a pr.: quod proxime accedit *relictis* dedi

cum criticis pluribus, quamquam id dici res non admodum postulabat. Faernus *eductis*, Nipperdeius *expeditis*. F. Hoffmannus edidit *relictis IMPEDIMENTIS subsequitur. præsidio* (sc. castris) *paucas cohortes relinquit*, sententia optima. Sæpe voces onissæ de margine non suo loco restitutæ; hic defectum post *relictis* ortum de suo sarserit librarius. — 20. *reliquit* L. — 21. *equites* F. — *Celeriterque* L.

tidianum itineris officium revertitur. Pugnatur acriter ad novissimum agmen, adeo ut pene terga convertant, compluresque milites, etiam nonnulli centuriones, interficiuntur. Instabat agmen Cæsaris atque universum imminebat.

5 LXXXI. Tum vero neque ad explorandum idoneum locum castris neque ad progrediendum data facultate, consistunt necessario et procul ab aqua et natura iniquo loco castra ponunt. Sed iisdem de causis Cæsar, quæ supra sunt demonstratæ, prælio non lacessit et eo die tabernacula statui passus non est.  
 10 quo paratiores essent ad insequendum omnes, sive noctu sive interdum erumperent. Illi enim, animadverso vitio castrorum, tota nocte munitiones proferunt castraque castris convertunt. Hoc idem postero die a prima luce faciunt totumque in ea rediem consumunt. Sed quantum opere processerant et castra  
 15 protulerant, tanto aberant ab aqua longius, et presenti malo aliis malis remedia dabantur. Prima nocte aquandi causa nemo egreditur ex castris: proximo die, præsidio in castris relicto, universas ad aquam copias educunt, pabulatum emittitur nemo. His eos supplices malis habere Cæsar et necessariam subire  
 20 deditionem quam prælio decertare malebat. Conatur tamen

3. *centur.* om. L. — 4. *Cæsari* F. — *atque* T in ras. novem litterarum.

LXXXI. — 7. *natura* om. L. — *iniquo* D. — 8. *hisdem* U, *isdem* TFV et alii; *eisdem* D. Qui hinc altera manu suppletus, ut prima capite LXXXII demum redeat, ubi eadem verba: *Sed eidem de causis*. Ampliorem etiam ex ὁμοιοτεχεύτω hiatum mirati sumus cap. XLV. — 8-9. *prælio amplius* Dδ et «quinque» rec. Oud., iidemque cum Lov. *ex eo die*: utrumque rei convenire observat Galerius. — 11.

*enim animadverso* UFH; *enim adverso* TL. Scal.; de ceteris suis nihil Oud. nec Fabr.: *animadverso* (sine enim) VDδ. — *indicio* (pro vitio) H. — 12. *proferunt* F ambigue. — *concreverant* Dδ et alii rec. — 17. *postero die* Petav. — 18. *mittitur* Dδ et alii rec. — 19. *enim* (pro eos) Dδ et multi rec. — *supplices* (*supplicibus* L) *male haberi* TLUFV, Petav. et cum *habere* Scal., Cuj. In Dδ *His enim supplices malis Cæsar necess.* — *Cæsar nec.* U. *Cæsarem nec.* H. *Cæsari nec.* F, Lov. — 20. *malebant* T pr.



eos vallo fossaque circummunire, ut quam maxime repentinæ eorum eruptiones demoretur, quo necessario descensuros existimabat. Illi, et inopia pabuli adducti et quo essent ad id expeditiores, omnia sarcinaria jumenta interfici jubent.

LXXVII. In his operibus consiliisque biduum consumitur: 5 tertio die magna jam pars operis Cæsaris processerat. Illi impediendæ reliquæ munitionis causa hora circiter iv. signo dato, legiones educunt, aciemque sub castris instruunt. Cæsar ab opere legiones revocat, equitatum omnem convenire jubet, aciem instruit: contra opinionem enim militum famamque 10 omnium videri prælium defugisse magnum detrimentum afferebat. Sed eisdem de causis, quæ sunt cognitæ, quo minus dimicare vellet, movebatur, atque hoc etiam magis, quod spatii brevitatis, etiam in fugam coniectis adversariis, non multum ad summam victoriæ juvare poterat. Non enim amplius pe- 15 dum millibus duobus ab castris castra distabant: hinc duas partes acies occupabant duæ: tertia vacabat ad incursum atque impetum militum relicta. Si prælium committeretur, propinquitatis castrorum celerem superatis ex fuga receptum dabat. Hac de causa constituerat signa inferentibus resistere, prior 20 prælio non lacessere.

LXXVII. — 6. *tertia* VDδ et alii rec. — *jam magna* L. — 6-7. *impediente* T pr.: *impedimenti* L. — 7. *rei quæ* antiquiores omnes. — *munitiones* T pr., L. —  *fiebat causa* TLX: *causa fiebat* UF. «cuncti» Oud. et edd. primæ: nihil nisi *rei munitionis causa* in Dδ et duobus rec. ap. Oud. Verum restituisse videtur Forchhammerus: *impedienda reliquæ munitionis causa*. — VIII. vel IX. vel nona nostri omnes.

«quinque» Oudendorpii, qui IX tenuit. — 8. *ducunt* codd., correxit Stephanus. — 10. *instrunt* TV, Lov. — 11. *prælio defugisse* codd.: *prælium defug.* Hotomanus. — 14. *coniunctis* vel *conuictis* T. — 17. *vagabatur* UFDδ et sec. Fabr. Cujac., Petav. a pr. m., qui duo sec. Oud. *vocabatur* cum Lov. et «quattuor» rec. — *incursum* corrector D: *occursum* L. — 20. *desistere* nostri et «plerique» Oud.

LXXXIII. Acies erat Afraniana duplex legionum v: tertium in subsidiis locum alariæ cohortes obtinebant : Cæsaris triplex; sed primam aciem quaternæ cohortes ex v legionibus tenebant, has subsidiariæ ternæ et rursus aliæ totidem suæ  
 5 ejusque legionis subsequerantur: sagittarii funditoresque media continebantur acie, equitatus latera cingebat. Tali instructa acie tenere uterque propositum videbatur : Cæsar, ne nisi coactus prælium committeret; ille, ut opera Cæsaris impediret. Producitur tum res, aciesque ad solis occasum con-  
 10 tinentur: inde utrique in castra discedunt. Postero die munitiones institutas Cæsar parat perficere: illi vadum fluminis Sicoris tentare, si transire possent. Qua re animadversa, Cæsar Germanos levis armaturæ oquitumque partem flumen trajecit crebrasque in ripis custodias disponit.

15 LXXXIV. Tandem omnibus rebus obsessi, quartum jam diem sine pabulo retentis jumentis, aquæ, lignorum, frumenti inopia colloquium petunt, et id, si fieri possit, semoto a militibus loco. Ubi id a Cæsare negatum et palam si colloqui vel-  
 20 lent concessum est, datur obsidis loco Cæsari filius Afranii. Venitur in eum locum, quem Cæsar delegit. Audiente utroque exercitu loquitur Afranius : " non esse aut ipsis aut mili-

LXXXIII. — 1. *leg.* TFD, hic *leg.* î (pro I). cum Pal. et Dorv.; δ et alii rec. *legio tertia*. — *tertium* vel *tercia* codd.; *tertium* Ciacconius. — 2. *aliæ coh.* D in ras., δ, Dorv., sed de Petav. et Lov. erravit Oud. — *cohortis obtinebat* UFH. — 4. *et ternæ V.* — *et rursus aliæ* om. TLV. — 5. *legion* T; *legionum* L, Scal.; *legionibus* Petav. D corr., δ et alii rec. — 6. *cingebant* L. — 7-8. *Cæsar nisi c. pr. committere* codd.,

*non comm.* UF, vett. edd., quæ *committet*, et initio *ut nisi* cum Bong. 3. Recte *ne nisi* Nipperdeius. — 9. *tañ* vel *tamen* codd.; *tam* idem criticus scripsit. — 9-10. *continetur* D corr. — 10. *in castra* om. L. — 12. *animum adv.* Petav. — 13. *flumini* T pr. — *trajecit* Petav.

LXXXIV. — 16. *recentis* F. — *ligni* UFD pr. — 17. *colloqui* TLV, *colloquio* Scal. — *posset* L. — 18. *si quid loqui* L.

tibus succensendum, quod fidem erga imperatorem suum Cn. Pompeium conservare voluerint. Sed satis jam fecisse officio satisque supplicii tulisse. Perpressos omnium rerum inopiam: nunc vero pæne ut feras circummunitos prohiberi aqua, prohiberi ingressu, neque corpore dolorem neque animo ignominiam ferre posse. Itaque se victos confiteri; orare atque obsecrare, si qui locus misericordiæ relinquatur, ne ad ultimum supplicium progredi necesse habeant. ~ Hæc quam potest demississime et subjectissime exponit.

LXXXV. Ad ea Cæsar respondit : ~ nulli omnium has partes vel querimoniam vel miserationis minus convenisse. Reliquos enim omnes officium suum præstitisse : se, qui etiam bona conditione, et loco et tempore æquo, conflagrare noluerit, ut quam integerrima essent ad pacem omnia; exercitum suum, qui injuria etiam accepta suisque interfectis, quos in sua potestate habuerit, conservavit et texerit; illius denique exercitus milites, qui per se de concilianda pace egerint; qua in re omnium suorum vitæ consulendum putarint. Sic omnium ordinum partes in misericordia constitisse : ipsos duces a pace abhorruisse: eos neque colloquii neque induciarum jura servasse, et homines imperitos et per colloquium deceptos crudelissime interfecisse. Accidisse igitur his, quod plerumque hominum nimia pertinacia atque arrogantia accidere solet : uti

1. *suscens*. UF, T a sec. — 2. *voluerunt* codd.; *voluerint* corrector D. — 4. *ut feminas* codd.; *feras* Vossius, "quod male lectum *feius* genuit illud." Oud. — 6. *Ita* L. — 7. *si quis* FD, uterque a sec. — *reliqueretur* L. — 8. *habeat* UF et pars recentium. — 8-9. *demississime* codd. — 9. *atque subj.* Dδ et quinque fere Oud.

LXXXV. — 10. *hominum* L. — 12. *se* addidit Aldus. — 13. *conditione ne et T.* — *et loco* om. L — 13-14. *voluerint* codd. plerique; *voluerunt* δ et alii rec. — 15. *qui vi* L; *qui* erasum in D, om. δ, Lov. — 17-18. *quam iure omnium* V. — 20. *induciasum* U. — 21. *et* (ante *per*) om. L. — 22-23. *hominibus* Dδ et alii rec.

eo recurrant et id cupidissime petant, quod paulo ante contempserint. Neque nunc se illorum humilitate neque aliqua temporis opportunitate postulare, quibus rebus opes augeantur suæ; sed eos exercitus, quos contra se multos jam annos  
 5 aluerint, velle dimitti. Neque enim sex legiones alia de causa missas in Hispaniam septimanque ibi conscriptam, neque tot tantasque classes paratas, neque submissos duces rei militaris peritos. Nihil horum ad pacandas Hispanias, nihil ad usum Provinciae provisum, quæ propter diuturnitatem pacis nullum  
 10 auxilium desiderarit. Omnia hæc jam pridem contra se parari: in se novi generis imperia constitui, ut idem ad portas urbanis præsideat rebus et duas bellicosissimas provincias absens tot annis obtineat; in se jura magistratuum commutari, ne ex prætura et consulatu, ut semper, sed per paucos probati et  
 15 electi in provincias mittantur; in se etiam ætatis excusationem nihil valere, cum superioribus bellis probati ad obtinendos exercitus evocentur; in se uno non servari quod sit omnibus datum semper imperatoribus, ut rebus feliciter gestis aut cum honore aliquo, aut certe sine ignominia, domum revertantur  
 20 exercitumque dimittant. Quæ tamen omnia et se tulisse patienter et esse laturum; neque nunc id agere, ut ab illis abductum exercitum teneat ipse, quod tamen sibi difficile non sit, sed ne illi habeant quo contra se uti possint. Proinde, ut

2. *humanitate* codd.; *humilitate* Aldus. — 5. *dimittere* D corr., δ et «quinque» rec. — *alias* F. — 6. *missas an* (vel *ah*) *Hisp.* F. — *conscriptum* U. — 7. *classis* codd. præter recentes. Sed *classes* loqui in hac re Cæsarem non potuisse ostendit Nipperdeius. ut ornaturi orationem magistri esse videantur pro talibus: *tot tantaque auxilia parata*, de quibus c. 39; II, 18.

— *summissos* L. — 8. *Nihil quorum* TL et duo rec. — 12. *præsidia* codd., *præsideat* Aldus. — 12-13. *ab se tot* D corr., δ et «tres» rec. — 13. *annos* UFDδ, plures Oud. — 14. *semper fit per* codd. plerique; *sit* UF; *sic* (?) duo Oud.; *sed* Aldus. — 15. *etiam* TL, Petav.; om. UFVDD. plures Oud. — 16. *quod sup.* codd.; *quom* Nipperdeius. — 23. *habeant qu* (sic) L.

esset dictum, provinciis excederent exercitumque dimitterent: si id sit factum, se nociturum nemini. Hanc unam atque extremam esse pacis conditionem.»

LXXXVI. Id vero militibus fuit pergratum et jucundum, ut ex ipsa significatione cognosci potuit, ut, qui aliquid justis in- 5 commodi expectavissent, ultro præmium missionis ferrent. Nam cum de loco et de tempore ejus rei controversia inferretur, et voce et manibus universi ex vallo, ubi constiterant, significare cœperunt, ut statim dimitterentur, neque omni interposita fide firmum esse posse, si in aliud tempus differretur. Paucis cum 10 esset in utramque partem verbis disputatum, res huc deducitur, ut ei, qui habeant domicilium aut possessionem in Hispania, statim, reliqui ad Varum flumen dimittantur; ne quid eis noceatur, neu quis invitus sacramentum dicere cogatur, a Cæsare cavetur. 15

LXXXVII. Cæsar ex eo tempore, dum ad flumen Varum veniatur, se frumentum daturum pollicetur. Addit etiam ut, quod quisque eorum in bello amiserit, quæ sint penes milites suos, iis qui amiserant restituatur: militibus æqua facta æstimatione pecuniam pro his rebus dissolvit. Quasumque postea con- 20 troversias inter se milites habuerunt, sua sponte ad Cæsarem in-

1. *exercitum* F. — 2. *sed* (vel *S*;) *si id* codd.; *sed id si factum* (inter versus fuerit a sec. m.) V. Aldus delevit *sed*. — *nociturum se* δ, Aldus.

LXXXVI. — 5. *aliqui* TLUFV, «tres-Oud. — 5-6. *victi inc.* UFDδ et rec. Oud. — 7. *et de temp.* TFδ (ex UH non enotatum); ceteri *et temp.* — 12. *ei* om. D. Voss.; *illi* V, *hi* δ. — 12-13. *Hispanium*

TLUFV. — 13-14. *ne cui de his uoc.* Dδ. — 14. *sacramento* UF.

LXXXVII. — 17. *et addit etiam* L. — *ut quid* codd., correxit Nipperdeius. — 19. *his* codd. — *amiserint* V. — *restituatur* codd.; *restituatur* Stephanus. — 19-20. *existimat.* L. — 20. *solvit* D. — 21 et 1, p. 68. *intus adier.* codd., *justius ad.* L; *in jus* Guilielmus; *introduxerunt* D in ras., nec pauci rec.

jus adierunt. Petreius atque Afranius cum stipendium ab legionibus pæne seditione facta flagitarentur, cujus illi diem nondum venisse dicerent, Cæsar ut cognosceret, postulatum est, eoque utrique, quod statuit, contenti fuerunt. Parte circiter 5  
 tertia exercitus eo biduo dimissa, duas legiones suas antecedere, reliquas subsequi jussit, ut non longo inter se spatio castra facerent, eique negotio Q. Fufium Calenum legatum præficit. Hoc ejus præscripto ex Hispania ad Varum flumen est iter factum, atque ibi reliqua pars exercitus dimissa est.

1. *Petreius autem* T solus. — 2. *flagitaretur* codd.; *flagitarentur* Aldus. — 3. *diceretur* T, ead. m. correctum. — 4. *est* om. T, Lov. — *eo quod utr.* H. — *contempti* F. — 7. *Fufium* TUF; *Fufium* V, unus Ur-

sini; *Fusium* D; *Fuscium* vel *Fuscium* (sic Petav., δ. Bong. 3) «meliores» Oud.: *Fuseum* L. — *Cal.* om. V. — Subscriptio UF: *Hircii Parsæ belli civilis Gai (C. F) Cæsaris lib. prius explicit feliciter.*

# DE BELLO CIVILI

## LIBER II.

I. Dum hæc in Hispania geruntur, C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationem Massiliæ relictus erat, duabus ex partibus aggerem, vineas turreisque ad oppidum agere instituit. Una erat proxima portui navalibusque, altera ad partem, qua est aditus ex Gallia atque Hispania ad id mare, quod adjacet 5 ad ostium Rhodani. Massilia enim fere tribus ex oppidi partibus mari alluitur; reliqua quarta est, quæ aditum habeat ab terra. Hujus quoque spatii pars ea, quæ ad arcem pertinet, loci natura et valle altissima munita longam et difficilem habet oppugnationem. Ad ea perficienda opera C. Trebonius magnam 10 jumentorum atque hominum multitudinem ex omni Provincia vocat; vimina materiamque comportari jubet. Quibus comparatis rebus, aggerem in altitudinem pedum LXX exstruit.

1. — 1. *legatus* om. Scal. — 4. *portu* TLV. — *ex parte* L. — *quæ est* TUV, sed FL *qua*. — 5. *aditus ad* (in ras. D) *Galliam atque Hispaniam* Dδ et alii rec. — *quod adigit* codd., *agrit* T, inserto cad. m. di. H *attigit* «in litura.» Nipperdeius *adjacet*,

quod in archetypo *ADICET* exaratum fuerit cum levi errore. — 6. *ad* om. Petav. — *Rod.* L. — *tribus ex* T cum reliquis. — 7. *ad terram* D corr., δ et alii rec. — 12. *erocat* Ciacconius; *vocat* in L post *multitudinem*.

II. Sed tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum apparatus, tantaque multitudo tormentorum, ut eorum vim nullæ contextæ viminibus vineæ sustinere possent. Asseres enim pedum XII cuspidibus præfixi, atque hi maximis balistis  
5 missi, per quattuor ordines cratium in terra defigebantur. Itaque pedalibus lignis conjunctis inter se porticus integebantur, atque hac agger inter manus proferebatur. Antecedebat testudo pedum LX æquandi loci causa facta item ex fortissimis lignis, convoluta omnibus rebus, quibus ignis jactus et lapides defendi  
10 possent. Sed magnitudo operum, altitudo muri atque turrium, multitudo tormentorum omnem administrationem tardabat. Crebræ etiam per Albicos eruptiones fiebant ex oppido, ignesque aggeri et turribus inferebantur; quæ facile nostri milites repellebant, magnisque ultro illatis detrimentis eos qui  
15 eruptionem fecerant in oppidum rejiciebant.

III. Interim L. Nasidius ab Cn. Pompeio cum classe navium XVI, in quibus paucae erant æratae, L. Domitio Massiliensibusque subsidio missus, freto Siciliae, imprudente atque inopinante Curione, pervehitur, appulsisque Messanam navibus,  
20 atque inde propter repentinum terrorem principum ac senatus fuga facta, unam ex navalibus eorum deducit. Hac adjuncta ad reliquas naves, cursum Massiliam versus perficit, præmissaque clam navicula Domitium Massiliensesque de suo adventu cer-

II. — 4. *balist.* codd. — 5. *terram* FH, Petav., D corr., δ et alii rec. — 7. *ha* (sic) F, *huc* Dδ. — 8-9. *evoluta* UFDδ. — 11. *tardabant* Dδ. — 12. *Crebræ tamen* codd., qui in compendio errarunt; *etiam* Nipperdeius. — 13. *quos fac.* Buslid.

III. — 16. *Gucio* V. — 18. *missis* L.

— 19. *ad Mess.* Scal. — *navibus* D in marg., in serie *appulsusque* a sec.; *nav.* om. δ. — 21. *navem* ex cod. Scal. — *ex navibus* D, Carr., edd. primæ. — *unam deducit* D corr., δ, Carr.; *deducit navem* Petav., Norvic.; *deducit* reliqui. — 22. *permissaque* T.



tiores facit, eosque magnopere hortatur ut rursus cum Bruti classe additis suis auxiliis confligant.

IV. Massilienses, post superius incommodum, veteres ad eundem numerum ex navalibus productas naves refecerant summaque industria armaverant (remigum, gubernatorum magna 5 copia suppetebat), piscatoriasque adjecerant atque contexerant, ut essent ab ictu telorum remiges tuti; has sagittariis tormentisque compleverunt. Tali modo instructa classe, omnium seniorum, matrum familiae, virginum precibus et fletu excitati, ~ extremo tempore civitati subvenirent, ~ non minore animo ac 10 fiducia, quam ante dimicaverant, naves conscendunt. Communi enim fit vitio naturae, ut inusitatis atque incognitis rebus magis confidamus vehementiusque exterreamur; ut tum accidit. Adventus enim L. Nasidii summa spe et voluntate civitatem compleverat. Nacti idoneum ventum ex portu exeunt et Tauroenta, 15 quod est castellum Massiliensium, ad Nasidium perveniunt, ibique naves expediunt rursusque se ad confligendum animo confirmant et consilia communicant. Dextra pars attribuitur Massiliensibus, sinistra Nasidio.

V. Eodem Brutus contendit aucto navium numero. Nam ad 20 eas, quae factae erant Arelate per Caesarem, captivae Massiliensium accesserant sex. Has superioribus diebus refecerat atque omnibus rebus instruxerat. Itaque suos cohortatus, quos inte-

IV. — 5. *gubernatorumque* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — 7. *hasque* D. Voss. — 8. *compleverant* D et aliquot Oud. — 12. *enim* UF  $\delta$  et major numerus Oud.; *etiam* TLVD, Scal. — *ut invisitatis* TLUFV, Petav., Lov., in quo agnosco vocem *in-*

*sitatis* cum solita varietate *invisitatis*. Freudenbergius *improvisis*. D,  $\delta$  et alii rec. *invisis, latitantibus*. — 13. *ut cum* F. — 18. *utrib.* T.

V. — 21-22. *a Massiliensibus* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — 22. *vi quas sup.* V.

gros superavissent ut victos contemnerent, plenus spei bonæ  
 atque animi adversus eos proficiscitur. Facile erat ex castris  
 C. Trebonii atque omnibus superioribus locis prospicere in  
 urbem, ut omnis juvenus, quæ in oppido remanserat, omnes-  
 5 que superioris ætatis cum liberis atque uxoribus [publicis cu-  
 stodiisque] aut in muro ad cœlum manus tenderent, aut templa  
 deorum immortalium adirent, et ante simulacra projecti victo-  
 riam ab diis exposcerent. Neque erat quisquam omnium, quin  
 in ejus diei casu suarum omnium fortunarum eventum con-  
 10 sistere existimaret. Nam et honesti ex juventute et cujusque  
 ætatis amplissimi nominatim evocati atque obsecrati naves  
 conscenderant, ut, si quid adversi accidisset, ne ad conandum  
 quidem sibi quicquam reliqui fore viderent; si superavissent,  
 vel domesticis opibus vel externis auxiliis de salute urbis con-  
 15 fiderent.

VI. Commisso prælio Massiliensibus res nulla ad virtutem de-  
 fuit: sed memores eorum præceptorum, quæ paulo ante ab  
 suis acceperant, hoc animo decertabant, ut nullum aliud tem-  
 pus ad conandum habituri viderentur, et quibus in pugna vitæ

1. *ut* L in marg., om. δ et Dorv. —  
 2. *eas* UFD et «tres» Oud. — 3. *G. Tre-*  
*boneij* V. — 5. *superiores* UF; *senioris*  
*ætatis* cum Kindschero corrigendum vide-  
 tur. — 5-6. *ex publicis custodiis quæ* vel  
*custodiisque aut muro* codd. «plerique»  
 Oud. et nostri, quorum in nullo tamen  
 legitur *ex*. In *aut muro* particula punctis  
 subnotata et ead. m. *de* correctum in V.  
 Em. Hollinannus ea verba supra inseruit:  
*juventus quæ publicis custodiis in oppido*  
*remanserat*. Quod ipsum voluit qui hæc  
 verba addenda esse judicavit, sed de mar-

gine esse illata prodit locus alienus, ut  
 alias passim glossas, quæ hos libros con-  
 taminant. — 6. *aut muro* codd.: F. Hof-  
 manni est emendatio, adhibenda eadem.  
 B. G. VIII, 43, IX *murisque disponunt*. —  
*manus* om. TL, in quo *ad telum*. — 8. *ab*  
*dis* vel *diis* TUFVDδ, unus L *ab hiis*,  
 quod ex «mss.» affert Oud. — 8 9. *quin*  
*ejus* Scal. et nostri; *in* tres recentes Oud.:  
*qui non* D. — 9-10. *sustinere existima-*  
*rent* L. — 11. *amplissima* UF. — 12.  
*conscenderint* V a pr. — 14. *extraneis* D  
 sec., δ et alii rec.

periculum accideret, non ita multo se reliquorum civium fatum antecedere existimarent, quibus urbe capta eadem esset belli fortuna patienda. Diductisque nostris paulatim navibus artificio gubernatorum et mobilitati navium locus dabatur et, si quando nostri facultatem nacti ferreis manibus injectis navem 5 religaverant, undique suis laborantibus succurrebant. Neque vero conjuncti Albici comminus pugnando deficiebant, neque multum cedebant virtute nostris. Simul ex minoribus navibus magna vis eminus missa telorum multa nostris de improvise imprudentibus atque impeditis vulnera inferebant. Conspicuae 10 tæque naves triremes duæ navem D. Bruti, quæ ex insigni facile agnoscere poterat, duabus ex partibus sese in eam incitaverant. Sed tantum re provisa Brutus celeritate navis enisus est, ut parvo momento antecederet. Illæ adeo graviter inter se incitatae conflixerunt, ut vehementissime utraque ex concursu 15 laborarent, altera vero præfracto rostro tota collabefieret. Quare animadversa, quæ proximæ ei loco ex Bruti classe naves erant, in eas impeditas impetum faciunt celeriterque ambas deprimunt.

VII. Sed Nasidianæ naves nullo usui fuerunt celeriterque 20 pugna excesserunt : non enim has aut conspectus patriæ aut

VI. — 1. *acciderat* TLUFVD, Petav., alii Oud. "sic sive *accederit*; "  $\delta$  *accideret*. — *se* om. L. — 3. *Deductisque* U (non F) VD $\delta$ . — 3-4. *navibus et artif.* codd. præter L $\delta$ , Lov. et Dorv. — 4. *gubernatorum mob.* codd.: et inseruit Em. Hoffmannus, quod loco motum erat. — 5. *navim* TLV, *navem* UF. — 7. *Albici* codd.: *Albici* Hellerus. — *pugna def.* UFD $\delta$  et "quinque" Oud. — 8. *nostris virtute* L. — 11. *navis*

*triremis* UF. — *ex igni* TUFV, Scal., Petav., *igne* H. Cuj.; *ex signis* L; *ex insigni* D $\delta$ , Palat., Dorv. — 12. *agnoscere* TV — 13. *tanta* D corr. et nonnulli rec. — *provisa* unus rec. — *enisus* TL. — 14-15. *concitata* L. — 15. *utraqve* D corr.,  $\delta$  et pars Oud. — 16. *præfracto* UF, Petav., D corr.,  $\delta$  et alii rec.; *præfracto* L. r a sec. inserto; *præfecto* T, *præsecto* V, *prærupto* D — 17. *animum adv.* Petav.

propinquorum præcepta ad extremum vitæ periculum adire cogebant. Itaque ex eo numero navium nulla desiderata est: ex Massiliensium classe v sunt depressæ, iv captæ, una cum Nasidianis profugit: quæ omnes Citeriorem Hispaniam petiverunt. At ex reliquis una præmissa Massiliam hujus nuntii perferendi gratia cum jam appropinquaret urbi, omnis sese multitudo effudit, et re cognita tantus luctus excepit, ut urbs ab hostibus capta eodem vestigio videretur. Massilienses tamen nihilo secius ad defensionem urbis reliqua apparare cœperunt.

10 VIII. Est animadversum ab legionariis, qui dextram partem operis administrabant, ex crebris hostium eruptionibus magno sibi esse præsidio posse, si ibi pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent. Quam primo ad repentinos incursus humilem parvamque fecerunt. Huc se referebant:  
15 hinc, si qua major oppresserat vis, propugnabant: hinc ad repellendum et prosequendum hostem procurrebant. Patebat hæc quoque versus xxx, sed parietum crassitudo pedes v. Postea vero, ut est rerum omnium magister usus, hominum adhibita sollertia inventum est magno esse usui posse, si hæc  
20 esset in altitudinem turris elata. Id hac ratione perfectum est.

IX. Ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem.

VII. — 5-6. *perfer.* L. inter versus. — 6. *se* L. — 7. *ad cognoscendum effudit* UFDδ et codd. Oud. præter L., Scal. — 9. *segnius* L., Scal. V a sec., Leid. 2. — *parare* L.

VIII. — 12. *esse* om. UF. — *posse* om. D corr., δ. nec pauci rec. Oud.: *periculo* (pro *præs.*) δ. — *ibi* om. UFDδ et

plures Oud. — 14. *referant* UF. — 17. *quoque* UF. D pr. (*quoquo* a sec.) δ: *quaqua* alii rec.: om. TLV. — *pedum* v D, *ped.* om. δ, Lov., Pal. — 19. *diligentia* L, supra posito *sollert.*

IX. — 21. *Ubi* TUF, ceteri *Ibi.* — *perfecta* U, ead. m. correctum. — *ut contabulationis causa in par.* codd. prope omnes:

eam in parietes instruxerunt, ita ut capita tignorum extrema parietum structura tegerentur, ne quid emereret, ubi ignis hostium adhæresceret. Hanc super contignationem, quantum tectum plutei ac vinearum passum est, latericulo adstruxerunt, supraque eum locum ii tigna transversa injecerunt non longe 5 ab extremis parietibus, quibus suspenderent eam contignationem, quæ turri tegimento esset futura, supraque ea tigna directo transversas trabes injecerunt easque axibus religaverunt (has paulo longiores atque eminentiores, quam extremi parietes erant, effecerant, ut esset ubi tegimenta præpendere possent ad defendendos ictus ac repellendos, cum inter eam contignationem parietes exstruerentur), eamque contabulationem summam lateribus lutoque constraverunt, ne quid ignis hostium nocere posset, centonesque insuper injecerunt, ne aut tela tormentis immissa tabulationem perfringerent, aut saxa ex ea- 15 tapultis latericium discuterent. Storias autem ex funibus ancorariis tres in longitudinem parietum turris latas iv pedes fecerunt, easque ex tribus partibus, quæ ad hostes vergebant,

*et cout.* L; *id e.* D in ras., Pal., Bong. 3; *hic e.* δ; *ad e.* «reliqui» Oud., haud dubie recentes, nullus ap. Fabric.: *id contabulationibus eam* Buslid.: *ad contabulationem eam* editt. ab Aldo. — *in om.* L. — 1. *instruxerunt* UF, Petav. — *extrema omnes nostri.* — 3. *insuper* codd., correxit Nipperdeius. — 4. *tectum om.* L. — *latericulo* codd., om. V. — *astrux.* Fδ, *astriar.* L, *construx.* D, Voss. — 5. *tigna ii* Cuj., *i. duo et tr.* Palat. — *injecerunt ut non* codd. prope omnes, *ii* Scal. pro *ut* quod inter versus est in D, nec habere videntur duo tresve Oud. Delevit Stephanus. — 6. *suspenderunt* TLV, Scal. — 7. *tegnum.* F hic, alibi *tegin.* — 7-8. *devecto*

TLV, Lov.: *devecto* UF. — 8. *easque* T, Cujac.; *eaque ceteri nostri et longe plurimi* Oud., qui: «tam enim tigna quam trabes axibus religata fuisse credibile est.» — *assibus* D, Pal., Dorv.; *asseribus* δ et alii rec. — 9. *has trabes paulo* UFVDD et rec. Oud. — 10. *effecerunt* UFVDD et rec. Oud. — 11. *interea* TLUFV. — 13. *luto lateribusque* L. — *castraverunt* TLV, Scal., hic pro var. *calcaverunt.* — 14. *centones* L. — 15. *missu* UFDδ et alii rec. — *tribul.* TV. — 16. *deicerent* Lov. — 17. *iii* in D. — *latus* L in marg. — 18. *easque* TI. — *qua hostes perurgebant* T, compendio *per* expuncto; *qua hostes perurgebant* L, *urgebant* V; *qua ad hostes perurg.* Scal.

eminentibus trabibus circum turrim præpendentes religaverunt: quod unum genus tegimenti aliis locis erant experti nullo telo neque tormento trajici posse. Ubi vero ea pars turris, quæ erat perfecta, tecta atque munita est ab omni ictu hostium, 5 pluteos ad alia opera abduxerunt; turris tectum per se ipsum pressionibus ex contignatione prima suspendere ac tollere cœperunt. Ubi, quantum storiarum demissio patiebatur, tantum elevabant, intra hæc tegimenta abditi atque muniti parietes lateribus exstruebant, rursusque alia pressione ad ædifican- 10 dum sibi locum expediebant. Ubi tempus alterius contabulationis videbatur, tigna item ut primo tecta extremis lateribus instruebant, exque ea contignatione rursus summam contabulationem storiasque elevabant. Ita tuto ac sine ullo vulnere ac periculo sex tabulata extruxerunt, fenestrasque quibus in locis 15 visum est ad tormenta mittenda in struendo reliquerunt.

X. Ubi ex ea turri quæ circum essent opera tueri se posse sunt confisi, musculum pedes lx longum ex materia bipedali, quem a turri latericia ad hostium turrim murumque perducerent, facere instituerunt. Cujus musculi hæc erat forma: duæ 20 primum trabes in solo æque longæ, distantes inter se pedes iv.

1. *imminentibus* UF. — *turrem* UF, et alibi, sed *turrim* iidem cap. 8. — 2. *quod ad unum* TL, Scal. — 5. *et alia opera addux.* D. — 6. *pressionibus* UFD, Lov.; *pressionibus* δ. — 8. *elevabant* codd.; *elevabant* F, Hofmannus, cujus est nova distinctio loci. — 9. *pressione* codd., *pens.* L: *aliam pressionem* Dδ et alii rec. — 11. *prima* F. — *certa extr.* Lov. — 12. *summa* UF. — 13. *sine vulnere ullo* L. — 15. *mittenda instruenda* TLVD pr.

X. — 17. *sunt confisi* nostri præter D, qui om. *sunt*, et V, qui *statim conf.* — *ped.* compendio TUF; *pedum* LV et alii: *pedem* Lov.; *pedes* δ et duo rec., plures *pedibus*. — *lx* Nipperdeius, *lx* Gælerus: *lx* tuetur et explicat H. Schneiderus, Dissert. inaug. Vratisl. 1859. — *bipedali* T. — 18. *quæ a* TFV, -quattuor- Oud. — 20. *longe* codd. præter T: *æqua lege* D marg., δ et alii rec. — *pedum* LVD.

collocantur, inque eis columellæ pedum in altitudinem v defiguntur. Has inter se capreolis molli fastigio conjungunt, ubi tigna, quæ musculi tegendi causa ponant, collocentur. Eo super tigna bipedalia injiciunt, eaque laminis clavisque religant. Ad extremum musculi tectum trabesque extremas quadratas regulas iv patentes digitos defigunt, quæ lateres, qui super musculo struantur, contineant. Ita fastigate atque ordinatim structo \*tecto\*, ut trabes erant in capreolis collocatæ, lateribus et luto musculus, ut ab igni, qui ex muro jaceretur, tutus esset, contegitur. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Coria autem, ne rursus igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur. Hoc opus omne tectum vineis ad ipsam turrin perficiunt, subitoque inopinantibus hostibus machinatione navali, phalangis subjectis, ad turrin hostium admovent, ut ædificio jungatur.

XI. Quo malo perterriti subito oppidani saxa quam maxima possunt vectibus promovent, præcipitataque muro in musculum devolvunt. Ictum firmitas materiæ sustinet, et quicquid incidit fastigio musculi elabatur. Id ubi vident, mutant consilium: cupas tæda ac pice refertas incendunt, easque de muro in muscu-

1. *columnelle* L; *columnelle* V et pauci rec. — 2. *campolis* L. — 3. *Eos* L. — 4. *mittunt, ea lam.* L; *immittunt* Pal., Dorv. — 5. *tectique* TLV, *tecti* Scal. — *trabes* TLD, Scal. — 6-7. *musculos* codd., correctum a P. Manutio. Judice Nipperdeio deleta glossa scribendum *superstruantur*. — 7. *construantur* L. — *Itaque* D. — *fastigato* codd., *fastigiato* LD pr. Sed adverbium Cæsaris esse a criticis observatur. — 8. *tecto* addidit Oudendorpius. — *ut* om. D pr., Voss., Busl. — *que*

*erant* Dδ et «quattuor» Oud. — *campolis* L. — *in lateribus luto* codd. præter D, qui sine *in*, nec enotatur ex V præpositio. male repetita post *in capreolis*. Deinde *et luto* D corr., δ et quattuor alii rec.; nullus *lutoque*. — 9. *musculis* VT, hic o super i posito. — 11. *possit* L. — 13. *perducunt* Scal. pro var. lect. — *sibique* (pro *sub*.) V. — 14. *subjectis phal.* L. — 15. *conjungatur* L.

XI. — 17. *permovent* L. — 19. *delabitur* D. Voss. et duo alii rec.

lum devolvunt. Involutæ labuntur, delapsæ ab lateribus longuriis fureisque ab opere removentur. Interim sub musculo milites vectibus infima saxa turris hostium, quibus fundamenta continebantur, convellunt. Musculus ex turri latericia a nostris  
 5 telis tormentisque defenditur: hostes ex muro ac turribus submoventur: non datur libera muri defendendi facultas. Compluribus jam lapidibus ex illa, quæ suberat, turri subductis, repentina ruina pars ejus turris concidit, pars reliqua consequens procumbebat: cum hostes urbis direptione perterriti  
 10 inermes cum infulis se porta foras universi proripiunt, ad legatos atque exercitum supplices manus tendunt.

VII. Qua nova re oblata, omnis administratio belli consistit, militesque aversi a prælio ad studium audiendi et cognoscendi feruntur. Ubi hostes ad legatos exercitumque pervenerunt, universi se ad pedes projiciunt: orant ut adventus Cæsaris expectetur: ~captam suam urbem videre; opera perfecta, turrim subrutam: itaque ab defensione desistere. Nullam exoriri moram posse, quo minus, cum venisset, si imperata non facerent ad nutum, e vestigio diriperentur. ~Docent, si omnino turris  
 20 concidisset, non posse milites contineri, quin spe prædæ in urbem irrumperent urbemque delerent. Hæc atque ejusdem

1. a TL, ceteri nostri *ab*. — 6. *libera* om. L. — *defendendi* UF. «Non libera,» observante Hellero, quippe nulla jam in muro standi facultate. — 6-7. *Cum plur.* nostri præter L, qui *tum pro jam* — 7. *ex illa* nostri præter unum δ, qui *ea*, ut vulgo. — *quæ subastat* H. — *subductis* om. FH et haud dubie U quoque. — 8. *conciditur* F. — 9. *tum h.* Dδ et alii *rec.* — *hostes turris repentina ruina commoti, inopinato malo*

*turbati, deorum ira percussi, urbis dir.* margo D. δ et alii *rec.* — 10. *infulsisse porta* TV.

VII. — 16. *captant* TLV. — 17. *subruptam* LD. — *ad defensionem* L. — 18-19. *faceret* TV. — 20. *posset* UFV. *possent* Pet. — *quin (qui in V) se plurimi* Oud. et nostri omnes præter U a sec. m. et H, qui *spe*. F autem sic: *quin se prædæ in urbem spe irrumper.*



generis complura ut ab hominibus doctis magna cum misericordia fletuque pronuntiantur.

XIII. Quibus rebus commoti legati milites ex opere deducunt, oppugnatione desistunt; operibus custodias relinquunt. Induciarum quodam genere misericordia facto, adventus Cæsaris expectatur. Nullum ex muro, nullum a nostris mittitur telum : ut re confecta, omnes curam et diligentiam remittunt. Cæsar enim per litteras Trebonio magnopere mandaverat, ne per vim oppidum expugnari pateretur, ne gravius permoti milites et defectionis odio et contemptione sui et diutino labore omnes puberes interficerent: quod se facturos minabantur, ægreque tunc sunt retenti, quin oppidum irrumperent: graviterque eam rem tulerunt, quod stesisse per Trebonium, quo minus oppido potirentur, videbatur.

XIV. At hostes sine fide tempus atque occasionem fraudis ac doli quærunt, interjectisque aliquot diebus, nostris languentibus atque animo remissis, subito meridiano tempore, cum alius discessisset, alius ex diutino labore in ipsis operibus quieti se dedisset, arma vero omnia reposita contectaque essent, portis se foras erumpunt, secundo magnoque vento ignem operibus inferunt. Hunc sic distulit ventus, uti uno tempore agger, plutei, testudo, turris, tormenta flammam conciperent, et prius hæc omnia consumerentur, quam, quemadmodum ac-

1. *quam plura* Dδ.

XIII. — 3. *ab op.* L. — 3-4. *deducunt* Petav. et nostri præter Dδ. — 4. *operis* TL. Petav. — 5. *misericiordiæ* D corr. et pauci rec. — 10. *contentione* codd. — 11. *quæ se* V. — 13. *quæ stet.* V. — 14. *videbantur* TV.

XIV. — 19. *se om.* TV. In D post *quieti* erasæ litteræ quattuor. — 20. *erumpunt* (*erump.* F) omnes nostri, Petav. et alii; *erump.* pauci non nominati ap. Ond. — *ventoque magno* V. — 22. *flamma* UF; *flamine* D corr., δ.

cidisset, animadverti posset. Nostri repentina fortuna permoti  
 arma quæ possunt arripiunt; alii ex castris sese incitant. Fit  
 in hostes impetus [eorum]; sed de muro sagittis tormentisque  
 fugientes persequi prohibentur. Illi sub murum se recipiunt,  
 5 ibique musculum turrinque latericiam libere incendunt. Ita  
 multorum mensium labor hostium perfidia et vi tempestatis  
 puncto temporis interiit. Tentaverunt hoc idem Massilienses  
 postero die. Eandem nacti tempestatem majore cum fiducia ad  
 alteram turrin aggeremque eruptione pugnauerunt, multum-  
 10 que ignem intulerunt. Sed ut superioris temporis contentionem  
 nostri omnem remiserant, ita proximi diei casu admoniti omnia  
 ad defensionem parauerant. Itaque multis interfectis, reliquos  
 infecta re in oppidum repulerunt.

XV. Trebonius ea quæ sunt amissa multo majore militum  
 15 studio administrare et reficere instituit. Nam ubi tantos suos  
 labores et apparatus male cecidisse viderunt, induciisque per  
 scelus violatis suam virtutem irrisui fore perdoauerunt, quod,  
 unde agger omnino comportari posset, nihil erat reliquum.  
 omnibus arboribus longe lateque in finibus Massiliensium ex-  
 20 cisis et convectis, aggerem novi generis atque inauditum ex la-  
 tericiis duobus muris senum pedum crassitudine atque eorum  
 murorum contignatione facere instituerunt aqua fere altitu-

1. *adverti* L; *animum adv.* Petav. —  
 2. *capiant* (pro *arr.*) L. — 3. *eorum* de-  
 levit Stephanus. — *sed muro* codd.; *de*  
 addidit Em. Hoffmannus. — 6. *mensum*  
 UF (non enotatum ex H), ut bis optimi  
 B. G.; *mensuum* D. — 9. *turrem* UFD,  
 supra l. 5 iidem *turrinque*, H *turrium-*  
*que*. — 10. *contemtionem* UFD. — 11.  
*remanerant* F. — 13. *reppul.* TUF.

XV. — 16-17. *proh scelus* L. — 20.  
*uari rete* (quæ deleta) *generis* T. — 21.  
*pedum ei* (littera imperfecta, deinde dua-  
 rum litterarum spatium vacuum) *assitu-*  
*dine* F, *gross.* D et rec., *cross.* δ. —  
 22. *contignationem* codd., correxit Nip-  
 perdeius. — *eque* vel *æque* TV. — 22,  
 et 1 p. 81. *latitudine* codd., *magnitudine*  
 Leid. 2; *altitudine* Vascosanus.

dine atque ille congesticius ex materia fuerat agger. Ubi aut spatium inter muros aut imbecillitas materiae postulare videretur, pilae interponuntur, traversaria ligna injiciuntur, quae firmamento esse possint, et quicquid est contignatum cratibus consternitur, crates luto integuntur. Sub tecto miles, dextra ac 5 sinistra muro tectus, adversus plutei objectu operi quaecumque sunt usui sine periculo supportat. Celeriter res administratur: diuturni laboris detrimentum sollertia et virtute militum brevi reconciliatur. Portae quibus locis videtur eruptionis causa in muro relinquuntur. 10

XVI. Quod ubi hostes viderunt, ea quae diu longoque spatio refici non posse sperassent, paucorum dierum opera et labore ita refecta, ut nullus perfidiae neque eruptioni locus esset, nec quicquam omnino relinqueretur, qua aut telis militibus aut igni operibus noceri posset, eodemque exemplo 15 sentiunt totam urbem, qua sit aditus ab terra, muro turribusque circummuniri posse, sic ut ipsis consistendi in suis munitionibus locus non esset, cum pæne inædificata in muris ab exercitu nostro mœnia viderentur ac telum manu conjiceretur, suorumque tormentorum usum, quibus ipsi magna 20

3. *transvers.* Dδ. Oud. sine var. — 4. *possent* L; *possunt* V. — *ut quicq.* TLV: *at* aliquot rec. Oud. — 5. *cratesque* δ et alii rec. — *lutoque* UF. D correctus. — *tecto* UF et a sec. II. D a pr. Petav. Voss. — *dextera* TL. — 6. *textus* UF. — *objecto* codd. nostri et «quinque» Oud.; *objectu* Aldus — 8. *detrimento* UF. — 9. *reconliatur* L. *ci* superne inserto: *reconcinuatur* Aldus.

XVI. — 13. *ita* om. L. — *nullius* codd. præter δ et non nominatos quosdam Oud. — *eruptionis* Dδ et alii rec. — 14-15. *aut*

*eis mil.* TLUFV; *aut ab eis* Scal., Petav.: *aut eis mil. aut ignis* Dδ et alii rec., quorum D, Voss. et alii duo *nocere*. Sed *aut eis* ortum esse ex *aut telis* ostendit Forchhammerus. Vulgo *aut vi mil.*, ut Palat. — 17. *circumiri* codd.: *circummuniri* Aicardus. — *istis cons.* U a pr. m. — 18. *ædif.* Dδ et alii rec. — 19. *media* (pro *mœni.*) L. — *tela* D corr. δ et alii rec. — 19-20. *coierentur* V pr. (post *telum*). D et rec. — 20. *suorum* L. — *usu* UF. — *magna vi* (a corr. D).

speravissent, spatio propinquitatis interire, parique conditione ex muro ac turribus bellandi data, se virtute nostris adæquare non posse intelligunt, ad easdem deditionis condiciones recurrunt.

5 XVII. M. Varro in Ulteriore Hispania initio, cognitis iis rebus quæ sunt in Italia gestæ, diffidens Pompeianis rebus, amicissime de Cæsare loquebatur: - præoccupatum sese legatione ab Cn. Pompeio, teneri obstrictum fide: necessitudinem quidem sibi nihilo minorem cum Cæsare intercedere; neque se  
10 ignorare, quod esset officium legati, qui fiduciarium operam obtineret, quæ vires suæ, quæ voluntas erga Cæsarem totius provinciae. - Hæc omnibus ferebat sermonibus, neque se in ullam partem movebat. Postea vero, cum Cæsarem ad Massiliam detineri cognovit, copias Petreii cum exercitu Afranii  
15 esse conjunctas, magna auxilia convenisse, magna esse in spe atque expectari, et consentire omnem citeriorem provinciam, quæque postea acciderant, de angustiis ad Herdam rei frumentariae, accepit, atque hæc ad eum latius atque inflatius Afranius perscribebat, se quoque ad motus fortunæ movere cœpit.

20 XVIII. Delectum habuit tota provincia, legionibus completis duabus cohortes circiter xxv alarias addidit. Frumenti magnum numerum coegit, quod Massiliensibus, item quod

1. *superavissent* Dδ et alii rec. — 3. *intelligunt* hic omnes nostri, non *intelligunt*.

XVII. — 5. *Uteriori* LA, et ead. m. *i* super *e* positum in T. — *hiis* TL, *his* UFVD. — 6. *Pompeianis* T, quasi *Pompeianis*. — 7. *legationem* T pr., F. — 8. *teneri* V. — *obstricto* F. — 9. *nihilo minus*

L; *minorum* V. — 10. *legato* U, ead. m. correctum. — 11. *obtineret, neque* (scil. *ignorare se*) *quæ* . . . conjecturam minime esse necessariam monuit Hellerns. — 13. *nullam* U, Lov., si recte lecti. — 16. *expectare* F. — 18. *ad eum hæc* V. — 19. *prescrib.* TLFV.

XVIII. — 21. 111 om. H.

Afranio Petreioque mitteret. Naves longas a Gaditanis ut facerent imperavit, complures præterea Hispali faciendas curavit. Pecuniam omnem omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gades contulit; eo sex cohortes præsidii causa ex provincia misit, Gaiumque Gallonium, equitem Romanum, familiarum Domitii, qui eo procurandæ hereditatis causa venerat missus a Domitio, oppido Gadibus præfecit: arma omnia privata ac publica in domum Gallonii contulit. Ipse habuit graves in Cæsarem conciones. Sæpe ex tribunali prædicavit adversa Cæsarem prælia fecisse, magnum numerum ab eo militum ad Afranium perfugisse: hæc se certis nuntiis, certis auctoribus comperisse. Quibus rebus perterritos cives Romanos ejus provinciæ sibi ad rempublicam administrandam HS CLXXX et argenti pondo XX millia, tritici modios CXX millia polliceri coegit. Quas Cæsari esse amicas civitates arbitrabatur, his graviora onera injungebat, præsidiaque eo deducebat et judicia in privatos reddebat: qui verba atque orationem adversus rempublicam habuissent, eorum bona in publicum addicebat. Provinciam omnem in sua et Pompeii verba jusjurandum adigebat. Cognitis iis rebus, quæ sunt gestæ in Citeriore Hispania, bellum parabat. Ratio autem hæc erat

1. *Pompeioque* nostri omnes et «septem» Ond. — 2. *in Hispali* codd.; præpositionem delevit P. Manutius. — 4. *Gades* nostri hic *Gadis* aliquoties in seqq. — *eo* ex F. — 5. *Gaium Call.* L. etiam infra *Call.* — 9. *contentiones* V. — 11. *perfugisse* VD. — *hæc secretis* UF, D a pr.; *certis* om. V. — 12-13. *perterritos* (-tus F) *civi* UF: *perterritus civis* L; *perterritis civis* T, *civibus* Petav. Omnes Rom. — 14. *CH* (c19 Pet.) *CLXXV* nostri (præter D. qui

*LVIII*), Scal., Petav. «Lov., Derv. et alii. In quorum multis male *cohortes* LXXX vel *cohortes* CLXXV (δ) scribitur.» Ond. — *pondo* D: ceteri nostri .p. — *milia* his om. U, Lov. — 15. *Cæsaris* TLV. Scal., Petav. — 17. *qui vero verba* D corr., δ et alii rec. — *orationes* L. — 18-19. *adicebat* L. — 20. *hīs* L. ceteri *his*, Bong. 3 *uis*. — 21. *enim hæc* LV. Scal.; *hæc enim* T. quod etiam pr. m. L. volebat.

belli, ut se cum ii legionibus Gades conferret, naves frumentumque omne ibi contineret : provinciam enim omnem Caesaris rebus favere cognoverat. In insula frumento navibusque comparatis bellum duci non difficile existimabat. Caesar, etsi multis necessariisque rebus in Italiam revocabatur, tamen constituerat nullam partem belli in Hispaniis relinquere, quod magna esse Pompeii beneficia et magnas clientelas in citeriore provincia sciebat.

XIX. Itaque duabus legionibus missis in Ulteriorem Hispaniam cum Q. Cassio, tribuno plebis, ipse cum oc equitibus magnis itineribus progreditur edictumque praemittit, ad quam diem magistratus principesque omnium civitatum sibi esse praesto Cordubae vellet. Quo edicto tota provincia pervulgato, nulla fuit civitas, quin ad id tempus partem senatus Cordubam mitteret, non civis Romanus paulo notior, quin ad diem conveniret. Simul ipse Cordubae conventus per se portas Varroni clausit, custodias vigilasque in turribus muroque disposuit, cohortes duas, quae Colonicæ appellabantur, cum eo casu venissent, tuendi oppidi causa apud se retinuit. Hisdem diebus Carmonenses, quae est longe firmissima totius provinciae civitas, deductis tribus in arcem oppidi cohortibus a Varrone praesidio, per se cohortes ejecit portasque praclusit.

1. *secum ii legiones* Dδ et alii rec. — *Gadis* codd. — 5. *Itulii* TUFVD et pars recentium. — 6. *Hispanis* F. *Hispania* Petav.

XIX. — 10. *cumque* C. F. — *cum* ante *oc* om. TLV. — 11. *progreditur* LUFD, Voss. — *edictum* pr. L. — 12. *civitatum* V. — 13. *promulgato* L. duo rec. — 14. *quae non ad* D. Voss. — *Cordubae* mitt.

nostrī omnes et meliores Oud. — 15. *diem statutum* D corr., δ et multi rec. — 16. *conv.* *Cord.* L. — 17. *in muro turribusque* L. — 18. *cum hortis duas* U pr. — *appellantur* L a pr. — 19. *Hisdem* TLV, *Isd.* UF. — 20. *totius oppidi provinciae* TL. — 21. *deductis* L. — *oppidi* om. TLV, ut pote modo non suo loco insertum. — 22. *injerit* nostri et meliores

XX. Hoc vero magis properare Varro, ut cum legionibus quam primum Gades contenderet, ne itinere aut trajectu intercluderetur: tanta ac tam secunda in Cæsarem voluntas provinciae reperiebatur. Progresso ei paulo longius litteræ Gadibus redduntur: ~ simul atque sit cognitum de edicto Cæsaris, 5 consensisse Gaditanos principes cum tribunis cohortium, quæ essent ibi in præsidio, ut Gallonium ex oppido expellerent, urbem insulamque Cæsari servarent. Hoc inuito consilio denunciavisse Gallonio, ut sua sponte, dum sine periculo liceret, excederet Gadibus; si id non fecisset, sibi consilium capturos. 10 Hoc timore adductum Gallonium Gadibus excessisse. ~ His cognitis rebus, altera ex duabus legionibus, quæ Vernacula appellabatur, ex castris Varronis adstante et inspectante ipso signa sustulit seseque Hispalim recepit, atque in foro et portibus sine maleficio consedit. Quod factum adeo ejus conven- 15 tus cives Romani comprobaverunt, ut domum ad se quisque hospitio cupidissime reciperet. Quibus rebus perterritus Varro, cum itinere converso sese Italicam venturum præmisisset, certior ab suis factus est præclusas esse portas. Tum vero omni interclusus itinere ad Cæsarem mittit, ~ paratum se esse legio- 20 nem, cui jusserit, tradere. ~ Ille ad eum Sextum Cæsarem mit-

Oud.: *ejecit* D corr., et  $\delta$ ; *traicit*, ut videtur, Petav. a pr.

XX. — 2. *ne in it.* U (non FH). — 4. *repperiatur* T. — *eo paulo* D corr.,  $\delta$ . Leid. 2: *enim p.* D, Voss. — 4-5. *ei a Gad.* L, in quo etiam *ei* prius; *a Gad.* VD correcti,  $\delta$  et alii rec. — 5. *fit cogn.* TLVD pr. — 7. *ipsi in*  $\delta$ ; *in om.* L. — 8-9. *denunciavisse* L. — 9. *sua sponte* omnes præter T, qui *sp. sua.* — 10. *excedere et G.* UF: *Gad. ex.* L. — *ibi cons.* TLUF. — 12-13. *appellatur* L et a pr. U. — 13.

*ipse* TV. — 14. *seque* L. — *Hispali* nostri omnes. *Hispalim* Petav. — 14-15. *portibus* D, Voss. — 15. *facinus* H. — 16. *cum probar.* UF. — *a se q.* L. — 18. *Italicam* codd., *Italtam* T, *in Italicam* D, Buslid.: *Italicam* Faernus. — *venturum esse* L. — *promisisset* codd., correctum a docto anonymo ap. Oudendorp., a Lipsio ap. Fabr. — 20. *sese esse* T (qui *se* a pr., altero *se* ead. m. addito) V, Petav. — 21. *cujus erit trad.* TL; *cui erit* V, a sec. m. *cui præerat.*

lit atque huic tradi jubet. Tradita legione, Varro Cordubam ad Cæsarem venit; relatis ad eum publicis cum fide rationibus, quod penes eum est pecuniæ tradit et, quid ubique habeat frumenti ac navium, ostendit.

5 XXI. Cæsar concione habita Cordubæ omnibus generatim gratias agit : civibus Romanis, quod oppidum in sua potestate studuissent habere; Hispanis, quod præsidia expulissent; Gaditanis, quod conatus adversariorum infregissent seseque in libertatem vindicassent; tribunis militum centurionibusque qui  
10 eo præsidii causa venerant, quod eorum consilia sua virtute confirmassent. Pecunias, quas erant in publicum Varroni cives Romani polliciti, remittit; bona restituit iis quos liberius locutos hanc pœnam tulisse cognoverat. Tributis quibusdam publicis privatisque præmiis reliquos in posterum bona spe complet,  
15 biduumque Cordubæ commoratus Gades proficiscitur: pecunias monumentaque, quæ ex fano Herculis collata erant in privatam domum, referri in templum jubet. Provinciae Q. Cassium præficit: huic iv legiones attribuit. Ipse iis navibus, quas M. Varro quasque Gaditani jussu Varronis fecerant,  
20 Tarraconem paucis diebus pervenit. Ibi totius fere citerioris

1. *trudere* L. — 2. *relictis* U, sed *a ead.* m. repositum. — 3. *tradidit* V. — 4. *et nav.* TLV.

XXI. — 6. *gratis* F. — *agi .C. civibus* TLV, in his duobus *a sec. m.* correctum. — 7. *Hispaniis* LV; *Hispanis* Scal., D corr.,  $\delta$  et multi rec. Deinde V *quia*, item pro insequentibus *quod*, et alibi frequentissime. — 8. *in* om. T. — 9. *vindicavissent* F. — 11. *confirmavissent* LFH. — *quæ erant* D $\delta$  et alii rec. — 11-12. *etiam* (pro *cives*) Rom. D; *a civibus* R.  $\delta$  et alii

rec.; *civium* Voss. — 12. *pollicite* D, correctum *pollicitus* ( $\delta$ ), et hoc vel illud multi rec. — *remitti* TV et L a pr. — *his* codd., *is* UF. — 13. *hac pœnam* D, correctus *ac cum*  $\delta$  et alii rec. — *cognorit* L. — 13-14. *populis* (pro *publ.*) UF, *poplicis* codex Achillis Statii. — 16. *monim.* codd. — 17-18. *Provinciæque Cass.* TLUFV, Petav., Lov.; *Provinciæque Q. Cass.* Pal., Bong. 3. — 18. *his* codd., *hüs* L. — 20. *Tarracouum* TLV, Scal. — 20. *fere* om. L.



provinciae legationes Caesaris adventum expectabant. Eadem ratione privatim ac publice quibusdam civitatibus habitis honoribus. Tarracone discedit pedibusque Narbonem atque inde Massiliam pervenit. Ibi legem de dictatore latam seseque dictatorem dictum a M. Lepido praetore cognoscit. 5

XXII. Massilienses omnibus defessi malis, rei frumentariae ad summam inopiam adducti, bis praelio navali superati, crebris eruptionibus fusi, gravi etiam pestilentia conflictati ex diutina conclusione et mutatione victus (panico enim vetere atque hordeo corrupto omnes alebantur, quod ad hujusmodi 10 casus antiquitus paratum in publicum contulerant), dejecta turri, labefacta magna parte muri, auxiliis provinciarum et exercituum desperatis, quos in Caesaris potestatem venisse cognoverant, sese dedere sine fraude constituunt. Sed paucis ante diebus L. Domitius, cognita Massiliensium voluntate, navibus 15 in comparatis, ex quibus duas familiaribus suis attribuerat, unam ipse conscenderat, nactus turbidam tempestatem profectus est. Hunc conspicatae naves quae missu Bruti consuetudine quotidiana ad portum excubabant, sublatis ancoris sequi coeperunt. Ex his unum ipsius navigium contendit et fugere 20 perseveravit, auxilioque tempestatis ex conspectu abiit, duo perterrita concursu nostrarum navium sese in portum recepe-

2. *quibus quaedam* TLUFVD. Voss.; *quibusque* Scal., Petav.; *quibusdam* δ. — *civitati* D. — 3. *Narbonam* LDδ et alii rec. — 4. *legem deditionis* TV, ille quidem *ouis* in rasura octo litterarum; *deditionis* L. Scal. — 5. *Lepido P. R.* vel *pr.* antiquiores.

XXII. — 6. *Massiliensibus* TLUF. — *defessis* TL (non UF). — 7. *navali praelio*

unus T. — 8-9. *et diut.* L. — 10. *hordeo* TUF, ceteri *ord.* — *ad om.* UF. — 12. *magna* om. L. — 13. *potestate* T. — 15. *Massiliensibus* TV. — 16. *duabus* F. — 17-18. *est prof.* D et unus alterve Oud.: *est* om. UF. — *jussu* Dδ et rec. Oud. — 21. *tempestatis* om. TLV. — *abit* UFLD. — 21-22. *duae praeterite* D corr., δ et rec. — 22. *concurso tempestatis nostrarum* V.

runt. Massilienses arma tormenta<sup>que</sup> ex oppido, ut est impe-  
ratum, proferunt. naves ex portu navalibus<sup>que</sup> educunt. pecu-  
niam ex publico tradunt. Quibus rebus confectis, Cæsar magis  
eos pro nomine et vetustate quam pro meritis in se civitatis  
5 conservans, duas ibi legiones præsidio relinquit, ceteras in Ita-  
liam mittit; ipse ad Urbem proficiscitur.

XXIII. Iisdem temporibus C. Curio in Africam profectus ex  
Sicilia, et jam ab initio copias P. Attii Vari despiciens, duas  
legiones ex iv, quas acceperat a Cæsare, v equites transpor-  
10 tabat, biduo<sup>que</sup> et noctibus tribus navigatione consumptis,  
appellit ad eum locum qui appellatur Anquillaria. Hic locus  
abest a Clupeis passuum xii millia, habet<sup>que</sup> non incommodam  
æstate stationem et duobus éminentibus promontoriis continetur.  
Hujus adventum L. Cæsar filius cum x longis navibus ad  
15 Clupeam præstolans, quas naves Uticæ ex prædonum bello  
subductas P. Attius reficiendas hujus belli causa curaverat,  
veritus navium multitudinem, ex alto refugerat, appulsa<sup>que</sup>  
ad proximum litus trireme constrata et in litore relicta, pedi-  
bus Adrumetum perfugerat. Id oppidum C. Considius Longus  
20 unius legionis præsidio tuebatur. Reliquæ Cæsaris naves ejus

2-3. pecunia UF. — 3. confectis rebus  
L. — 5. reliquit LV.

XXIII. — 7. C. centurio TL, Seal. —  
8. Accii Petav., al. Actii. — Varii codd.  
præter UFD, Attivari L. — 9. iii acce-  
perat quas a Cæsare TLV; quas accep. a C.  
UF; vulgo quas a C. acc. — 11. appulit  
Dδ et alii rec. — Anquillaria L; Anguil-  
laria D in var. (in serie Acquilar.), δ et  
multi rec. — 12. pass. TUF; passus L  
et duo rec.; passibus V. — mil. codd.,  
om. ut solet U. cum ductu super numero.

— incommoda TLFV. — 13. promunctor.  
TV, promunt. U. promuntur. F. — 14.  
Cæsar filicum x T; filicum x V; silicium 1  
L.; fil. cum longis x D. — 15. Clupea  
UH. Petav.; Clipea FV; Clippeam T. —  
16. P. Attivarrus L. — 17. veritusque  
codd. præter Garrariensem, qui sine que.  
— refugeret UF. — repulsaque Petav. —  
18. litus et littore T. — 18-19. et om. Dδ  
et alii rec.; iidem pedibusque — 19. Hu-  
drumetum UF, Petav., et mox. — profug.  
D et pars Oud.

fuga se Adrumetum receperunt. Hunc secutus Marcius Rufus quæstor navibus XII, quas præsidio onerariis navibus Curio ex Sicilia eduxerat, postquam in litore relictam navem conspexit, hanc remulco abstraxit; ipse ad Curionem cum classe redit.

XXIV. Curio Marcium Uticam navibus præmittit; ipse eodem cum exercitu proficiscitur, biduique iter progressus ad flumen Bagradam pervenit. Ibi C. Caninium Rebilum legatum cum legionibus reliquit; ipse cum equitatu antecedit ad castra exploranda Corneliana, quod is locus peridoneus castris habebatur. Id autem est jugum directum eminens in mare, utraque ex parte præruptum atque asperum, sed tamen paulo leniore fastigio ab ea parte, quæ ad Uticam vergit. Abest directo itinere ab Utica paulo amplius passus mille. Sed hoc itinere est fons, quo mare succedit longius, lateque is locus restagnat; quem si qui vitare voluerit, sex millium circuitu in oppidum pervenit.

XXV. Hoc explorato loco, Curio castra Vari conspicit muro oppidoque conjuncta, ad portam quæ appellatur Bellica, admodum munita natura loci, una ex parte ipso oppido Utica.

1. *consecutus* L. — *M. Rufus* codd., V cum vacuo post *M.* spatio; *Marcius* est paulo post. *Rufus* Pet. — 2. XVII H. — 4. *remulgo* UFLV, Petav.; *remilgo* T. — *ipse Cur.* T; *ad C. Cur.* UFV, Scal., Petav. et alii.

XXIV. — 5. *Marcium* UFD, ceteri fere *Martium*, L. *Marcum*. — 7. *Bagradam* L. — 9. *Cornelia* D, Voss., Ciacc.; *Caindiana* T, *Canidiana* V, Scal., *Cauliana* L. — *his* TV. — 10. *directum* TFV. — 11-

12. *leniore* TLMD. — 12. *directo* TLUFV, Pet. — 13. *pass. mil.* TLUF, Pet.; *passuum* alius Ursini, Palat. — *ultra* L. — 14. *quod* (V *quia*) codd. plerique; *quo* Voss. (non D); *qui* Petav., Bong. 3. — *longe* D corr. — 15. *quem sibi vit.* TLV; *si quis* D corr., δ et alii rec. — *voluerunt* TLUFV, D a pr., Petav. — 16. *pervenit* iidem præter UF, qui *pervenit* cum Petav., Voss.

XXV. — 17. *Vari* UV, T a pr.

altera a theatro, quod est ante oppidum, substructionibus ejus  
 operis maximis aditu ad castra difficili et angusto. Simul ani-  
 madvertit multa undique portari atque agi plenissimis viis,  
 quæ repentini tumultus timore ex agris in urbem conferantur.  
 5 Huc equitatum mittit, ut diriperet atque haberet loco prædæ:  
 eodemque tempore his rebus subsidio de equites Numidæ ex  
 oppido peditesque cccc mittuntur a Varo, quos auxilii causa  
 rex Juba paucis diebus ante Uticam miserat. Huic et paternum  
 hospitium cum Pompeio et similtas cum Curione intercedebat,  
 10 quod tribunus plebis legem promulgaverat, qua lege regnum  
 Jubæ publicaverat. Concurrunt equites inter se: neque vero  
 primum impetum nostrorum Numidæ ferre potuerunt, sed in-  
 terfectis circiter cxx, reliqui se in castra ad oppidum recepe-  
 runt. Interim adventu longarum navium Curio pronuntiare  
 15 onerariis navibus jubet, quæ stabant ad Uticam numero circi-  
 ter cc, se in hostium habiturum loco, qui non ex vestigio ad  
 castra Corneliana traduxisset. Qua pronuntiatione facta tem-  
 poris puncto sublatis ancoris, omnes Uticam relinquunt et quo  
 imperatum est transeunt. Quæ res omnium rerum copia com-  
 20 plevit exercitum.

XXVI. His rebus gestis Curio se in castra ad Bagradam re-  
 cipit atque universi exercitus conclamatione imperator appel-  
 latur, posteroque die exercitum Uticam ducit et prope oppidum:

1. *substructionibus* TL, Scal., Petav.;  
*abstract.* UFDδ et «tres» Oud. — 5.  
*dimittit* L. — *locum* H. — 6. *Numidia*  
 TV. — 7. *Varro* TV. — 10. *quia tr.* V. —  
*promulgat* H, duo rec. — 11. *Concurrunt*  
 T a pr. — 14. *pronuntiare* nullus. —  
 17. *Corn. traduxisset* TLA, Scal.; *C. vela*

*duxisset* UFDδ. «quattuor» Oud.; *vela*  
*duxisset* Stephanus. — 18. *reliquerunt*  
 TLA. — 19. *rerum* om. V, Lov. — 19-  
 20. *replevit* L.

XXVI. — 21-22. *recepit* LDδ et plures  
 Oud. — 23. *Uticam exercitum* UFDδ et  
 alii rec.

castra ponit. Nondum opere castrorum perfecto, equites ex statione nuntiant magna auxilia equitum peditumque ab rege missa Uticam venire: eodemque tempore vis magna pulveris cernebatur, et vestigio temporis primum agmen erat in conspectu. Novitate rei Curio permotus præmittit equites, qui primum impetum sustineant ac morentur: ipse celeriter ab opere deductis legionibus aciem instruit. Equitesque committunt prælium et, priusquam plane legiones explicari et consistere possent, tota auxilia regis impedita ac perturbata, quod nullo ordine et sine timore iter fecerant, in fugam conjiciunt, equitatuque omni fere incolumi, quod se per litora celeriter in oppidum recepit, magnum peditum numerum interficiunt.

XXVII. Proxima nocte centuriones Marsi duo ex castris Curionis cum manipularibus suis xxi ad Attium Varum perfugiunt. Hi, sive vere quam habuerant opinionem ad eum perferunt, sive etiam auribus Vari serviunt (nam, quæ volumus, et credimus libenter, et quæ sentimus ipsi, reliquos sentire speramus), confirmant quidem certe totius exercitus animos alienos esse a Curione, maximeque opus esse in conspectum exercitum venire et colloquendi dare facultatem. Qua opinione adductus Varus postero die mane legiones ex castris educit. Facit idem Curio, atque una valle non magna interjecta suas uterque copias instruit.

3. *pervenire*. Eodem L. — 8. *legiones* vocem abesse malit Nipperdeius. — *explicaret ut consist.* Lov. — 9. *quo* L. — 10. *et sine tim.* L in marg. additum habet. — *coniciunt* sive *coiciunt se* TLV. Palat.; *se coic.* UFDδ et major numerus Oud.; *se eiecit* Elberlingius. — 11. *fere omni* L. — *quod semper littora* TLF. —

12. *recipit* TLVA: *recepti* FHDδ et Oud. sine varietate.

XXVII. — 13-14. *centurionis* TLUF. — 14. *Atticum* TL. — *profug.* F. — 16. *namque vol.* TV. — 18. *quidam* TLV. — *certe om.* L. — 19. *conspectu* codd., L. erasa super u lineola. — 20. *et om.* TLV. — 21. *postero* TLUFVD. — *legionem* L.

XXVIII. Erat in exercitu Vari Sextus Quintilius Varus, quem fuisse Corfinii supra demonstratum est. Hic dimissus a Cæsare in Africam venerat, legionesque eas traduxerat Curio, quas superioribus temporibus Corfinio receperat. Cæsar, adeo ut paucis mutatis centurionibus iidem ordines manipuli-  
 5 que constarent. Hanc nactus appellationis causam Quintilius circumire aciem Curionis atque obsecrare milites cœpit, ne primam sacramenti, quod apud Domitium atque apud se quæstorem dixissent, memoriam deponerent neu contra eos arma ferrent, qui  
 10 eadem essent usi fortuna eademque in obsidione perpassi, neu pro his pugnarent, a quibus contumelia per fugæ appellarentur. Huc pauca ad spem largitionis addidit, quæ ab sua liberalitate, si se atque Attium secuti essent, expectare deberent. Hac habita oratione nullam in partem ab exercitu Curionis fit signifi-  
 15 catio, atque ita suas uterque copias reducit.

XXIX. At in castris Curionis magnus omnium incessit timor animis. Is variis hominum sermonibus celeriter augetur. Unusquisque enim opiniones fingebat et ad id, quod ab alio audierat, sui aliquid timoris addebat. Hoc ubi uno auctore ad plures permanaverat, atque alius alii tradiderat, plures auctores  
 20 res permanaverat, atque alius alii tradiderat, plures auctores

XXVIII. — 2. *demonstravimus* L. — 3. *tradux.* TLUFV; *trad.* D. Petav. — *quas* (quos T) Curio antiquiores consensu; Curio om. Dδ et ceteri recentiores. — 5. *cent. primi ord.* V. — 6. *circumire* UF et plures Oud., *circuire* reliqui nostri. — 7. *prima* TUF. Lov., Pal. (sic Fabr.: «Petav. = Oud.), D corr., δ; *primi* L et cod. quidam Ursini; *primam* V, D pr., Voss. — 11. *in contumeliam* δ et alii rec., *ad cont.* Lov. — 12. *His* D δ et alii rec.

XXIX. — 16. *Atque* codd. (non enotatum ex V); *At* Paulus Manutius. — 16-17. *timor*: *nam is* codd., *iis* UF δ, *his* TV. Vossius *timor animis*. *Is*. Quæ tam certa scriptura est, ut docta correctio H. Schneideri: *ordinum* (pro *omnium*), locum habere non possit. — 17. *varus* (sic et TV) *omnium hominum* D in ras. — 19. *Hæc ubi* V a sec. — 20. *aliis alii* F; *illis alii tradiderant* Voss., D (qui *-rat*). — *auctores* om. F.

ejus rei videbantur. Civile bellum; genus hominum, quod liceret, libere facere et sequi quod vellet: legiones eæ, quæ paulo ante apud adversarios fuerant (nam etiam Cæsaris beneficium mutaverat consuetudo, qua offerrentur \* munera \*): municipia etiam diversis partibus conjuncta (æque enim ex Marsis 5 Pelignisque veniebant, ut qui superiore nocte \* perfugerant \*). In contuberniis centuriones militesque nonnulli graviora \* proferebant \*: sermones militum dubii durius accipiebantur, nonnulli etiam ab iis, qui diligentiores videri volebant, fingebantur.

10

### XXX. Quibus de causis consilio convocato, de summa rerum

1. *Erat civile bell.* Kranerus. Hinc quæ sequuntur ad finem capitis lacunis (arbitror) potius quam corruptelis laborant: vix usquam autem Cæsarianorum codicum librarii eorum quæ in archetypo legi non poterant indicia reliquerunt spatia vacua, sed continua scriptura defectus celaverunt. Quare in hoc capite oratio impedita, sententia incerta, scriptura incertior. — 1-2: *quia lic.* V; *qui l.* D; *cui lic.* Ouden-dorpius; *licere* TV, Pal. — 2. *liberare fac.* V. — *et se quicquid vel* (hoc etiam TL et Lov.) V; *celleat* D (fort. a sec.),  $\delta$  et recentes Oud. — *hæ* codd. plurimi, *hec* LD, om.  $\delta$ , Pal. — 3-4. *beneficium* F; *beneficium Cæs.* D. — 4. *offerrentur* F pr., Petav., Pal., Bong. 3; *munera* inseruit OEhlerus. Em. Hoffmannus scripsit; *mutaverat munerum consuetudo, que offerrentur.* — 5. *adversis* cod. Carrar., quod dedit Nipperdeius; sed *diversis partibus* absolutos ablativos esse posse ostendit Iwan Müllerus. — *Neque enim* codd. sine sensu; *plerique enim* H. Schneiderus; *æque enim* Nipperdeius et Müllerus; *namque ex* et mox  $\ddot{u}$

(*pro ut*) qui Terpstra et Em. Hoffmann. — 6. *veniebant* F. — *perfugerant* addiderunt critici plures; *ad Varum perf.* Nipperdeius. — 7. *contuberniis commilitesque* (*comm.* UF) codd., *cum mil.* aliquot rec.: *centuriones militesque* H. Schneiderus; compendio autem scribi in his quoque codd. solitam esse vocem priorem ostendit non infrequens varietas *Curio* = *centurio*. Aliam viam ingressus Iw. Müllerus hæc ita constituit: *æque . . . veniebant atque iis superioris necessitudo contubernii cum militibusque nonnullis gravior erat.* in libro annali *Eos*, I, p. 68 seqq. — *graviores* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — 7-8. *proferebant* addidit Hellerus. — 8. *dubia* codd. præter Petav., Nörvic., D corr. et  $\delta$ , qui *dubii*. F a pr. *dubius*. — *durib* L pr., *b* in compendium *us* mutans. H. Schneiderus etiam hoc proponit: . . . *nonnulli graviora* (scil. *afferebant* sive *jactabant*): *sermones militum: dubia durius accipiebantur, nonnulla etiam, etc.* — 9. *his* codd.

XXX. — 11. *Quibus rebus de causis* L. — *convocato* TL.

deliberare incipit. Erant sententiæ, quæ conandum omnibus  
 modis castraque Vari oppugnanda censerent, quod in hujusmodi  
 militum consiliis otium maxime contrarium esse arbitrarentur:  
 postremo præstare dicebant per virtutem in pugna belli fortu-  
 5 nam experiri, quam desertos et circumventos ab suis gravissi-  
 mum supplicium perpeti. Erant qui censerent de tertia vigilia  
 in castra Cornelia recedendum, ut majore spatio temporis in-  
 terjecto militum mentes sanarentur, simul, si quid gravius  
 accidisset, magna multitudine navium et tutius et facilius in  
 10 Siciliam receptus daretur.

XXXI. Curio utrumque improbens consilium, quantum al-  
 teri sententiæ deesset animi, tantum alteri superesse dicebat:  
 "hos turpissimæ fugæ rationem habere, illos etiam iniquo loco  
 dimicandum putare." Qua enim, "inquit, "fiducia et opere et  
 15 "natura loci munitissima castra expugnari posse confidimus?  
 "Aut vero quid proficimus, si accepto magno detrimento ab  
 "oppugnatione castrorum discedimus? Quasi non felicitas re-  
 "rum gestarum exercitus benevolentiam imperatoribus et res  
 "adversæ odia colligant! Castrorum autem mutatio quid habet  
 20 "nisi turpem fugam et desperationem omnium et alienationem  
 "exercitus? Nam neque prudentes suspicari oportet sibi parum

1. *coniundum* F pr. — 2. *Ante castraq.*  
*erasum in* (ut videtur) *in* F. — *quod*  
*(quia V) huj.* codd.; *in* supplevit Clarkius.  
 — 3. *militum* inter versus F; *consiliis mi-*  
*litum* D corr., δ, Lov. — 6. *supplicium*  
*proiecerant qui* UH, Lov., *suppl. p... proiec.*  
 F, tribus litteris erasis, cum nota cor-  
 ruptelæ; *pati* U in marg. a sec.; *suppl. pati.*  
*Porro erant qui* Dδ et alii rec. — 7.  
*Corneliana* nullus nostrorum. — 8. *si-*

*mul quicquid* T, supra posito *si* ead. m. —  
 9. *et ocius* Lov.

XXXI. — 11-12. *alteri* om. TV; *uni* L.  
 — 16. *Aut nos q.* Lov. — 17. *non et fel.*  
 TLU (non F); *et non felicitatis* V. — 18.  
*imperatori* Scal.; *imperatoris* V, Leid. 2.  
 — 19. *colligent* TV; *concilient* UFDδ et  
 alii rec. — 21. *prudentis* UFLV; *prudentes*  
 plurimi; *pudentes* unus Ursini, Reg.  
 Lond., Palat. — *oportet* om. V.



~ credi, neque improbos scire sese timeri, quod illis licentiam  
 ~ timor augeat noster, his studia deminuat. Quod si jam, ~ inquit,  
 ~ hæc explorata habeamus, quæ de exercitus alienatione dicun-  
 ~ tur, quæ quidem ego aut omnino falsa aut certe minora opi-  
 ~ nione esse confido, quanto hæc dissimulare et occultari, quam 5  
 ~ per nos confirmari præstet? An non, uti corporis vulnera, ita  
 ~ exercitus incommoda sunt tegenda, ne spem adversariis au-  
 ~ geamus? At etiam, ut media nocte proficiscamur, addunt,  
 ~ quo majorem, credo, licentiam habeant qui peccare conen-  
 ~ tur. Namque hujusmodi res aut pudore aut metu tenentur: 10  
 ~ quibus rebus nox maxime adversaria est. Quare neque tanti  
 ~ sum animi, ut sine spe castra oppugnanda censeam, neque  
 ~ tanti timoris, ut ipse deficiam, atque omnia prius experienda  
 ~ arbitror magnaue ex parte jam me una vobiscum de re judi-  
 ~ cium facturum confido. ~

15

XXXII. Dimisso consilio, concionem advocat militum. Com-  
 memorat quo sit eorum usus studio ad Corfinium Cæsar, ut  
 magnam partem Italiae beneficio atque auctoritate eorum suam  
 fecerit. ~ Vos enim vestrumque factum omnia, ~ inquit, ~ deinceps  
 ~ municipia sunt secuta, neque sine causa et Cæsar amicissime 20  
 ~ de vobis et illi gravissime judicaverunt. Pompeius enim nullo  
 ~ prælio pulsus, vestri facti præjudicio demotus, Italia excessit:

2. *augebat* F pr. — *nostris his* U. Pal.;  
*nostris* (sine *his*) F. — *deminuat* codd.  
 præter UFδ, Bong. 3. — 5. *hor* L. —  
*dissimulari* F pr., quattuor rec. — *occul-*  
*ture* Dδ. — 6. *An vero* D corr., δ. — 7.  
*sunt agenda* Dδ et duo alii rec. — 8. *Aut*  
 codd., *At* Aldus. — *ut* om. Vδ, *ue* D, sed  
 expunctum. — 9. *quia maj.* F pr., *qua* cor-

rectus et U. — *major* L. — 13. *operienda*  
 F. — 14. *magna ex* Dδ et ~quinque~  
 Oud., in quibus Petav.

XXXII. — 19. *inquit omnia* codd. præ-  
 ter TL, Petav. — 20. *secuta* F, et supra  
 ~l. *quinta* æquali manu, ut constanter  
 scribit. — 21. *gavisissime* TLV. — 22.  
*nostris* Dδ. — *demotus* L.

~ Cæsar me, quem sibi carissimum habuit, provinciam Siciliam  
 ~ atque Africam, sine quibus Urbem atque Italiam tueri non po-  
 ~ test, vestrae fidei commisit. Adsunt qui vos hortentur ut a nobis  
 ~ desciscatis. Quid enim est illis optatius, quam uno tempore et  
 5 ~ nos circumvenire et vos nefario scelere obstringere? aut quid  
 ~ irati gravius de vobis sentire possunt, quam ut eos prodatis.  
 ~ qui se vobis omnia debere judicant, in eorum potestatem ve-  
 ~ niatis, qui se per vos perisse existimant? An vero in Hispania  
 ~ res gestas Cæsarís non audistis? Duos pulsos exercitus, duos  
 10 ~ superatos duces, duas receptas provincias? Hæc acta diebus  
 ~ XL, quibus in conspectum adversariorum venerit Cæsar? An  
 ~ qui incolumes resistere non potuerunt, perdití resistant? Vos  
 ~ autem incerta victoria Cæsarem secuti, dijudicata jam belli  
 ~ fortuna victum sequamini, cum vestri officii præmia percipere  
 15 ~ debeatis? Desertos enim se ac proditos a vobis dicunt et prio-  
 ~ ris sacramenti mentionem faciunt. Vosne vero L. Domitium,  
 ~ an vos Domitius deseruit? Nonne extremam pati fortunam  
 ~ paratos projecit ille? nonne sibi clam vobis salutem fuga peti-  
 ~ vit? nonne proditi per illum Cæsarís beneficio estis conser-  
 20 ~ vati? Sacramento quidem vos tenere qui potuit, cum projectis  
 ~ fascibus et deposito imperio privatus et captus ipse in alienam  
 ~ venisset potestatem. Relinquitur nova religio, ut eo neglecto

1. *provinciamque* D et pars Oud. —  
 1-2. *Afric. atque Sic.* Petav. — 2. *urbs est*  
 TL. — 3. *nostræ* D. — *Assunt* LDδ. *Ads.*  
*nobis qui* TLN. — 4. *discedatis* L. — 6.  
*de verbis* V. — 8. *qui semper* V. — *Hispa-*  
*niam* LN. — 11. *conspectu* TLF. — 12.  
*resistent* Petav. — 13. *autem* (aut F) *certa*  
 codd., *aut d* (expunctum) *certa* L; *incerta*  
 Aldus. — *sequi* (erasmi) *sequenti* F. —  
 14. *sequimini* D corr., *sequimini* δ. «quin-

que» rec. Oud. — *nostrí* HDδ. — 16.  
*facimus* F. — *Vos* (deleto *ne* in T) *vero*  
 T, Petav., *Vos* L. L. — 18. *non sibi* UFD  
 et nonnulli Oud.; *nonne* om. δ. — *clam*  
*non vobis* D in var., δ. quattuor rec. Oud.  
 — 19. *non proditi* UF et pars Oud.; *num*  
*prod.* D corr., δ et alii rec. — 19-20. *re-*  
*serrati* L. — *Sacr. vero vos* Pet. — *quis*  
 F corr. — 22. *religio* om. TL. Scal.; *se-*  
*legio* F pr. — *eo* L inter versus.

· sacramento, quo tenemini, respiciatis illud, quod deditio-  
 · ducis et capitis deminutione sublatum est. At, credo, si Cæ-  
 · sare[m] probatis, in me offenditis. Qui de meis in vos meritis  
 · prædicaturus non sum, quæ sunt adhuc et mea voluntate et  
 · vestra expectatione leviora: sed tamen sui laboris milites 5  
 · semper eventu belli præmia petiverunt, qui qualis sit futurus.  
 · ne vos quidem dubitatis: diligentiam quidem nostram aut,  
 · quem ad finem adhuc res processit, fortunam cur præteream?  
 · An pœnitet vos, quod salvum atque incolumem exercitum,  
 · nulla omnino nave desiderata, traduxerim? quod classem 10  
 · hostium primo impetu adveniens profligaverim? quod bis per  
 · biduum equestri prælio superaverim? quod ex portu sinuque  
 · adversariorum cc naves oneratas adduxerim, eoque illos com-  
 · pulerim, ut neque pedestri itinere neque navibus commeatu  
 · juvari possint? Hac vos fortuna atque his ducibus repudiatis. 15  
 · Corfiniensem ignominiam, Italiæ fugam, Hispaniarum dedi-  
 · tionem, Africi belli præjudicia sequimini! Equidem me  
 · Cæsaris militem dici volui, vos me imperatoris nomine ap-  
 · pellavistis. Cujus si vos pœnitet, vestrum vobis beneficium

1. quo tenemini sacramento F. — de dedit. D corr. — 3. jam me codd. præter Petavianum; me (sine particula) unus Ursini. — de ejus D in var. et tres rec. Oud. — 4. præjudicaturus nostri omnes. Scal., Petav. et quattuor rec. ap. Oud.; prædicaturus Stephanus. — 5. nostra DH. — 7. rostram D corr.; restram Petav. et quattuor rec. Oud. Addunt D corr., δ et tres rec.: an pœnitet vos. — 8. res om. UF. Petav., in quibus processit fortuna. — 9. quia V pro quod, ut solet. — 11. adveniens om. L. ante primo habet H. — 13. onerarias L solus nostrorum; de suis non refert Oud. — eaque F pr. — 15. iubari

U. — posseut L., Pet. — ductibus F pr. — trepidatis? L. — 16. in Italia fuga (fugam F) an (in L) Hisp. codd. nostri, nullus an in Hisp., ut «plerique» Oud., Pal. et Bong. 3 ap. Fabr., qui addit: «Lov. pro an (ter repetito) semper in legit et omittit fuga. in alio quoque omissum.» — 16-17. deditio[n]em in Africi TUF, Scal., Petav., Dδ et alii rec.; deditio[n]e et in Africe L; deditio[n]em in Africa V; an in Afr. b. præjudicio nonnulli Oud. — 17. bellum TL. Partienlas, quarum origo in his facile explicatur. Ciaconius et Scaliger expunxerunt, magno periodi commodo. Servatis sequimini? scripsit Em. Hoffmannus.

-remitto. mihi meum restituite nomen. ne ad contumeliam  
-honorem dedisse videamini. -

XXXIII. Qua oratione permoti milites crebro etiam inter-  
pellabant. ut magno cum dolore infidelitatis suspicionem sus-  
5 tinere viderentur. discedentem vero ex concione universi cohortantur. - magno sit animo. nec ubi dubitet prælium committere et suam fidem virtutemque experiri. - Quo facto commutata omnium et voluntate et opinione. consensu summo constituit Curio. cum primum sit data potestas. prælio rem committere.  
10 posteroque die productos eodem loco. quo superioribus diebus constiterat. in acie collocat. Ne Varus quidem Attius dubitat copias producere. sive sollicitandi milites sive æquo loco dimicandi detur occasio. ne facultatem prætermittat.

XXXIV. Erat vallis inter duas acies. ut supra demonstratum  
15 est. non ita magna. at difficili et arduo ascensu. Hanc uterque si adversariorum copiarum transire conarentur expectabat. quo æquiore loco prælium committeret. Simul ab sinistro cornu P. Attii equitatus omnis et una levis armaturæ interjecti complures. cum se in vallem demitterent. cernebantur. Ad eos  
20 Curio equitatum et duas Marrucinorum cohortes mittit; quorum

1. *nomen restituite* TLV.

XXXIII. — 3. *Qua or.* usque ad *viderentur* (l. 5) non leguntur in UF. — *etiam dicentem int.* codd. præter TL. Petav., Lov. — 3-4. *interpellant* δ et alii rec. — 6. *ne ubi* UH. sed F *ubi* inter versus ead. m.; *nec ibi* V; *ne dub.* D. correctus *neu*, ut δ et alii rec. — *dubitent* L. — 8. *omnium vol.* L. — *consensu sua* codd., *suorum* cod. Faerni et Pal.: *summo* Hoto-

mannus. — 10. *postero* L. — 11. *Ver* TLV. — 12. *sive soll. mil* om. UF. — *militis* TLV. Scal.

XXXIV. — 15. *magno aut diff.* codd.: *magna, at d.* Giacomius: *at* cod. Voss. — *aut ard.* D. Petav. — *Hac* V. — 18. *armatura et int.* codd., ab Aldo correctum: *interjectio* TL. Scal. — 18-19. *quamplures* F. — 19. *dimitterent* codd. — *cernebatur* TL. Scal.

primum impetum equites hostium non tulerunt, sed admissis equis ad suos refugerunt; relictis ab his qui una procurrerant levis armaturæ circumveniebantur atque interficiebantur ab nostris. Huc tota Vari conversa acies suos fugere et concidi videbat. Tunc Rebilus, legatus Cæsaris, quem Curio secum ex Sicilia duxerat, quod magnum habere usum in re militari sciebat, « Perterritum. » inquit, « hostem vides. Curio : quid dubitas uti temporis opportunitate? » Ille unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea quæ pridie sibi confirmassent, sequi sese jubet et præcurrit ante omnes. Adeoque erat impedita vallis, ut in ascensu nisi sublevati a suis primi non facile eniterentur. Sed præoccupatus animus Attianorum militum timore et fuga et cæde suorum nihil de resistendo cogitabat, omnesque se jam ab equitatu circumveniri arbitrabantur. Itaque priusquam telum abjici posset, aut nostri propius accederent, omnis Vari acies terga vertit seque in castra recepit.

XXXV. Qua in fuga Fabius Pelignus quidam ex infimis ordinibus de exercitu Curionis, primum agmen fugientium consecutus, magna voce Varum nomine appellans requirebat, uti unus esse ex ejus militibus et monere aliquid velle ac dicere videretur. Ubi ille sæpius appellatus aspexit ac restitit, et quis esset aut quid vellet quæsivit, humerum apertum gladio appe-

1. *equites* L inter versus et *hostes* a pr. m. — *amissis* codd. præter Voss., Faerni cod. et fort. V. — 2. *refugierunt* L. — 3. *armatura* potiores Oud., nostri præter Dδ. — 5. *Tum* UFDδ — 7. *videns* TL. — 8. *uti poteris opp.* V. — 9. *sibi* om. TL: *sibi pridie* δ. — 10. *se jub.* FL. Petav., « plerique » Oud. — *Adeo* L. — 11. *ab suis* L. — *primis* U pr. — 12. *timore* UF.

ceteri nostri *tempore*, et « quattuor » Oud. D in serie : *timore, tempore ac fuga*. — 13. *cogitabant* Dδ. — 14. *jam* om. L: *jam se* UFDδ. Oud. sine var. — 15. *adici* (*adjici* vel *adigi*) unus Ursini.

XXXV. — 17. *Pelignus* L. — 20. *esse ex* UF; ceteri *esset ex*. — *et monere et velle* L. sed alterum *et* puncto subnotatum; *vellet* T pr., D a sec.: *velle aliquid* TL.

tit, paulumque afuit quin Varum interficeret; quod ille periculum sublato ad ejus conatum scuto vitavit. Fabius a proximis militibus circumventus interficitur. Hac fugientium multitudine ac turba portæ castrorum occupantur atque iter impeditur.  
 5 pluresque in eo loco sine vulnere quam in prælio aut fuga intereunt, neque multum afuit quin etiam castris expellerentur, ac nonnulli protinus eodem cursu in oppidum contenderunt. Sed cum loci natura et munitio castrorum aditum prohibebant, tum quod ad prælium egressi Curionis milites iis  
 10 rebus indigebant, quæ ad oppugnationem castrorum erant usui. Itaque Curio exercitum in castra reducit, suis omnibus præter Fabium incolumibus, ex numero adversariorum circiter decem  
 interfectis ac mille vulneratis; qui omnes discessu Curionis, multique præterea per simulationem vulnerum, ex castris in  
 15 oppidum propter timorem sese recipiunt. Qua re animadversa Varus, et terrore exercitus cognito, bucinatore in castris et paucis ad speciem tabernaculis relictis, de tertia vigilia silentio exercitum in oppidum reducit.

1 paululumque V, Lov. — afuit V, affuit F, ceteri abfuit, TL fuit. — 3. Ac TLFV. — 6. afuit TUV, affuit F, ceteri abf. — 8-9. adiri tunc quod TLUFV, Cuj., Scal., Voss.; tunc pro tunc nonnulli Oud.; adiri tunc non posset Petav., tunc non poterat Lov., δ.; aditum prohibebant, tum (om. D) quod D et quinque recentes Oud. consensu. Quod adeo necessarium est, ut in archetypo librarius ab *adi* aberrasse videatur ad alterum *tunc* et nota ad marginem remittens, sæpe ea similis compendio quo syllabæ *r* habentes supra notantur, peperisse istud *ri*. Minus appareat omissionis causa in Em. Hoffmanni scriptura: *Sed cum loci natura tum munitio castrorum*

*adiri tunc prohibebat, quod.* — 9 *his* codd. — 11. *educit* T. — 13. *ac vulneratis* codd. quorum in U ead. manus inter versus posuit ∞, in F autem *devalueratis* a pr., antiqua m. in ∞ *vulu.* mutatum, idemque affertur ex Paris. 5768. Inde ortum *cc.* quod præbent HD, falso, nam Appianus ἐτι πλείους (ἐξαρκοίων). Quare *multis* supplevit Em. Hoffmannus, sed *mille* ex antiquiore fonte derivatum esse videtur et accipiendum *circiter mille.* — 14. *ex simulatione vulnerum in castris in* L, sed *in* prius initio versus posterius suppleti. — 16. *ex terr.* Dδ et «tres» Oud. — *castris paucisque* L. — 17. *tabernaculi* nostri omnes et «plerique» Oud.

XXXVI. Postero die Curio obsidere Uticam valloque circummunire instituit. Erat in oppido multitudo insolens belli diuturnitate otii. Uticenses pro quibusdam Cæsaris in se beneficiis illi amicissimi, conventus is, qui ex variis generibus constaret, terror ex superioribus præliis magnus. Itaque de 5 deditioe omnes palam loquebantur et cum P. Attio agebant, ne sua pertinacia omnium fortunas perturbari vellet. Hæc cum agerentur, nuntii præmissi ab rege Juba venerunt, qui illum adesse cum magnis copiis dicerent et de custodia ac defensione urbis hortarentur. Quæ res eorum perterritos ani- 10 mos confirmavit.

XXXVII. Nuntiabantur hæc eadem Curioni, sed aliquamdiu fides fieri non poterat : tantam habebat suarum rerum fiduciam. Jamque Cæsaris in Hispania res secundæ in Africam nuntiis ac litteris perferebantur. Quibus omnibus rebus subla- 15 tus nihil contra se regem nisurum existimabat. Sed ubi certis auctoribus comperit minus v et xx millibus longe ab Utica ejus copias abesse, relictis munitionibus sese in castra Cornelia recepit. Huc frumentum comportare, castra munire, materiam conferre cœpit, statimque in Siciliam misit, uti duæ legio- 20 nes reliquisque equitatus ad se mitteretur. Castra erant ad

XXXVI. — 1. *valloque* nostri consensu, ex tribus modo rec. annotatum ap. Oud., qui *et vallo*. — 1-2. *circummuniri* L: *circumvenire* Dδ. — 2. *oppidum* TLUF, Petav., Lov. — *insollers* L. — 4. *conventus si qui* antiquiores omnes, Voss., Lov.; *et si qui* H: *is qui* Gruterus; *ii qui* Cujacius (ut videtur), in ejus codice et Lov. *constarent*. Dδ et alii rec. *amicissimi erant cum etiam ex*. — 6. *omnes in palam* anti-

quiores consensu, etiam pars recentium: pauci, ut Dδ, sine *in*. — *omnes (bis) et cum* D corr., δ. — 8. *Juba* U. — 9. *ac de* L.

XXXVII. — 13-14. *rerum habundantiam* T, ead. m. correctum. — 15. *et litt.* TL. — *rebus omnibus* TL. — 16. *ausurum* D, Voss. — 17. *v. lxx* TL. *l* pro compendio *et*. — 18-19. *sese castris Cornelianis* Lov. — 20. *præcepit* V. — 21. *reliquisque* T (*is ex u factum*); *reliquique* L, et *mitterentur*.

bellum ducendum aptissima natura loci et munitione et maris propinquitate et aquæ et salis copia, cuius magna vis jam ex proximis erat salinis eo congesta. Non materia multitudine arborum, non frumentum, cuius erant plenissimi agri, deficere poterat. Itaque omnium suorum consensu Curio reliquas copias expectare et bellum ducere parabat.

XXXVIII. His constitutis rebus probatisque consiliis, ex perfugis quibusdam oppidanis audit Jubam revocatum finitimo bello et controversiis Leptitanorum restitisse in regno. Saburram, ejus præfectum, cum mediocribus copiis missum Uticæ appropinquare. His auctoribus temere credens consilium commutat et prælio rem committere constituit. Multum ad hanc rem probandam adjuvat adolescentia, magnitudo animi, superioris temporis proventus, fiducia rei bene gerendæ. His rebus impulsus equitatum omnem prima nocte ad castra hostium mittit ad flumen Bagradam, quibus præerat Saburra, de quo ante erat auditum; sed rex cum omnibus copiis insequabatur et sex millium passuum intervallo a Saburra consederat. Equites missi nocte iter conficiunt, imprudentesque atque inopinantes hostes aggrediuntur. Numidæ enim quadam barbara consuetudine nullis ordinibus passim consederant. Hos oppres-

1. *et loci mun.* codd.; correxit Marklandus. — *mutatione* T (ead. m. correctus) δ. — 3. *eo* om. δ, Petav.; *salinis. Ea cong.* non TLV. — *materia* non L.

XXXVIII. — 7-8. *profugis* LV. — 8. *aliquibus* D, Voss. — 11-12. *mutat* L. — 13-14. *magnitudo superioris animi. temporis pror.* nostri consensu, Petav., Lov.; corrector D *animi* ante *super.* ponendum significat. et sic δ. — 16. *Bra-*

*gadam* T pr., L. sed infra recte. — 17. *cum* om. TLV, Scal. — 18. *passus* TLFV. *passuum* Dδ. ceteri fere compendio. — *ab S. U.* — 19-20. *prudentisque ad inopinantis hostes* TLV, Scal., Lov.; *prudentes atque inop.* UH: *et prudentis atque inop.* D, cuius corrector *imprud.*; Fδ, Pal., Bong. 3 *imprudentesque atque inop.* Sic etiam Petav. ap. Fabr. — 20. *Numidæ autem* TLV.



sos somno et dispersos adorti magnum eorum numerum interficiunt: multi perterriti profugiunt. Quo facto ad Curionem equites revertuntur captivosque ad eum reducunt.

XXXIX. Curio cum omnibus copiis quarta vigilia exierat, cohortibus v castris præsidio relictis. Progressus millia passuum 5 vi, equites convenit, rem gestam cognovit: e captivis quærit, quis castris ad Bagradam præsit: respondent Saburram. Reliqua studio itineris conficiendi quærere prætermittit, proximaque respiciens signa, - Videtisne, - inquit, - milites, captivorum - orationem cum perfugis convenire? abesse regem, exiguas esse 10 - copias missas, quæ paucis equitibus pares esse non potuerint? - Proinde ad prædam, ad gloriam properate, ut jam de præmiis vestris et de referenda gratia cogitare incipiamus. - Erant per se magna quæ gesserant equites, præsertim cum eorum exiguus numerus cum tanta multitudine Numidarum confer- 15 retur. Hæc tamen ab ipsis inflatius commemorabantur, ut de suis homines laudibus libenter prædicant. Multa præterea spolia præferabantur, capti homines equique producebantur, ut, quicquid intercederet temporis, hoc omne victoriam morari videretur. Ita spei Curionis militum studia non deerant. Equites 20 sequi jubet sese iterque accelerat, ut quam maxime ex fuga perterritos adoriri posset. At illi itinere totius noctis confecti subsequi non poterant, atque alii alio loco resistebant. Ne hæc quidem res Curionem ad spem morabatur.

XXXIX. — 5. mille (mil. TF) passus TLFV, pass. U, Pet. — 8. conficiendi U (non H), Lov. — 10. profugis LV. — 11. paucis diebus equitibus TL, Scal.; in F ante equit. duæ litteræ erasæ. — potuerunt LDδ, pars Ond. — 14. gesserunt F;

gesserant milites TL. — 17. insolenter quidem, sed libenter D marg., δ et multi rec. — 18. equitesque codd.; equique Ciacc. — 19-20. hoc omni (homini UFD) victoria morari uteretur TLUFVD. — 23. Nec TLV. — 24. res om. TLV, Scal. — morabantur L, Sc.

XL. Juba certior factus a Saburra de nocturno prælio, ii milia Hispanorum et Gallorum equitum, quos suæ custodiæ causa circum se habere consuerat, et peditum eam partem, cui maxime confidebat, Saburræ summisit; ipse cum reliquis copiis elephantisque lx lentius subsequitur. Suspiciatus præmissis equitibus ipsum affore Curionem Saburra copias equitum peditumque instruit, atque his imperat ut simulatione timoris paulatim cedant ac pedem referant: \* sese, cum opus esset, signum prælii daturum et quod rem postulare cognovisset imperaturum. \* Curio, ad superiorem spem addita præsentis temporis opinione, hostes fugere arbitratus, copias ex locis superioribus in campum deducit.

XLI. Quibus ex locis cum longius esset progressus, confecto jam labore exercitu, xvi millium spatio constitit. Dat suis signum Saburra, aciem constituit et circumire ordines atque hortari incipit; sed peditatu duntaxat procul ad speciem utitur, equites in aciem mittit. Non deest negotio Curio, suosque hortatur ut spem omnem in virtute reponant. Ne militibus quidem ut defessis neque equitibus ut paucis et labore confectis studium ad pugnandum virtusque deerat; sed hi erant numero cc. reliqui in itinere substiterant. Hi, quamcumque in partem impetum fecerant, hostes loco cedere cogebant, sed neque longius fu-

XL. — 1-2. *milia* om. U. sed cum lineola super *ii*; Lovan. 1. — 2. *quod* TH; *que* (ex *qui* factum videtur) V; *quotquot* D. Voss., Bong. 3. — 4. *summittit* UF. Pelav., D corr.,  $\delta$  et alii rec. — 6. *affore* T. *adfore* UF. — 8. *seseque cum* V. — *cum copiis* T a pr. m., quæ et correxit. — 9. *quod postulare tempus* L. — 12. *duci* TL.

XLI. — 14. *exercitum* HV. — *constituit* V. — 15. *circuire* recentes. — 16. *peditatum* L. — 17. *mittit* T a pr. (sed  $\tilde{i}$  ead. m. illato). L; *immittit* ceteri nostri, quamquam ex \*tribus\* modo suis affert Oud. — 19. *et* om. TLV. — 20. *erant* om. L. pr. — 21. *substiterant* .I. *hi* vel *hii* TL. In V post *Hi* spatium vacuum, ubi *ducenti* scripsit m. sec.

gientes prosequi nec vehementius equos incitare poterant. At equitatus hostium ab utroque cornu circumire aciem nostram et aversos proterere incipit. Cum cohortes ex acie procucurrissent, Numidæ integri celeritate impetum nostrorum effugiebant, rursusque ad ordines suos se recipientes circumibant et ab acie excludebant. Sic neque in loco manere ordinesque servare neque procurrere et casum subire tutum videbatur. Hostium copiarum summissis ab rege auxiliis crebro augebantur: nostros vires lassitudine deficiebant, simul ii qui vulnera acceperant neque acie excedere neque in locum tutum referri poterant, quod tota acies equitatu hostium circumdata tenebatur. Hi de sua salute desperantes, ut extremo vitæ tempore homines facere consuerunt, aut suam mortem miserabantur aut parentes suos commendabant, si quos ex eo periculo fortuna servare potuisset. Plena erant omnia timoris et luctus. 15

XLII. Curio, ubi perterritis omnibus neque cohortationes suas neque preces audiri intelligit, unam ut in miseris rebus spem reliquam salutis esse arbitratus, proximos colles capere universos atque eo signa inferri jubet. Hos quoque præoccupat missus a Saburra equitatus. Tum vero ad summam desperationem nostri perveniunt et partim fugientes ab equitatu interficiuntur, partim integri procumbunt. Hortatur

1. *nec* om. TFCU, in quo ead. m. suppletum. — *potuerant* L. — 2. *circuire* codd. præter UL et fort. Petav. — 3. *aversos* T (sed eraso *d*) VDδ. — 3-4. *procurr.* L et recentes. — 5. *circuibant* codd. præter UL; *circuibant* F. — 6. *Sic* L, addens inter versus *ut*. — 7. *servarent.* *Que proc.* TLV, hic a sec. *quam*, litteris *ut* expunctis. — *videbantur* TL. — 9. *nostris* TL. D corr.

δ et alii rec. Post *nostros* F *vero* inter versus. — *hi qui* codd. — 10. *neque ex acie* U, prepositionem expungens. — 13. *miserabantur* L. — 14. *ex suo* TLV.

XLII. — 16. *perterritus* T. — 18. *aliquam* T, scripturus *aliquam* (quod ex uno non nominato allatum ap. Fabr.), deinde *al* expungens; *ad reliqua* L. — 20. *partem int.* T.

Curionem Cn. Domitius, præfectus equitum, cum paucis equi-  
 tibus circumstans, ut fuga salutem petat atque in castra con-  
 tendat, et se ab eo non discessurum pollicetur. At Curio num-  
 quam se amisso exercitu, quem a Cæsare fidei commissum  
 5 acceperit, in ejus conspectum reversurum confirmat, atque ita  
 prælians interficitur. Equites ex prælio perpauci se recipiunt;  
 sed ii, quos ad novissimum agmen equorum reficiendorum  
 causa substitisse demonstratum est, fuga totius exercitus pro-  
 cul animadversa, sese incolumes in castra conferunt. Milites  
 10 ad unum omnes interficiuntur.

XLIII. His rebus cognitis Marcius Rufus quæstor, in castris  
 relictus a Curione, cohortatur suos, ne animo deficient. Illi  
 orant atque obsecrant, ut in Siciliam navibus reportentur.  
 Pollicetur, magistrisque imperat navium, ut primo vespere om-  
 nes scaphas ad litus appulsas habeant. Sed tantus fuit omnium  
 15 terror, ut alii adesse copias Jubæ dicerent, alii cum legionibus  
 instare Varum, jamque se pulverem venientium cernere (qua-  
 rum rerum nihil omnino acciderat), alii classem hostium cele-  
 riter advolaturam suspicarentur. Itaque perterritis omnibus,  
 20 sibi quisque consulebat. Qui in classe erant, proficisci prope-  
 rabant. Horum fuga navium onerariarum magistrōs incitabat:  
 pauci lenunculi ad officium imperiumque conveniebant. Sed  
 tanta erat completis litoribus contentio, qui potissimum ex

1. *pk. eque* vel *æque* antiquiores codd.,  
*equ.* Cuj., *eq.* Pet.; *populus Romanus æque*  
 V: *pñ. huncque* D, Voss.; *præfectus equi-*  
*tum* δ et alii rec. — 5. *acceperat* U (i ead.  
 m. supraposito) Dδ et «tres» Oud. — 7.  
*hi* codd.

XLIII. — 11. *Martius* antiquiores,  
 ut supra, fort. præter U. — *in castra*

TLV. — 13. *deport.* L. — 19. *advolansturu-*  
*rum* T, *us* erasis. — 21. *magistratos* U.  
*tra* expunctis; *magistratus* Pal. — 22.  
*imperium* T. — 23. *completa* U. supra-  
 posito *is* ead. m.; post eam vocem tres  
 litteræ erasæ in T, spatium vacuum litte-  
 rarum sex vel septem in F. — *littoribus-*  
*que* V.

magno numero conscenderent, ut multitudine atque onere nonnulli deprimerentur, reliqui hoc timore propius adire tardarentur.

XLIV. Quibus rebus accidit ut pauci milites patresque familiæ, qui aut gratia aut misericordia valerent, aut naves 5 adnare possent, recepti in Siciliam incolumes pervenirent. Reliquæ copiæ, missis ad Varum noctu legatorum numero centurionibus, sese ei dediderunt. Quarum cohortium milites postero die ante oppidum Juba conspicatus, suam esse prædicans prædam, magnam partem eorum interfici jussit, paucos electos 10 in regnum remisit, cum Varus suam fidem ab eo lædi quæretur neque resistere auderet. Ipse equo in oppidum vectus, prosequentibus compluribus senatoribus, quo in numero erat Ser. Sulpicius et Licinius Damasippus, paucis [diebus], quæ fieri vellet, Uticæ constituit atque imperavit, diebusque post 15 paucis se in regnum cum omnibus copiis recepit.

2. *reliqui ob timorem* UF. — 2-3. *tardarent* L.

XLIV. — 4. *rebus* om. TL. — *patrisque* TULV. F pr. — 6. *uliuuare* V. — 8. *se* F. Petav., Lov. — *Quarum cohortium* (*cohortes* TV) *milites militum* TLV. Scal.: *Quorum* (*quarum* δ. Dorv.) *cohortes*

*militum* UFD δ et alii rec. — 9. *sua* V. — 9-10. *præde* T, *præda* V. — 14. *Ser.* om. V. — *diebus* ex errore ortum auctore Jurinio seclisit Nipperdeius. — 15. *diebusque* editum ex aliquo codice Ursini: noster U cum reliquis *diebus eque vel æque*.



# DE BELLO CIVILI

## LIBER III.

I. Dictatore habente comitia Cæsare consules creantur Julius Cæsar et P. Servilius : is enim erat annus, quo per leges ei consulem fieri liceret. His rebus confectis, cum fides tota Italia esset angustior neque creditæ pecuniæ solverentur, constituit ut arbitri darentur; per eos fierent æstimationes possessionum 5 et rerum, quanti quæque earum ante bellum fuisset, atque hæ creditoribus traderentur. Hoc et ad timorem novarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere bella et civiles dissensiones sequi consuevit, et ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimavit. Itemque prætoribus 10 tribunisque plebis rogationes ad populum ferentibus, nonnullos ambitus Pompeia lege damnatos illis temporibus, quibus in Urbe præsidia legionum Pompeius habuerat, (quæ judicia aliis audientibus iudicibus, aliis sententiam ferentibus singulis diebus erant perfecta.) in integrum restituit: qui se illi initio 15

1. — 2. *eum* L. — 3. *totam Italiam* TV. — 7. *hec* (non *hæc*) T. *hee* L. *æe* U. *æe* F. *hec* V. *ea* Petav. Dδ et alii rec. — 8. *minuend.* L. *Malis minuendumve.* — *ferre* TUF. — 10. *abtissimum* U. — 10-

11. *PR.* vel *P. R. trib.* TLUFV. — 13. *Urbem* TLFV. — *legionem* V. — 15. *illi* (*illis* F pr.) *in otio* vel *ocio* codd.; *illi* corrector D in *odio* mutat, duo rec. *odio in otio*. alii *illi odio*. Recte Stephanus *initio*.

civilis belli obtulerant, si sua opera in bello uti vellet, proinde  
 aestimans, ac si usus esset, quoniam sui fecissent potestatem.  
 Statuerat enim prius hos iudicio populi debere restitui, quam  
 suo beneficio videri receptos, ne aut ingratus in referenda  
 5 gratia aut arrogans in præripiendo populi beneficio videretur.

II. His rebus et feriis Latinis comitiisque omnibus perficiendis xi dies tribuit, dictaturaque se abdicat et ab Urbe proficiscitur, Brundisiumque pervenit. Eo legiones xii, equitatum omnem venire jusserat. Sed tantum navium repperit, ut anguste xv millia legionariorum militum, de equites transportare  
 10 possent. Hoc unum [inopia navium] Cæsari ad celeritatem conficiendi belli defuit. Atque hæ ipsæ copiae hoc infrequentiores imponuntur, quod multi gallicis tot bellis defecerant, longumque iter ex Hispania magnum numerum deminuerat,  
 15 et gravis autumnus in Apulia circumque Brundisium ex saluberrimis Galliae et Hispaniae regionibus omnem exercitum valetudine tentaverat.

1. *si qua* D a pr. — 2. *si ejus esset*, quando L. — *suffecissent* codd., *subf.* UF, *feciss.* D; *sui fecissent* Beroaldus. — 3. *hos jud.* UHD a pr.; *hoc* reliqui. — 4. *receptas* UF. — 5. *in beneficio præripiendo* (*præcip.* V) *populi* TLV; *præripiendo* H, *præcipieulo* F.

II. — 6. *comitiis* L. — 6-7. *perficiendis* U (non II). «Petav., Pal., Bong. 3.» Fabr.; *perfaciendis* TLV. — 7. *sese* L. — 8. *Brund.* om. V, spatio relicto; *Brundisium* constanter LD. — *equitatumque* L. — 9. *repperit* codd. — 10. *milibus* D. om. U. — *legionarium* TLV, Lov.; *anguste lx cohortes leg.* scribit Nipperdeius, ejus legenda disputatio p. 153 seqq. — *de mi-*

*lites* codd., «et Petav., ad oram tamen puto [posito?] *equites.* » Fabr.; corrector D et aliquot recentes Oud. (non δ) *equites*, quod necessarium est; *de* Giacomius, Appiano et Plutareho auctoribus — 11. *inopia navium* de margine in seriem ingruisse jam olim admonuit Hotomannus. — *a celeritate* L. — 12. *cæ* UF, *hæ* TLV, *hæ* H, D in ras. — *copiae* vox post *infrequentiores* repetita in omnibus nostris præter δ; *quoque* ejus loco Voss. — 13. *Galli* codd.; *Gallicis* primæ edd. — 14. *deminuerat* codd. præter UF, Petav. — 15-16. *et salub.* TL. — 16. *omnem Galliam exercitum* T. media voce deleta. — 16-17. *valit.* codd. constanter.



III. Pompeius annum spatium ad comparandas copias nactus, quod vacuum a bello atque ab hoste otiosum fuerat, magnam ex Asia Cycladibusque insulis, Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia, Phœnice, Ægypto classem coegerat, magnam omnibus locis ædificandam curaverat; magnam 5 imperatam Asiæ, Syriæ regibusque omnibus et dynastis et tetrarchis et liberis Achaiaë populis pecuniam exegerat, magnam societates earum provinciarum, quas ipse obtinebat, sibi numerare coegerat.

IV. Legiones effecerat civium Romanorum IX : quinque ex 10 Italia, quas traduxerat; unam ex Cilicia veteranam, quam factam ex duabus Gemellam appellabat; unam ex Creta et Macedonia ex veteranis militibus, qui dimissi a superioribus imperatoribus in his provinciis consederant; duas ex Asia, quas Lentulus consul conscribendas curaverat. Præterea magnum 15 numerum ex Thessalia, Bœotia, Achaia Epiroque supplementi nomine in legiones distribuerat; his Antonianos milites admiscuerat. Præter has exspectabat cum Scipione ex Syria legiones II. Sagittarios Creta, Lacedæmone, ex Ponto atque Syria reliquisque civitatibus III millia numero habebat, funditorum cohortes 20 sexcenarias II, equitum VII millia. Ex quibus DC Gallos Deio-

III. — 1. *anni sp.* D, «tres» rec. Oud. — 2. *a bello et hoste* L. — 4. *Cylicia* T. *Sicilia* L. — 6. *regibus* L. — 7. *magnas* codd.; correxit Aldus. — 8. *obtinerat* L.

IV. — 11. *ex Sicilia* codd.; *Cilic.* Ciacc. — 13. *missi* L. — 14. *his regionibus* L. — 16. *Boetia* codd., ut solent. — *Epirosque* TLUF, Petav., Lov. — *plementi* TL, *complem.* Leid 2. — 17-18. *ammisc.* L. Petav., qui ita solet. — 19. *Creta* (sine

*ex*) nostri omnes præter D, qui *ex acta.* — *Lacedomone* L, *Lacedemonia* V. — *atque ex S. U.* — 20. *milia* om. TLUFV δ, plures numero superposita lineola. — *habebat, atque etiam f.* D marg., δ et alii rec. — 21. *sex et delectorum (elect. Pal.) equitum* D in ras., δ et alii rec. — *Ex quibus* om. L, inter versus habet F. — *de U.* sed in illo correctum ead. in *DC.* D in ras. et Bong. 3 *duos mille (mil. B) Deiot.* sine *Gallos.*

5 tarus adduxerat, D Ariobarzanes ex Cappadocia; ad eundem  
 numerum Cotys ex Thracia dederat et Sadalam filium miserat:  
 ex Macedonia CC erant, quibus Rhaseypolis præerat, excellenti  
 virtute; D ex Gabinianis Alexandria, Gallos Germanosque,  
 10 quos ibi A. Gabinius præsidii causa apud regem Ptolemæum  
 reliquerat, Pompeius filius cum classe adduxerat; DCCC ex servis  
 suis pastorumque suorum \* numero \* cœegerat: CCC Tarcondar-  
 rius Castor et Donilaus ex Gallogræcia dederant (horum alter  
 una venerat, alter filium miserat): CC ex Syria a Commageno  
 15 Antiocho, cui magna Pompeius præmia tribuit, missi erant,  
 in his plerique hippotoxotæ. Huc Dardanos, Bessos partim mer-  
 cenarios, partim imperio aut gratia comparatos, item Macedo-  
 nes, Thessalos ac reliquarum gentium et civitatum adjecerat  
 atque eum, quem supra demonstravimus, numerum expleverat.

15 V. Frumenti vim maximam ex Thessalia, Asia, Ægypto,  
 Creta, Cyrenis reliquisque regionibus comparaverat. Hiemare  
 Dyrrhachii, Apolloniæ omnibusque oppidis maritimis consti-

1. *Ariobarthânes* L. Appiano est *Ariarathes*. — 2. *Cotus* vel *Cottus* codd. — *Trachia* TLUD. *Thrach.* F. — *Sasalam* codd., *Sasallem* Bong. 3. unus V *Sadalum*. — 3. *erant* om. LVD. — *Rascipolis* codd., *-lis* Pal., *-lus* V. — 4. *Gabinianis* T. Scal.; *Galienianis* L. *Gallianis* V. — 5. *illi* (pro *ibi*) δ. — *Agabinus* TFV, *Agabianus* L. — *Ptolom.* codd., *Tholom.* L. — 6. *cum servis* V; *quos ex* D a correctore. — 7. *suorum* LT. hic a ead. m. in *o* mutato. — *numero* supplevit Em. Hoffmannus; *ex servis pastoribusque suis suorumque* Nipperdeius, quomodo etiam Lipsius. — *Tarcond.* L. *Tarcondarus* F. — 8. *Domnilaus* TLUV et aliquot rec.,

*Domil.* F. *Domil.* Pet. — *ex Gallocausagrecia* UF. in hoc *causa* deletum; *Gallogræcis* D corr., δ. — *tantumdem* (pro *dederant*) D in ras. δ. Lov. — 9. *Commagno* U. inter *gn* addito *i*; F *Commagino*, H *Commagmo*. — 10. *Anthio* TL. *Anthiochi* V. qui om. *cui*, in marg. addit *illis* ante *præmia* insereendum. — *tribuit.* *Missi erant in* distinguunt nostri. — 11. *Beissos* TLV. — 11-12. *mercenarios* TLUV. — 13. *civitatum* T.

V. — 16. *reliquis* F. — 17. *Dyrrachium* TLUFVD. Petav.; *Dyrrachio* D a sec., δ. Lov. et «ceteri cuncti» Oud.; *Dyrrhachii* Stephanus. — *Apollonia* antiquiores. non «cuncti.» nam *Apolloniæ* D δ.

tuerat, ut mare transire Cæsarem prohiberet, ejusque rei causa  
 omni ora maritima classem disposuerat. Præerat Ægyptiis na-  
 vibus Pompeius filius, Asiaticis D. Lælius et C. Triarius, Syria-  
 eis C. Cassius, Rhodiis C. Marcellus cum C. Coponio, Libur-  
 nicæ atque Achaicæ classi Scribonius Libo et M. Octavius. Toti 5  
 tamen officio maritimo M. Bibulus præpositus cuncta admi-  
 nistrabat : ad hunc summa imperii respiciebat.

VI. Cæsar, ut Brundisium venit, concionatus apud milites.  
 „ quoniam prope ad finem laborum ac periculorum esset per-  
 ventum, æquo animo mancipia atque impedimenta in Italia 10  
 relinquerent, ipsi expediti naves conscenderent, quo major  
 numerus militum posset imponi, omniaque ex victoria et ex sua  
 liberalitate sperarent; ” conclamantibus omnibus, „ imperaret  
 quod vellet; quodecumque imperavisset, se æquo animo esse  
 facturos. ” n non. Jan. naves solvit. Impositæ, ut supra demon- 15  
 stratum est, legiones vii. Postridie terram attigit \* Germinio-  
 rum. Saxa inter et alia loca periculosa quietam nactus sta-  
 tionem et portus omnes timens, quod teneri ab adversariis

3. *D. Lebus* UH, *D. Selvius* L, *D. La-  
 belius* D (*La* in ras.),  $\delta$  et «tres» Oud.  
 — *G.* quater pro *C. V.* — *Triantis* TLV,  
*Traiaris* F, *Triarius* D in ras. latiore. —  
 4. *Celius Cass.* D. — *M. Marc.* D in ras.  
 — *Pomponio* TLFV, U a sec. *Pompeio* a  
 pr., et sic D  $\delta$  et alii rec. *Coponio* restituit  
 Ursinus. — 4-5. *Lubricine* L. pr., a corr.  
*Liburnide* — 5. *Atticæ* D  $\delta$  et duo rec. —  
*classis* TL; *classis crib.* UF. — *Tribon.* D  $\delta$ .

VI. — 8. *pervenit* L. — 9. *ad* om. L.  
 — *laborem* U. — 12. *et sua* L. — 14.  
*esse* om. L, Lov. — 15. *ii* om. Scal. —  
*solvunt* TL, Scal., Pet. — *Impositis* . . .

*legionibus* corrector D,  $\delta$  et alii rec. —  
 16. *vi* Nipperdeius. — *Postpridie* omnes  
 nostri et tres ap. Oud.; *Pridie* Cujac. —  
 16-17. *Germiniorum* TV, Cuj., Scal., Lov.  
 et alii; *Germinorum* L, *Germaniorum* UF.  
 Petav., Voss.; *Grecorum* D in lata ras.,  $\delta$   
 et alii rec. Verum videtur *Chimærinorum*,  
 quod restituit Kiepertus; *Cerauniorum* olim  
 Petr. Victorius. Em. Hoffmannus : *attigit*.  
*Inter Cerauniorum saxa et alia l.*; nam Ce-  
 raunios montes in ea re memorant ceteri  
 scriptores. — 17. *et . . . alia* D, quattuor  
 litt. erasis. — 18. *timentes* TL, fortasse  
 ob *arbitrabantur* active acceptum.

arbitrabantur. ad eum locum, qui appellabatur Palæste, omnibus navibus ad unam incolumibus milites exposuit.

VII. Erant Orici Lucretius Vespillo et Minucius Rufus cum Asiaticis navibus xviii, quibus jussu D. Lælii præerant, M. Bibulus cum navibus ex Coreyræ. Sed neque illi sibi confisi ex portu prodire sunt ausi, cum Cæsar omnino xvii naves longas præsidio duxisset, in quibus erant constratæ iv, neque Bibulus impeditis navibus dispersisque remigibus satis mature occurrit, quod prius ad continentem visus est Cæsar, quam de ejus  
10 adventu fama omnino in eas regiones perferretur.

VIII. Expositis militibus, naves eadem nocte Brundisium a Cæsare remittuntur, ut reliquæ legiones equitatusque transportari possent. Huic officio præpositus erat Fufius Calenus legatus, qui celeritatem in transportandis legionibus adhiberet. Sed serius a terra provectæ naves neque usæ nocturna aura  
15 in redeundo offenderunt. Bibulus enim Coreyræ certior factus de adventu Cæsaris, sperans alicui se parti onustarum navium occurrere posse, inanibus occurrit et nactus circiter xxv in eas

1. *arbitrabatur* . . . *appellatur* Dδ et multi recentes. Post *appell.* in H lacuna fere 13 litterarum. — *Pharsalia* codd.: *Palæste* Glandorpius, quod in antiquo libro *Phal.* scriptum fuerit.

VII. — 3. *Erant* T (*u* expungens) L; ceteri *Erat*. — *Bispillo* antiqui, *Bispilo* Cujac., *Vispillo* V, *Hisp.* D corr., δ, Bong. 3. *Vespillo* Glandorpius. — 4. *præerat* codd., correxit P. Mamutius. — 5. *neque* III (plerique *or* superposito) codd., *quatuor* UF, Petav.: *neque hi* D corr., δ et tres recentes ap. Oud.: *illi* Jurinius. —

6. *longas* om. V. — 7. *erant constructæ* ille TLX, *ille* Cuj., *illi* UF, Scal., Petav.: *constratæ* III Ursinus; *erat etiam ipse illi* D in ras., Lov., δ et ceteri fere rec. — 8. *impedimentis nav.* TV. — *sature mature* U, sec. m. *satis*. — 9. *usus est* TLIFV, Petav.: *uisus* D δ, Oud. sine var. — *de* *cujus* F pr. — 10. *omnino* om. V: *fama* in L post *regiones*.

VIII. — 13. *Fusus* L nostrorum solus, Petav.; *Fuius* F pr. — 15. *profectæ* L. — *usæ* om. V. — *auria* L. — 16. *enim* om. V. — 17. *aliquoi* Bong. 3. — *parcionistarum* L.

indiligentiæ suæ ac doloris iracundiam erupit. omnesque incendit, eodemque igne nautas dominosque navium interfecit, magnitudine pœnæ reliquos terreri sperans. Hoc confecto negotio, a Salonis ad Oricum portus, stationes litoraue omnia longe lateque classibus occupavit: custodiisque diligentius dispositis. ipse gravissima hieme in navibus excubans neque ullum laborem aut munus despiciens, ne quod subsidium expectanti Cæsari in conspectum venire posset \*\*\*\*.

IX. Discessu Liburnarum ex Illyrico M. Octavius cum iis, quas habebat, navibus Salonas pervenit. Ibi concitatis Dalmatis reliquisque barbaris, Issam a Cæsaris amicitia avertit; conventum Salonis cum neque pollicitationibus neque denuntiatione periculi permovere posset, oppidum oppugnare instituit. Est autem oppidum et loci natura et colle munitum. Sed celeriter cives Romani, ligneis effectis turribus, his sese munierunt et, cum essent infirmi ad resistendum propter paucitatem hominum, crebris confecti vulneribus, ad extremum auxilium de-

1. *diligentiæ* codd. (etiam U) præter unum Ursini a Vossio visum. — *iracundia* codd.; *iracundiam* Faermus. — 2. *interfecit* HD, Scal., et duo rec. — 3. *reliquos detervere* UFDδ et pars Oud., *deterveri* Scal. — 4. *Salonis* antiquiores consensu. *Salonis* D et rec., ut infra etiam antiqui. — *ad Corici* (*Coryci* U, *Coreyti* L) *portum* TLUFVD, Scal., Cuj., Petav.; *Orici* corrector D, δ et alii rec. Sequentia postulant quod Nipperdeus scripsit *a Salonis ad Oricum portus, stat.* — 6. *excubabat* Voss., non D. — 7. *illum* L. — *minus* L. — 7-8. *neque subsidium* (*subdium* V) *expectans si in Cæsaris complexum* codd., *conspectum* in solis Palat. et Bong.

3; *ne quod subs.* Oudendorpii, *expectanti Cæsari in conspectum* Nipperdeii emendatio. — 8. *veniret* V, omisso *posset*. D a correctore *veniret, sed post discessum*, ut δ et alii rec.: *posset. Post discessu* esse videtur in Scal. et Oud. Sed partem narrationis perisse, M. Octavii et Scribonii Libonis res in C. Antonium Marci fratrem gestas complexam, demonstrarunt critici, præsertim Nipperdeus p. 160 seqq.

IX. — 9. *his* codd. — 10. *Dalmatis* V. *Dalmatis* δ, duo Oud. — 11. *barbarorum* V. — *Hissam* codd., *Bissam* D. — 12. *denuntiationibus* UF. — 13. *oppidum oppugn.* U. — 15. *his* L; expungit corrector D.

scenderunt servosque omnes puberes liberaverunt, et præsectis  
 omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt. Quorum co-  
 gnita sententia, Octavius quinque castris oppidum circumdedit  
 atque uno tempore obsidione et oppugnationibus eos premere  
 5 cœpit. Illi omnia perpeti parati maxime a re frumentaria la-  
 borabant. Cui rei missis ad Cæsarem legatis, auxilium ab eo  
 petebant; reliqua, ut poterant, incommoda per se sustinebant.  
 Et longo interposito spatio cum diuturnitas oppugnationis ne-  
 gligentiores Octavianos effecisset, nacti occasionem meridiani  
 10 temporis, discessu eorum pueris mulieribusque in muro dispo-  
 sitis, ne quid quotidianæ consuetudinis desideraretur, ipsi  
 manu facta cum iis, quos nuper maxime liberaverant, in  
 proxima Octavii castra irruerunt. His expugnatis, eodem im-  
 petu altera sunt adorti, inde tertia et quarta et deinceps reli-  
 15 qua, omnibusque eos castris expulerunt, et magno numero  
 interfecto, reliquos atque ipsum Octavium in naves confugere  
 coegerunt. [Hic fuit oppugnationis exitus.] Jamque hiems ap-  
 propinquabat, et tantis detrimentis receptis Octavius, desperata  
 oppugnatione oppidi, Dyrrhachium sese ad Pompeium recepit.

20 X. Demonstravimus L. Vibullium Rufum, Pompeii præ-

1. *buberes* TL. — 4. *atque eū* (dele-  
 tum) uno T. — *eos* ante *et* ponit V. post  
*premere* F. — 5. *Omnia illi* Petav. — 6.  
*Qui remissis* codd.; *Cui rei missis* Nipper-  
 deius; *cujus rei* m. Lov. et Brantii cod. —  
*nuntiis* (pro *leg.*) D. — 7. *per se incom-*  
*moda* unus D, Oud. sine var. — 8. *diu-*  
*turnitate* F. — 10-11. *depositis* TU. Ri-  
 dere si velis, ap. Dionem Cass. XLII, 11,  
 legas prodigiosam fabulam ex his male  
 intellectis natam. — 12. *his* codd. —

*maximi* codd. antiquiores; *maxime* V a  
 sec. m. et Lov.; seclisit Nipperdeius. *nu-*  
*perrime* OEhlerus; *manu missos* D a cor-  
 rectore.  $\delta$  et alii rec. — 14. *adorati* F.  
 — 15. *omnibus* L. — 17. *Hoc* U a pr.  
 Non agnoscunt ea verba quattuor  $\delta$ .  
 Lov., Dorv. et edd. vett., et aliena esse  
 monuit Forchhammerus. de margine il-  
 lata. — *hiemps* codd. — 18. *acceptis* UH.  
*accepistis* F. — 19. *recipit* TUV.

X. — 20. L. *Bibulum* TLUFVD. Pe-

fectum, bis in potestatem pervenisse Cæsaris atque ab eo esse dimissum, semel ad Corfinium, iterum in Hispania. Hunc pro suis beneficiis Cæsar idoneum judicaverat, quem cum mandatis ad Cn. Pompeium mitteret, eundemque apud Cn. Pompeium auctoritatem habere intelligebat. Erat autem hæc summa 5 mandatorum : « debere utrumque pertinaciæ finem facere et ab armis discedere, neque amplius fortunam periclitari. Satis esse magna utrimque incommoda accepta, quæ pro disciplina et præceptis habere possent, ut reliquos casus timerent : illum Italia expulsus, amissa Sicilia et Sardinia duabusque Hispa- 10 niis et cohortibus in Italia atque Hispania civium Romanorum centum atque xxx; se morte Curionis et detrimento Africani exercitus tanto militumque deditioe ad Curictam. Proinde sibi ac reipublicæ parcerent. \* cum \* quantum in bello fortuna posset, jam ipsi incommodis suis satis essent documento. Hoc 15 unum esse tempus de pace agendi, dum sibi uterque confideret et pares ambo viderentur; si vero alteri paulum modo tribuisset fortuna, non esse usurum conditionibus pacis eum qui superior videretur, neque fore æqua parte contentum, qui se omnia habiturum confideret. Conditiones pacis, quoniam 20 antea convenire non potuissent, Romæ ab senatu et a populo

tav.; « hoc vel *Jubilium*, *Bibullum* (Lov.). *Bibullium* (Bong. 3) miss. hic et infra. » Oud. — 20 pag. 116. *Pompeium* L. — 1. *venisse* Scal. et nonnulli rec. — 3. *judicavit* L. — 6. *utrumque deb.* L. — 6-7. *finem ponere atque armis* L. — 9. *possint* TLV. Petav. — 10. *Cilicia* U a pr. — 11. *in* additum a Vascosano. — 12. *xx* D. — *se morte* Scal.; *a morte* TL, Voss. (non D); *morte* reliqui. — *Africani* antiquiores, quorum in U hæc vel varietas

vel correctio ab ead. m. : « F. *Africanis*. » Quod exhibent F. Petav., δ et alii rec., *Africanis* D, Palat. — 13. *exercitus*, *Autonii militumque* Kranerus, quod Cæsar scripsisse videtur. — *Corcyram* codd.; *Curictam* fuisse intellexit Mommsen. — 14. *quom* recte supplevit Nipperdeius. — 16. *agenda* T pr. — 17. *paululum* D δ et alii rec. — 19. *ea parte* D corr., δ et alii rec. — 21. *ante* L. — *non om.* Lov. — *ab pop.* L.

peti debere. Interea et reipublicæ et ipsis placere oportere, si  
 uterque in concione statim juravisset se triduo proximo exerci-  
 tum dimissurum. Depositis armis auxiliisque, quibus nunc  
 confiderent, necessario populi senatusque iudicio fore utrum-  
 5 que contentum. [Hæc quo facilius Pompeio probari possent,  
 omnes suas terrestres naviumque copias dimissurum. - ]

M. Vibullius, his expositis Corcyræ, non minus necessarium  
 esse existimavit de repentino adventu Cæsaris Pompeium fieri  
 certiore, uti ad id consilium capere posset, antequam de  
 10 mandatis agi inciperetur, atque ideo continuato nocte ac die  
 itinere, atque omnibus oppidis mutatis ad celeritatem jumentis,  
 ad Pompeium contendit et adesse Cæsarem nuntiat. Pompeius  
 erat eo tempore in Candavia, iterque ex Macedonia in hiberna  
 Apolloniam Dyrrhachiumque habebat. Sed re nova perturbatus  
 15 majoribus itineribus Apolloniam petere cœpit, ne Cæsar oræ  
 maritimæ civitates occuparet. At ille, expositis militibus, eodem

4. *necess.* om. L. — 6. *urbiumque* codd.,  
*copias urbiumque* D., nullo sensu. Imo to-  
 tam sententiam, qualis nunc legitur, non  
 aptam esse superioribus nec proferri a  
 Cæsare potuisse ostendit Hugijs. Super-  
 resse ex amplificatione a magistro com-  
 posita arbitror, et secludere non dubitavi.  
 Amplificationem non valde dissimilem  
 habes in varietate extremi capitis XI libri  
 II, et in aliis quoque orationibus horum  
 librorum additamenta ejienda erant. —  
*dimissurus* TUV.

M. — 7. *Bibulus* codd., imus *Bibullus*,  
 ab Aldo correctum. — 8-9. *facere cert.* U,  
 ead. ut videtur m. superposito *fieri*. — 9.  
*uti addit* T: *uti et cons.* Lov. — 10. *agere* D,  
 Voss. — *inciperet* codd., correxit Nipper-

deius. — *atque eidem* codd., D *eilem* in ra-  
 sura quinque litterarum; *ideo* velt. editio-  
 nes consensu. — *et die* D. — 11. *atque*  
*omnibus copiis mutatis* codd., quæ Aldo  
 infra posuit: *adesse Cæsarem omnibus co-  
 piis nuntiat*, ut suppleta ad marginem in  
 alienum locum ingruerint. Verisimilior  
 visa est correctio Lipsii *omnibus OPPIDIS*.  
 — *celebr.* T a pr. — 12. *et* TLUF, in hoc  
 supraposito *ut ead. m.*; *ut* VDδ et ple-  
 rique Oud. — *nuntiare* codd.; *nuntiarit*  
 Nipperdeius; *nuntiat* huic loco aptum esse  
 iudicavi, quod apice modo differt a *nun-  
 tiaret*. — 13. *Candania* L. — *itque* T, *at-  
 que* L, Scal., Petav.; in L *iter* ante *habe-  
 bat* additum a correctore. — 16 et 1  
 p. 119. *eodem die* om. L; *eadem die* V.



die Oricum proficiscitur. Quo cum venisset, L. Torquatus, qui jussu Pompeii oppido præerat præsidiumque ibi Parthinorum habebat, conatus portis clausis oppidum defendere, cum Græcos murum ascendere atque arma capere juberet, illi autem se contra imperium populi Romani pugnatu- 5  
ros negarent, oppidani autem etiam sua sponte Cæsarem recipere conarentur, desperatis omnibus auxiliis, portas aperuit et se atque oppidum Cæsari dedit, incolumisque ab eo conserva-  
tus est.

XII. Recepto Cæsar Orico, nulla interposita mora, Apol- 10  
loniam proficiscitur. Cujus adventu audito, L. Staberius, qui ibi præerat, aquam comportare in arcem atque eam munire obsidesque ab Apolloniatibus exigere cœpit. Illi vero daturus se negare, neque portas consuli præclusuros, neque sibi judi-  
cium sumpturos contra atque omnis Italia populusque Roma- 15  
nus judicavisset. Quorum cognita voluntate clam profugit Apollonia Staberius. Illi ad Cæsarem legatos mittunt, oppidoque recipiunt. Hos sequuntur Bullidenses, Amantini et reliquæ finitimæ civitates totaque Epiros, et legatis ad Cæsarem missis, quæ imperaret, facturos pollicentur. 20

1. *Orscum* UF. — 2. *ibi* om. L. — 2-3. *Partinorum* codd. — TUF. — 3. *cum* erasum in D, qui deinde *jubet*. — 4. *jussisset* L. *jussit* δ et alii rec. — 5. *se* om. T, ante *pugnatu-  
ros* habet L; *cum* (pro *se*) D in ras., δ. — *pugnatu-  
ros esse* recentes et edd., *esse* om. TLUFVD. — 6. *autem* om. nonnulli rec. ap. Oud.; *in oppidum etiam* D corr., δ et tres rec.; *etiam* om. L. inter versus habet F. — *sua* om. D in ras., δ. — 8. *dedit* Dδ.

XII. — 10. *Orisco* F corr. — 11. *Ejus*

*adv. aud.* UVDδ. alii Oud.: *Ejus audito* adv. F; *cognito* L. — *Staberius* L. a pr. hic et infra, a correctore *Straberius*, ut reliqui. — 12. *aree* TL. — 15. *P. R.* sive *populus Romanus* sine *que* codd. nostri et «multi» Oud. — 16-17. *ab Ap.* multi rec. — 18. *Hoc* TUV. — *secuntur* nostri præter UF. — *Bullidenses* codd. plerique. *Byll.* Uδ. Lov., *Bell.* F pr., D et pauci alii. — *Amathini*, TD, Pelav. et alii. *Amatthini* UF. *Amatini* LV et alii. — 19. *Epyros* TLV.

XIII. At Pompeius, cognitis his rebus quæ erant Orici atque Apolloniæ gestæ, Dyrrhachio timens, diurnis eo nocturnisque itineribus contendit. Simul Cæsar appropinquare dicebatur, tantusque terror incidit ejus exercitui, quod properans  
 5 noctem diei conjunxerat neque iter intermiserat, ut pæne omnes ex Epiro finitimisque regionibus signa relinquerent, complures arma projicerent ac fugæ simile iter videretur. Sed cum prope Dyrrhachium Pompeius constitisset castraque metari jussisset, perterrito etiam tum exercitu, princeps Labienus procedit jurat-  
 10 que se eum non deserturum eundemque casum subiturum, quemcumque ei fortuna tribuisset. Hoc idem reliqui jurant legati; hos tribuni militum centurionesque sequuntur, atque idem omnis exercitus jurat. Cæsar, præoccupato itinere ad Dyrrhachium, finem properandi facit, castraque ad flumen Apsum  
 15 ponit in finibus Apolloniatium, ut castellis vigiliisque bene meritæ civitates tutæ essent [præsidio], ibique reliquarum ex Italia legionum adventum expectare et sub pellibus hiemare constituit. Hoc idem Pompeius fecit, et trans flumen Apsum positis castris, eo copias omnes auxiliaque conduxit.

XIII. — 2. *Apollonica* T ex corr. — *gesta* TLUFV; *gestæ* Dδ et non nominati ap. Oud. — *Dyrrachium* D corr., δ. — *eo* UFDδ, om. V, Scal. — 2-3. *seu noct.* TL. hic *que* omittens. — 3. *Simul ac* codd., et quatt. rec.; copulam eiecit Oudendorpius, et abesse a Torrentii codice annotavit Fabr. — 4. *tantus* in nullo nostrorum neque ex suorum aliquo affert Oud. — *ei* H. — *exercitus* TLUFV pr., Petav., Lov.; *exercitū* V sec., *exercitui* Dδ. — 6. *in Epyro* vel *Epiro* codd.; *ex Epiro* Jurinius. — 8. *constituisset* T. — 10. *non* om. L. — 11. *et* (pro *ei*) UF, om. tres

rec. — 12. *hos om.* TLV. — 13. *præfecto occupato it.* codd., quorum *profecto* HDδ et alii, nonnulli *perf.*, Petav. *præfato itinere occupato*. Aldus nepos *præoccupato*, et sic Scal., si excerptis fides habenda. — Oud. — 14-15. *flumen Habus supponit* vel *subponit* TLUFVD, et vel *Abus*, alii *Tapsum* (Lov.) vel *Thapsum*, ut et mox. — Oud. *Apsum* jam Aldus restituit. — 15. *ut fin.* TL. — *Apollinatum* L. — 16. *præsidio* eiecit Paulus Manutius; *præsidiisque ibi* H, non U. — 18. *fecit trans* T; *fecit* inter versus L. — *Thapsum* codd., *Taps.* VD.

XIV. Calenus, legionibus equitibusque Brundisii in naves impositis, ut erat præceptum a Cæsare, quantum navium facultatem habebat, naves solvit, paulumque a portu progressus litteras a Cæsare accipit, quibus est certior factus portus litoraque omnia classibus adversariorum teneri. Quo cognito, se in portum recipit navesque omnes revocat. Una ex his, quae perseveravit neque imperio Caleni obtemperavit, quod erat sine militibus privatoque consilio administrabatur, delata Oricum atque a Bibulo expugnata est, qui de servis liberisque omnibus ad impuberes supplicium sumit et ad unum interficit. Ita exiguo tempore magnoque casu totius exercitus salus constitit.

XV. Bibulus, ut supra demonstratum est, erat cum classe ad Oricum et, sicuti mari portibusque Cæsarem prohibebat, ita ipse omni terra earum regionum prohibebatur: præsi- diis enim dispositis omnia litora a Cæsare tenebantur, neque lignandi atque aquandi, neque naves ad terram religandi, potestas fiebat. Erat res in magna difficultate, summisque angustiis rerum necessariarum premebantur, adeo ut cogerentur sicuti reliquum commeatum ita ligna atque aquam Corcyra navibus onerariis supportare, atque etiam uno tempore accidit, ut difficilioribus usi tempestatibus ex pellibus, quibus erant tectæ naves, nocturnum excipere rorem cogerentur; quas tamen dif-

XIV. — 2. *quam tum* Palat. — 4. *accepit* F. — *est* om. L. — *portum* TLV. Petav. — 6. *recepit* LVD. — *omnes* om. L. — 8. *deleta* TL et corrector D. — 8-9. *Orcum* T pr. — 10. *assumit et ad unum omnes int.* L. — 11. *Itaque idem: Ita in* V. Lov., Pal., Bong. 3.

XV. — 13. *ierat* F; *erat cum* om. TL, *cum* om. etiam ceteri omnes; *in* duo rec. — 14 *portibus* F. — 17. *neque aq.* FDδ, *aut aq.* tres rec. — 20. *atque etiam aq.* V. — *Coreyram* TUFD, Scal., Petav. et «quattuor» rec. — 21. *deportare* L. — *etiam* om. Lov. et duo rec.

facultates patienter atque æquo animo ferebant, neque sibi  
 nudanda litora et reliquendos portus existimabant. Sed cum  
 essent in quibus demonstravi angustiis, ac se Libo cum Bibulo  
 conjunxisset, loquuntur ambo ex navibus cum M. Acilio et  
 5 Statio Murco legatis; quorum alter oppidi muris, alter præsi-  
 diis terrestribus præerat: ~ velle se de maximis rebus cum Cæ-  
 sare loqui, si sibi facultas detur. ~ Huc addunt pauca rei confir-  
 mandæ causa, ut de compositione acturi viderentur. Interim  
 postulant ut sint induciæ, atque ab iis impetrant. Magnum  
 10 enim, quod afferebant, videbatur, et Cæsarem id summe scie-  
 bant cupere, et profectum aliquid Vibullii mandatis existima-  
 batur.

XVI. Cæsar eo tempore cum legione una profectus ad reci-  
 piendas superiores civitates et rem frumentariam expediendam,  
 15 qua anguste utebatur, erat ad Buthrotum, oppositum Coreyræ.  
 Ibi certior ab Acilio et Murco per litteras factus de postulatis  
 Libonis et Bibuli, legionem relinquit; ipse Oricum revertitur.  
 Eo cum venisset, evocantur illi ad colloquium. Prodit Libo  
 atque excusat Bibulum, quod is iracundia summa erat inimi-  
 20 citiasque habebat etiam privatas cum Cæsare ex ædilitate et  
 prætura conceptas: ~ ob eam causam colloquium vitasse, ne res

2. *litora portusque relinq.* L. — 4. *con-  
 junxisset, loquuntur* F. hoc et L. — M.  
 codd., *Macilio* UF. M. *Acilio* TL. — 5.  
*Statilio* V. — 7. *si sibi ejus fac.* UFD.  
 Petav. (qui *sibi eis* sec. Fabric.); *ejus* om.  
 δ et quattuor rec.; *si ei f.* TL; *si fav.* V.  
 — 8. Ante *acturi* in T deletum *can.* — 9.  
*his* codd. — 10. *quod asserebant* D. Voss.  
 — 11. *aliquid* UF. *aliquem* L. — *Bibuli*  
 codd. — 11-12. *existimabant* L.

XVI. — 15. *Burtotum* TLX; *Butrotum*

*ceteri.* — *oppidum Core.* codd., etiam L.  
 in quo Ond. ~diserte invenit~ *oppositum.*  
 quod fort. est in Leid. 2; in margine ha-  
 bet Vascosanus. Scal. om. *opp.* — 16. *Ubi*  
 TLV. — *Acilio* L. — 17. *legionum* UH.  
 F a pr. — *reliquit* FLD. Petav. — 19.  
*neque excusat* codd. præter unum L. in  
 quo *atque* a sec. m. antiqua. — *his* F.  
 spatium vac. in δ. — 20-21. *ædilitate con-  
 ceptas et præterea* F. — 21. *eam rem*  
 nullus nostrorum.

maximæ spei maximæque utilitatis ejus iracundia impedirentur. Summam \* suam \* esse ac fuisse semper voluntatem, ut componeretur atque ab armis discederetur, sed potestatem ejus rei nullam habere, propterea quod de consilii sententia summam belli rerumque omnium Pompeio permiserint. Sed postulatis Cæsaris cognitissimos missuros ad Pompeium, atque illum reliqua per se acturum hortantibus ipsis. Interea manerent induciæ, dum ab illo rediri posset, neve alter alteri noceret. ~ Huc addit pauca de causa et de copiis auxiliisque suis.

XVII. Quibus rebus neque tum respondendum Cæsar existimavit, neque nunc, ut memoriæ prodantur, satis causa putamus. Postulabat Cæsar, ut legatos sibi ad Pompeium sine periculo mittere liceret, idque ipsi fore reciperent aut acceptos per se ad eum perducerent. ~ Quod ad inducias pertineret, sic belli rationem esse divisam, ut illi classe naves auxiliaque sua impedirent, ipse ut aqua terraque eos prohiberet. Si hoc sibi remitti vellent, remitterent ipsi de maritimis custodiis; si illud tenerent, se quoque id retenturum. Nihilominus tamen agi posse de compositione, ut hæc non remitterentur, neque hanc rem esse impediendi loco. ~ Ille neque legatos Cæsaris reci-

1. *speique* T, sed *que* expunctum videtur. — 2. *Pompei summam esse* codd.; sed ineptam hic esse Pompeii mentionem docuit Elberlingius; *Suam* scripsit Forchhammerus; quod absorptum esse voce *summam* rectius statuit F. Hofmannus, ut jam nesciretur cujus ea fuerit voluntas, unde supplementum incongruum. — 3. *componerentur* codd. præter D, Pal., Bong. 3, sed D *discederentur*, ut L a pr. — 4. *se nullam* Pal., Bong. 3. — *habere se* D. — 4-5. *summa* FD8 et «quinque» Oud.

— 8. *ne vel alter* TL. — 9. *et om.* L.

XVII. — 11. *prodatur* codd. præter Petav.; *memoria* (sic) omissum in marg. post *prodatur* habet L. — 15. *illuc* T. — *classem* TLVD, Seal. — 16. *Et si* UF. — *sibi* om. L. — 17. *marinis* V. — 18. *agit* FH — 20. *rem illis esse* codd., *illi* D a pr., Voss.; scil. compositioni. Sed necessarium subjectum cum desideretur sequentis periodi, Aldus *Illi*, rectius *Ille* Stephanus voci *Neque* addiderunt, quæ in codd. excipit vocem *loco*.

pere neque periculum praestare eorum, sed totam rem ad Pompeium rejicere; unum instare de induciis vehementissimeque contendere. Quem ubi Caesar intellexit praesentis periculi atque inopiae vitandae causa omnem orationem instituisse, neque ullam  
 5 spem aut conditionem pacis afferre, ad reliquam cogitationem belli sese recepit.

XVIII. Bibulus multos dies terra prohibitus et graviore morbo ex frigore ac labore implicitus, cum neque curari posset neque susceptum officium deserere vellet, vim morbi  
 10 sustinere non potuit. Eo mortuo, ad neminem unum summa imperii redit, sed separatim suam quisque classem ad arbitrium suum administrabat. Vibullius, sedato tumultu quem repentinus adventus Caesaris concitaverat, ubi primum e re visum est, adhibito Libone et L. Lucecio et Theophane, quibus  
 15 cum communicare de maximis rebus Pompeius consueverat, de mandatis Caesaris agere instituit. Quem ingressum in sermonem Pompeius interpellavit et loqui plura prohibuit. "Quid mihi," inquit, "aut vita aut civitate opus est, quam beneficio Caesaris habere videbor? Cujus rei opinio tolli non poterit,  
 20 "cum in Italiam, ex qua profectus sum, reductus existimabor." Bello perfecto, ab iis Caesar haec facta cognovit, qui sermoni

2. *unum stare* TL. — 3. *Quae* codd. praeter D. Voss., Bong. 3. — 4. *rationem* U pr., VD. — *statuisse* D.

XVIII. — 8. *et lab.* FL., Petav. — 12. *Vibullius* hic omnes nostri. *Bibullius* Petav., *Bibulus* Bong. 3. — 13-14. *primum rursus adhib.* codd., nisi quod Brantii et Lov. *primum reversus e* (est) *adh.* praebent: *primum e re visum* est auctore Ellertlingio editur, quod amissa praep. *e* facile

in *rursus* depravari poterat. — 14. *adhibitoque* L; *adhibito q̃.* T, Q. V. — *Librone* TUF. — *Lucecio* TLUFV. — 14-15. *quibus comm.* codd.; *quibuscum* Fr. Gronovius. — 15. *Pompeidus* (sic compendio) T: nomen in marg. habet D. — *consueverat* FH. — 19. *videar* V. — 20. *nisi cum* Dδ et rec. Oud. — 20-21. *existimabor bello perfecto.* *Ab* distinguunt codd. — 21. *his* codd. praeter Petav. — *haec dicta* D a correctore.

interfuerunt; conatus tamen nihilo minus est aliis rationibus [per colloquia] de pace agere.

MIX. Inter bina castra Pompeiï atque Cæsaris unum flumen [tantum] intererat Apsus, crebraque inter se colloquia milites habebant, neque ullum interim telum per pactiones loquen- 5 tium trajiciebatur. Mittit P. Vatinius legatum ad ripam ipsam fluminis, qui ea quæ maxime ad pacem pertinere viderentur ageret et crebro magna voce pronuntiaret, -liceretne civibus ad cives [de pace duo] legatos mittere, quod etiam fugitivis ab saltu Pyrenæo prædonibusque licuisset, præsertim cum id age- 10 rent, ne cives cum civibus armis decertarent? - Multa suppliciter locutus est, ut de sua atque omnium salute debebat, silentioque ab utrisque militibus auditus. Responsum est ab altera parte Aulum Varronem profiteri se altera die ad colloquium venturum, atque eundem visurum, quemadmodum tuto 15 legati venire et quæ vellent exponere possent; certumque ei rei tempus constituitur. Quo cum esset postero die ventum, magna utrimque multitudo convenit, magnaque erat expectatio ejus rei, atque omnium animi intenti esse ad pacem vi-

1. *est post rat.* in F. — 2. *qui per* D a correctore, qui voluerit *quam*. In V legitur *aliis rat. nichilominus per coll.* Sed insititium esse *per colloquia* Nipperdeius recte judicavit.

MIX. — 3. *Ut inter* codd., in L *ut ead.* m. inter versus positum; sed in D *Inter*, eraso *ut*, quod abest a  $\delta$  et recentibus Oud. — *et Cæs. V.* — *flumen unum* D. — 4. *tantum* auctore F. Hofmanno seclusimus, interpretationem vocis *unum*. — *Thapsus* vel *Tapsus* codd. — *milites colloq.* L. — 6. *jaciebatur* D marg., tres rec.;

*mittebatur*  $\delta$ . — *legatum* om. L, qui *ipsam rip.* — 7. *ea* om. F. — 9. *duos* FLV. Petav., D $\delta$  et alii rec., *duo* TU. Jam Aldus ejecit, nec *de pace* hujus loci esse F. Hofmannus monuit. — 10. *Pireno prædonibus* L. — 10-11. *ageret* L. — 12. *est* om. codd. præter Norvicensem. Erat *locutus*. — 13. *auditum* D $\delta$ , Voss. — 15. *atque una ris* (ubi Petav. e corr.) *utrumque admodum tuto* codd. U enim *quære* in marg.; *visurum quemadmodum* Elberlingius: pro *atque una* Nipperdeius (*atqueund*) *atque eundem*. una littera mutata. — 19. *esse* om. L.

debantur. Qua ex frequentia Titus Labienus prodit, [summissa oratione] loqui de pace atque altercari cum Vatinio incipit. Quorum mediam orationem interrumpunt subito undique tela immissa; quæ ille obiectus armis militum vitavit: vulnerantur  
 5 tamen complures, in his Cornelius Balbus, M. Plotius, L. Tiburtius, centuriones militesque nonnulli. Tum Labienus: — Desinite — ergo de compositione loqui: nam nobis nisi Cæsaris capite — relato pax esse nulla potest. —

XX. Iisdem temporibus M. Cælius Rufus prætor, causa de-  
 10 bitorum suscepta, initio magistratus tribunal suum juxta C. Trebonii, prætoris urbani, sellam collocavit et, si quis appellavisset de æstimatione et de solutionibus, quæ per arbitrum fierent, ut Cæsar præsens constituerat, fore auxilio pollicebatur. Sed fiebat æquitate decreti et humanitate Trebonii, qui his  
 15 temporibus clementer et moderate jus dicendum existimabat, ut reperiri non possent a quibus initium appellandi nasceretur. Nam fortasse inopiam excusare et calamitatem aut propriam suam aut temporum queri et difficultates auctionandi proponere etiam mediocris est animi: integras vero tenere possessio-

1-2. *subm.* Bong. 3; *summissima* D. Voss.; *summa* Leid. 2. Verba *loqui de pace* omissa in marg. supplet L. *loqui* et *atque* om. Lov.; unde Oudendorpii *sed omissa* (*missa* Terpstra) *oratione de pace, alterc.* Ego uncis circumdedi, qui hæc ex proxime sequentibus *media oratione* (ut UF) et (*tela*) *immissa* per aliquas turbas orta putem. — 2. *Vatio* TU, ead. m. correctus uterque. — 3. *media oratione* UF. — 4. *intectus* L. — 5. *Plotius* FL. Petav., *Pollius* Lov. — 6. *centurionesque* L. — 7. *inquit* (pro *ergo*) L. — *a Cæsaris*

T. *u Cæsare* L. — 8. *delato* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — *esse non potest* D et "quidam mss." Oud.

XX. — 9. *prætor* om. V. — 12. *arbitrium* D $\delta$  et recentes Oud. — 13-14. *pollicetabatur* U pr. — 14.  *fiebat celeritate decr.* L. — *Treboni* TUFV, L a pr. — *his* om. nostri omnes, Petav. et multi Oud. — 15. *moderata ejus* TLUFV, *eis* Petav. — *jus hoc* D corr. et alii rec. — 16. *posset* codd., *possit* L; correxit Stephanus. — 17. *propriam* om. L. — 18. *actionandi*, UF.



nes. qui se debere fateantur, cujus animi aut cujus impudentiæ est? Itaque, hoc qui postularet, reperiebatur nemo. Atque ipsis, ad quorum commodum pertinebat, durior inventus est Cælius. Sed ab hoc profectus initio, ne frustra ingressus turpem causam videretur, legem promulgavit, ut sexenni die sine 5 usuris creditæ pecuniæ solvantur.

XXI. Cum resisteret Servilius consul reliquique magistratus, et minus opinione sua efficeret, ad hominum excitanda studia sublata priore lege duas promulgavit : unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donavit, aliam tabularum 10 novarum, impetuque multitudinis in C. Trebonium facto et nonnullis vulneratis, eum de tribunali deturbavit. De quibus rebus Servilius consul ad senatum retulit, senatusque Cælium ab republica removendum censuit. Hoc decreto eum consul senatu prohibuit et concionari conantem de rostris deduxit. Ille 15 ignominia et dolore permotus palam se proficisci ad Cæsarem simulavit; clam nuntiis ad Milonem missis, qui Clodio interfecto eo nomine erat damnatus, atque eo in Italiam evocato, quod magnis muneribus datis gladiatoriae familiæ reliquias habebat, sibi conjunxit atque eum in Thurinum ad sollicitandos 20 pastores præmisit. Ipse cum Casilinum venisset, unoque tempore signa ejus militaria atque arma Capuæ essent compressa

3. *est inventus est* L. pr., delens alterum. — 4. *Et ab* codd.; *Sed* Ciacconius. — 5. *series* (*ex his* D marg.,  $\delta$ ) *seni dies* codd., paucis rec. leviter aberrantibus; *sexenni die* P. Manutius; *semisse in dies* Lipsius.

XXI. — 8. *efficere* TLUF, Pal. — 12. *erturbavit* U pr., eadem m. correctus;

*proturb.* Lov. — 14-15. *ab senatu* V: in L a ante *conantem* erasum. — 16. *ac dol.* V. — 18. *ejus nomine* codd.: *eo n.* Scalliger. — 19. *gladiatoribus* T. sed ead. m. correctus; *gladiatores* L. — *reliquas* TLF, Petav. — 20. *Tur.* Pet. — 21. *uno quoque* D corr.,  $\delta$ , Lov. — 22. *compressa* UFL et a pr., ut videtur, D.

et familia Neapoli missa, quæ proditionem oppidi appararet, patefactis consiliis exclusus Capua et periculum veritus, quod conventus arma cepèrat atque cum hostis loco habendum existimabat, consilio destitit atque eo itinere sese avertit.

5     XXII. Interim Milo dimissis circum municipia litteris, ea quæ faceret jussu atque imperio facere Pompeii, quæ mandata ad se per Vibullium delata essent, quos ex ære alieno laborare arbitrabatur sollicitabat. Apud quos cum proficere nihil posset, quibusdam solutis ergastulis Cosam in agro Thurino oppugnare  
10 cœpit. Eo cum a Q. Pedio prætore cum legione \*\*\*\* lapide ictus ex muro periit. Et Cœlius profectus, ut dictitabat, ad Cæsarem pervenit Thurios. Ubi cum quosdam ejus municipii sollicitaret equitibusque Cæsaris Gallis atque Hispanis, qui eo præsidii causa missi erant, pecuniam polliceretur, ab his est  
15 interfectus. Ita magnarum initia rerum, quæ occupatione magistratum et temporum sollicitam Italiam habebant, celerem et facilem exitum habuerunt.

XXIII. Libo profectus ab Orico cum classe, cui præerat.

1. Neapoli visaque proditione oppidi apparere codd. antiquiores, visa et Scal.; vis (visa D) atque proditio D corr. et quattuor rec.: proditione vici Lov. Kranerus visa proditionem opp. apparare. Commodissimum visum est hoc F. Hofmanni: Neapoli missa, que proditionem oppidi appararet.

XXII. — 5. dimissus U pr. — 6. Pompeique m. TL. — 7. Bibullium TUFV, Petav., Bibulum L et alii. — data delata T, priore deleto. — 9. Compsam in agro Hirpino conjecit F. Hofmannus, si audiendus Velleius II, 68. — expugnare Petav.,

Bong. 3. — 10. Eo tum Pet. — aque Ped. TL. — præditore U (non H). — Lacunam notavit Scaliger. «An Eo cum Q. Pedio prætore missa legione lap.?» F. Hofmann. — 11. perit codd. præter D corr. et non nominatos Ond. — 12. Thurios. Dio Cass. XLII, 25, Βρεττίαν, Bruttium. — 12-13. cum constantius sollic. D corr., δ et alii rec.: cum Cosam soll. Lovan. — 13. ab eo Lov. et duo rec. — 14. prædantuli causa codd.; præsidii P. Manutius. — 17. habebant T pr., correctus habuerant, ut L.

XXIII. — 18. cum prof. L.

navium L, Brundisium venit, insulamque quæ contra portum Brundisinum est occupavit, quod præstare arbitrabatur unum locum, qua necessarius nostris erat egressus, quam omnia litora ac portus custodia clausos teneri. Hic repentino adventu naves onerarias quasdam nactus incendit et unam frumento 5 onustam abduxit, magnumque nostris terrorem injecit et noctu militibus ac sagittariis in terram expositis præsidium equitum dejecit, et adeo loci opportunitate profecit, uti ad Pompeium litteras mitteret, "naves reliquas, si vellet, subduci et refici juberet : sua classe auxilia sese Cæsaris prohibiturum." 10

XXIV. Erat eo tempore Antonius Brundisii. Is virtute militum confisus scaphas navium magnarum circiter LX cratibus pluteisque contexit, eoque milites delectos imposuit, atque eas in litore pluribus locis separatim disposuit, navesque triremes duas, quas Brundisii faciendas curaverat, per causam exercen- 15 dorum remigum ad fauces portus prodire jussit. Has cum audacius progressas Libo vidisset, sperans intercipi posse, quadriremes v ad eas misit. Quæ cum navibus nostris appropinquassent, nostri veterani in portum refugiebant; illi studio incitati incautius sequebantur. Jam ex omnibus partibus subito 20 Antonianæ scaphæ signo dato se in hostes incitaverunt, primoque impetu unam ex his quadriremem cum remigibus de-

2. *Brundisium*, sed *Brundisium* affer-  
tur ex Cujac. et Petav., utrumque vero  
per *i* TUF. — 3. *omnium* codd., *omniu*  
Giacconius. — 4. *teneri* Dδ, Pal., Bong.  
3; *tueri* antiquiores. in L bis scriptum.  
— 6. *abducit* F. — 7. *in terra* TLFV.  
Petav. — 8. *ut* F. — 9. *ac ref.* V. — 10.  
*sese auxilia* L; *auxilia esse sese* T; *Cæsaris*  
*sese auxilia* V.

XXIV. — 11. *Is* addidit Forchhammer.  
— *virtuti* nostrorum nullas. — 12.  
*civium circiter* T. priore voc. deleta. —  
*crateis* U. sec. m. correctum. — 13. *de-*  
*lectos* om. L. — 14. *pl. in locis disposuit*  
L. — 18-19. *propinquassent* codd.; *aprop.*  
(sic) corrector D. — 19. *refugerunt* D  
corr., δ. — 20. Ante *incaut.* duæ litt.  
crasæ in T.

fensoribusque suis ceperunt, reliquas turpiter refugere coegerunt. Ad hoc detrimentum accessit, ut equitibus per oram maritimam ab Antonio dispositis aquari prohiberentur. Qua necessitate et ignominia permotus Libo discessit a Brundisio  
5 obsessionemque nostrorum omisit.

XXV. Multi jam menses erant et hiems præcipitaverat, neque Brundisio naves legionesque ad Cæsarem veniebant. Ac nonnullæ ejus rei prætermisæ occasiones Cæsari videbantur, quod certe sæpe flaverant venti, quibus necessario committendum existimabat. Quantoque ejus amplius processerat temporis,  
10 tanto erant alacriores ad custodias qui classibus præerant, majoremque fiduciam prohibendi habebant, et crebris Pompeii litteris castigabantur, quoniam primo venientem Cæsarem non prohibuissent, ut reliquos ejus exercitus impedirent; durius-  
15 que quotidie tempus ad transportandum, lenioribus ventis, expectabant. Quibus rebus permotus Cæsar Brundisium ad suos severius scripsit, et nacti idoneum ventum ne occasionem navigandi dimitterent, sive ad litora Apolloniatium \* sive ad Labeatium\* cursum dirigere atque eo naves ejicere possent. —  
20 Hæc a custodiis classium loca maxime vacabant, quod se longius a portibus committere non auderent.

2. *detrimento* U a pr. — 2-3. *per ora maritima* TLUFV, Petav., quorum L et quattuor rec. omittunt *per*; D et alii rec. *ad oram maritimam*. — 5. *obsidionemque* D, qui cum Voss. om. *nostrorum*.

XXV. — 6. *menses transierant* D corr., δ et nulli rec. — 10. *processerant* L. — 11. *custodiam* L. — 14. *prohiberent* (pro *imped.*) L. — 14-15. *cupidinsque* correxit Kranerus. Sed *durius* intellige Cæsarianis transmis-

suris (conf. *tempore commutato*, c. 27), et absolutus casus est *lenioribus ventis*. — 18. *Apollinat*. L. Defectum voce *sive* indicatum feliciter sanavit F. Hofmannus additis verbis in easdem litteras desinentibus. — 19. *elicere* LD et tres rec.; *eligere* TUFV, Petav. et alii; *digere* (quod est idem) Cuj.; *dicere* δ. Pal. — 20. *custodibus* codd.; *custodiis* Ciacconius. — 21. *a* inseruit Vossius. — *auderant* V.

XXVI. Illi adhibita audacia et virtute, administrantibus M. Antonio et Fusio Caleno, multum ipsis militibus hortantibus neque ullum periculum pro salute Cæsaris recusantibus, nacti austrum naves solvunt atque altero die Apolloniam [Dyrrhachium] prætervehuntur. Qui cum essent ex continenti visi, Coponius, qui Dyrrhachii classi Rhodiæ præerat, naves ex portu educit, et cum jam nostris remissiore vento appropinquasset, idem auster increbuit nostrisque præsidio fuit. Neque vero ille ob eam causam conatu desistebat, sed labore et perseverantia nautarum [et] vim tempestatis superari posse sperabat, prætervectosque Dyrrhachium magna vi venti nihilo secius sequebatur. Nostri usi fortunæ beneficio tamen impetum classis timebant, si forte ventus remisisset. Nacti portum, qui appellatur Nymphæum, ultra Lissum millia passuum III, eo naves introduxerunt (qui portus ab Africo tegebatur, ab austro non erat tutus), leviusque tempestatis quam classis periculum aestimaverunt. Quo simulatque intro est itum, incredibili felicitate auster, qui per biduum flaverat, in Africum se vertit.

XXVII. Hic subitam commutationem fortunæ videre licuit. Qui modo sibi timuerant, hos tutissimus portus recipiebat: qui

XXVI. — 2. *Fusio* L et fort. F. — *adhort.* L. — 4. *altero die* om. Scal. — *Apolliam* TL. — 4-5. *inde Dyrrhachium* Lov.; *Dyrrhachiumque* edd. vett. Insititium esse indicavit Elberling. — 5. *prætervehuntur* F. — *in cont.* L. — 5-6. *Q. Coponius* ULD et non nominati Oud.; *M. Cop.* Lov. — 6. *Rhodie* D in ras., *die* Voss. — 7. *nostris* codd. plurimi, *nostris* Cuj., F a sec., Petav., D pr., Voss., Lov. — *appropinquassent* codd., *-arissent* Petav. —

8. *increbuit* FLV, Pet. — 10. *se* (pro *et*) *vim* D et alii rec., qui mox *superare* et *sperabant.* Seclusi et. — 11. *magna vi* U in marg. — *segniùs* D, Voss. — 12. *usu* F. — 14. *mille passus* V. — 16. *levisque temp. causa classis* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — 16-17. *periculum metuebant* L, inter versus posito *aestimaverunt*, quod a sec. suppletum in F. — 17. *intus* D, ambiguo compendio L. — 18. *per* om. L.

XXVII. — 19. *Huic* TL. — 20. *portus*

nostris navibus periculum intulerant, de suo timere cogebantur. Itaque tempore commutato tempestas et nostros texit et naves Rhodias afflixit, ita ut ad unam omnes, constricta numero xvi, eliderentur et naufragio interirent, et ex magno remigum propugnatorumque numero pars ad scopulos allisa interficeretur, pars ab nostris detraheretur; quos omnes conservatos Cæsar domum remisit.

XXVIII. Nostræ naves duæ tardius cursu confecto in noctem conjectæ, cum ignorarent quem locum reliquæ cepissent, contra Lissum in ancoris constiterunt. Has scaphis minoribusque navigiis compluribus summissis Otacilius Crassus, qui Lissi præerat, expugnare parabat; simul de deditioe eorum agebat et incolumitatem deditis pollicebatur. Harum altera navis ccx e legione tironum sustulerat, altera ex veterana paulo minus cc. Hic cognosci licuit quantum esset hominibus præsidii in animi firmitudine. Tirones enim multitudine navium perterriti et salo nauseaque confecti, jurejurando accepto, nihil iis nocituros hostes, se Otacilio dederunt; qui omnes ad eum perducti contra religionem jurisjurandi in ejus conspectu

*reiciebat* TLUFVD. Petav., Voss. Inter versus L a sec. : «F recipiebat.» Hoc δ. Bong. 3 *excipiebat*. — 2. *continuato* F pr. — *nostras* V. — 3. *contractæ* D corr., δ. Pal.; *confractæ* Bong. 3. — 4. *CVIII* Lov. — 6. *distraberetur* eodd. præter δ, Ursini quendam (non U), Lov., Pal., Dorv. — 7. *redit remisit* T, priore deleto; *dimisit* V.

XXVIII. — 10. *Lysum* et *Lisum* TFU, sed U mox duplici ss, ut L, c. 40 F; D constanter simplici. — 11. *navigibus* L. — *complur.* om. V. — *summisso Tacilius* T, L a pr.; *sumptis* D (et alii rec.), *sum-*

*missis* in var. T. *Acilius* V. Constanter *Octacilius* UF, Petav. et alii, *Octalicius* L. *Otacilicius* Lov. — 12. *expugnare* V. *parabat* TL, Scal. — 13. *Horum* TL. — 13-14. *navis e* (hoc expunctum) *ccc.lxxi e* L. — 14. *veteranis* L. — 15. *ccc* L. — *His* eodd., *Hic* Aldus. — *cognoscere* L. — 16. *fortitudinæ* LD et duo rec. — 17. *salona usiaque* TLUF. — *his* eodd. — 18. *Oct.* antiquiores, etiam infra. — *qui* L a sec. inter versus. — 19. *producti* TLUFV, Petav. et tres rec.; *perducti* D. — *conspectum* TUFVD, Scal., Petav.

crudelissime interficiuntur. At veteranae legionis milites, item conflictati et tempestatis et sentinae vitis, neque ex pristina virtute remittendum aliquid putaverunt, sed tractandis conditionibus et simulatione deditiois extracto primo noctis tempore, gubernatorem in terram navem ejicere cogunt, ipsi idoneum locum naeti reliquam noctis partem ibi confecerunt, et luce prima missis ad eos ab Otacilio equitibus, qui eam partem orae maritimae asservabant, circiter cccc. quique eos armati ex praesidio secuti sunt, se defenderunt et, nonnullis eorum interfectis, incolumes se ad nostros receperunt. 10

XXIX. Quo facto conventus civium Romanorum, qui Lissum obtinebant, quod oppidum iis antea Caesar attribuerat muniendumque curaverat, Antonium recipit omnibus rebus juvit. Otacilius sibi timens oppido fugit et ad Pompeium pervenit. Expositis omnibus copiis Antonius, quarum erat 15 summa veteranarum trium legionum uniusque tironum et equitum dccc. plerasque naves in Italiam remittit ad reliquos milites equitesque transportandos, pontones (quod est genus navium gallicarum) Lissi relinquit, hoc consilio, ut si forte Pompeius vacuum existimans Italiam eo trajecisset exercitum, 20 quae opinio erat edita in vulgus, aliquam Caesar ad insequendum facultatem haberet, nuntiosque ad eum celeriter mittit.

1. *idem* TLUF. Scal., Petav., et tres rec.; *item* VD. — 3. *et tract.* Morus. — 5. *gubernatorum* T, *gubernatore* U. — *navem in terram* U; *ejicere navem* L. — 7. *adeo ab Otacilio nuntiis* L. — 8. *obserr.* L., Bong. 3. — *qui eos* L.

XXIX. — 11-12. *qui* L. obt. om. V. — 12. *is* TU. *hiis* L. *his* ceteri. — 13.

*recepit* V unus nostrorum. — 14. *luit* TL. hic *juvit* inter versus: U pr. *imit.* inserens u, H *immit* (?). — 15. *Ex omnibus* codd.; *Expositis omnibus* Achilles Stadius. — 16. *veteranorum* D a pr., H. — 19. *reliquit* F. — 21. *erat inedita vulgo* D. — 22. *celeriter ad eos* L; *eos* etiam Lov., Leid. 2.

quibus regionibus exercitum exposuisset et quid militum trans-  
vexisset.

XXX. Hæc eodem fere tempore Cæsar atque Pompeius co-  
gnoscunt. Nam prætervectas Apolloniam Dyrrhachiumque naves  
5 viderant, ipsi iter secundum eas terra direxerant, sed quo es-  
sent eæ delatæ, primis diebus ignorabant. Cognitaque re di-  
versa sibi ambo consilia capiunt: Cæsar, ut quam primum se  
cum Antonio jungeret; Pompeius, ut venientibus in itinere  
se opponeret, si imprudentes ex insidiis adoriri posset, eodem-  
10 que die uterque eorum ex castris stativis a flumine Apso exer-  
citur educunt; Pompeius clam et noctu, Cæsar palam atque  
interdiu. Sed Cæsari circuitu majore iter erat longius, adverso  
flumine, ut vado transire posset: Pompeius, quia expedito iti-  
nere flumen ei transeundum non erat, magnis itineribus ad  
15 Antonium contendit, atque eum ubi appropinquare cognovit,  
idoneum locum nactus, ibi copias collocavit suosque omnes  
in castris continuit, ignesque fieri prohibuit, quo occultior  
esset ejus adventus. Hæc ad Antonium statim per Græcos  
deferuntur. Ille missis ad Cæsarem nuntiis unum diem sese  
20 castris tenuit; altero die ad eum pervenit Cæsar. Cujus ad-  
ventu cognito Pompeius, ne duobus circumcluderetur exerciti-

1. et qui mil. TL.

XXX. — 4. prætermittas V. — 5. Inter  
secundum eas F ad inter versus a sec. —  
terras codd. præter unum Ursini (non U).  
— duxerant Dδ, «plerique» Oud. (qui  
terras intelligebat, non verbum). — 6.  
hec T, hæc LDH, hæc Petav., δ et alii rec.,  
om. V. — 6-7. diversa T, non divisa. —  
7. ambo om. V. — consilium U pr. —  
9. et si codd., et sic D; et delevit Lipsius.

— possit T pr. — 10. stativis TL, Seal.  
— Thupso codd. — 11. palam et L. —  
12. a Cæsare D corr., δ et alii rec. —  
13. Pompeiusque exp. L. — 15. ubi cum  
UFD. — 16. sibi TV. — copias om. V.  
— 17. in castris soli præbent TL, reliqui  
præpositionem omittunt; castris etiam V.  
— obtinuit T pr., ead. manu correctum.  
— 18. ad om. TV, hic exhibens Antonio.  
— 19. deferunt T.



bus, ex eo loco discedit, omnibusque copiis ad Asparagium Dyrhachinorum pervenit; atque ibi idoneo loco castra ponit.

XXXI. His temporibus Scipio detrimentis quibusdam circum montem Amanum acceptis imperatorem se appellaverat. Quo facto civitatibus tyrannisque magnas imperaverat pecunias, item 5 a publicanis suae provinciae debitam biennii pecuniam exegerat et ab iisdem insequentis anni mutuam praeceperat, equitesque toti provinciae imperaverat. Quibus coactis, finitimis hostibus Parthis post se relictis, qui paulo ante M. Crassum imperatorem interfecerant et M. Bibulum in obsidione habuerant, le- 10 giones equitesque ex Syria deduxerat. Summamque in sollicitudinem ac timorem Parthici belli provincia cum venisset, ac nonnullae militum voces cum audirentur, sese, contra hostem si ducerentur, ituros, contra civem et consulem arma non la- 15 turos, deductis Pergamum atque in locupletissimas urbes in hiberna legionibus, maximas largitiones fecit et confirmandorum militum causa diripiendas his civitates dedit.

XXXII. Interim acerbissime imperatae pecuniae tota provincia exigebantur. Multa praeterea generatim ad avaritiam excogitabantur. In capita singula servorum ac liberorum tributum 20 imponebatur: columnaria, ostiaria, frumentum, milites, arma,

1. *discessit* U pr., ead. m. correctum. — *Sparagium* D, Voss.; *Harasparagium* Lov. — 1-2. *Durachiorum* L. — 2. *ibique* L.

XXXI. — 3. *Hisdem temp.* V. — 5. *imp. copias* D, Voss. — 6. *ad publicanis* T. — 7. *isdem* TL, Petav.; *hisdem* UF. — *percep.* LD. — 9. *Partis* UV. — 11. *ex Syr.* om. V. — 11-12. *Summaque in sollicitudine*

(*solitudine* D) *ac timore* codd.; accusativos postuit Elberling. — 12. *provinciam* TL; *in provincia* D. — 14. *civem*, inter versus *cives* D. — 17. *civitatibus* U, L a pr., *qui his civitates* (sec.) *diripiculas dedit*.

XXXII. — 18. *acerrime tota proc. imp. pec.* L. — 20. *singulorum lib. ac serv.* L. — 21. *columnaria* TL.

remiges, tormenta, vecturae imperabantur; cuius modo rei  
 nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias  
 videbatur. Non solum urbibus, sed pæne vicis castellisque  
 singuli cum imperio præficiiebantur. Qui horum quid acerbis-  
 5 sine crudelissimeque fecerat, is et vir et civis optimus habe-  
 batur. Erat plena licitorum et imperiorum provincia, diffusa  
 præfectis atque exactoribus; qui præter imperatas pecunias  
 suo etiam privato compendio serviebant: dictabant enim se  
 10 honesta præscriptione rem turpissimam tegerent. Accedebant  
 ad hæc gravissimæ usurae, quod in bello plerumque accidere  
 consuevit, universis imperatis pecuniis; quibus in rebus prola-  
 tionem diei donationem esse dicebant. Itaque æs alienum pro-  
 vinciae eo biennio multiplicatum est. Neque minus ob eam  
 15 causam civibus Romanis ejus provinciae, sed in singulos con-  
 ventus singulasque civitates certæ pecuniae imperabantur, mu-  
 tuasque illas ex senatusconsulto exigi dictabant; publicanis.  
 ut in Syria fecerant, insequentis anni vectigal promutuum.

XXXIII. Præterea Ephesi a fano Dianæ depositas antiquitus  
 20 pecunias Scipio tolli jubebat. Certa que ejus rei die constituta

1. *cujus modi rei* codd.; *modi* om. Petav., Bong. 3; *cujus modo r.* Aldus. —  
 2. *cognoscentibus* T, expunctis *nosc* litteris;  
*agendas* D, Voss.; *cogendas copias* L. —  
 4. *singulis* codd., *singuli* OEhlerus. —  
 4-5. *Quid hor. qui acerb. faceret et crude-*  
*lissime, is* L. — 6. *plane licit.* TL. — *im-*  
*periorumque* V; *et apparitorum* scribit  
 Forchhammerus. — *conferta* D corr., δ,  
 et alii rec. — 7. *præceptis* codd.; *præfectis*  
 Aldus. — *exact.* F. — 8. *consilio com-*  
*pendio* D, altero expuncto; in marg. var.

*imperio*, et sic δ alique rec. — *serviebant*  
 V. — *dictabant* Voss., D, qui om. *enim*.  
 — 13. *esse die. donat.* L. — 16-17. *mu-*  
*tuasque ex illo se consulto* codd., quod Al-  
 dus correxit. — 17. *public.* om. Petav. —  
 18. *ut in sorte* codd., *ut forte* pauci rec.;  
*in Syria* Stephanus; conf. c. 31. — *mu-*  
*tuum* Cnjac. sec. Fabr.; *promotum* tres rec.

XXXIII. — 19. *phano* UF, et mox. —  
 20. *tollit* et quæ sequuntur usque ad repe-  
 titam vocem *Scipio* omissa in TLV. —  
*Ceteraque ejus diei constituta* codd., quod

eum in fanum ventum esset, adhibitis compluribus ordinis senatorii, quos advocaverat Scipio, litteræ ei redduntur a Pompeio, "mare transisse cum legionibus Cæsarem : properaret ad se cum exercitu venire omniaque posthaberet." His litteris acceptis, quos advocaverat dimittit: ipse iter in Macedoniam parare incipit, paucisque post diebus est profectus. Hæc res Ephesiæ pecuniæ salutem attulit.

XXXIV. Cæsar, Antonii exercitu conjuncto, deducta Orico legione, quam tuendæ oræ marinæ causa posuerat, tentandas sibi provincias longiusque procedendum existimabat, et cum ad eum ex Thessalia Ætoliaque legati venissent, qui præsidio misso pollicerentur earum gentium civitates imperata facturas, L. Cassium Longinum cum legione tironum, quæ appellabatur xxvii, atque equitibus cc in Thessaliam, C. Calvisium Sabinum cum cohortibus v paucisque equitibus in Ætoli-  
 15  
 liam misit; maxime eos, quod erant propinquæ regiones, de re frumentaria ut providerent, hortatus est. Cn. Domitium Calvinum cum legionibus duabus, xi et xii, et equitibus d in Macedoniam proficisci jussit; cujus provinciæ ab ea parte, quæ libera appellabatur, Menedemus, princeps earum regio-  
 20

Ursinus correxit. Buslid. *cætrasque*: Dδ *ceterasque* (*ceteras* δ) *ejus dei* (*dici* δ) *statuas*. — 1-2. *ordinis senatorii* UFDδ, vulgo *sen. ord.* — 2. *Scipioni ei litt. redd.* D. — *traduntur* V. — 3. *transire* V. — 4. *omniaque post ea que haberet* codd. antiquiores: *posthaberet* Aldus; *omniūque que haberet* Voss.; *omnibusque que hab.* D corr.; δ et alii rec. — *lis* Ū, *Hiis* I. — 6. *parare dimittit*, eoque deleto *incipit* T. — *postque paucis d.* L; *post* F inter versus.

XXXIV. — 8. *Origo* TŪ. — 9. *causa*

om V. — 12. *regionum civ.* L. — 13. *Cassum* T. — 14. *in Thessalum ire* TUF. Petav. (qui ubique *Thesal.*); *in Thessalium ire* V, Scal., Voss.; omissa hæc in L; *in Th. jubet ire* Lov., *in Th. mandat* D in ras.; δ et alii rec.; *ire* delevit Aldus. — C. om. L. — 14-15. *Calavisium* D corr.; *Cabavisium* δ, *Cabasium* Lov., sed sequenti cap. ut δ. — 16. *eo quod* Dδ, Voss. — 18. *duabus* om. V. — *et* om. L. — 19. *jubet* LDδ et alii rec. — 20. *appellatur* D correctus.

num. missus legatus omnium suorum excellens studium profitebatur.

XXXV. Ex his Calvisius primo adventu summa omnium Ætolorum receptus voluntate, a præsi-  
 5 dydone et Naupacto relictis, omni Ætolia potitus est. Cassius in Thessaliam cum legione pervenit. Hic cum essent factiones  
 duæ, varia voluntate civitatum utebatur: Hegesaretos, veteris  
 homo potentiae, Pompeianis rebus studebat; Petreus, summæ  
 nobilitatis adolescens, suis ac suorum opibus Cæsarem enixe  
 10 juvabat.

XXXVI. Eodemque tempore Domitius in Macedoniam venit:  
 et cum ad eum frequentes civitatum legationes convenire cœ-  
 pissent, nuntiatum est adesse Scipionem cum legionibus ma-  
 gna opinione et fama omnium: nam plerumque in novitate  
 15 fama rem antecedit. Hic nullo in loco Macedoniae moratus  
 magno impetu tetendit ad Domitium et, cum ab eo millia pas-  
 suum xx afuisset, subito se ad Cassium Longinum in Thessa-  
 liam convertit. Hoc adeo celeriter fecit, ut simul adesse et  
 venire nuntiaretur, et quo iter expeditius faceret, M. Favonium

XXXV. — 4. *a* inseruit Nipperdeius, sc. *Calydoue et Naupacto relictis a præsi-  
 diis adv.* — 5. *Naup. dejectis* cod. Ciacc.; *receptis* Lov. — 6. *Thessalia* L. — 7. *ci-  
 vitatum* TU (non F) LV, iidemque cap. seq. præter L. — *Heges.* vel *Hages.* «ple-  
 rique» Oud.; *Eges.* UFL, Petav.; *Hag.* D, Lov. Pal. — 8. *Petreus* codd., *Pe-  
 treus* cod. Ciacc. Aliorum quoque Thessa-  
 lorum nomen *Ἡετραῖος*. — 9. *obnixè* L.

XXXVI. — 12. *legiones* TU. — 13. *le-  
 gione* codd.; *legionibus* Glareanus. — 15.

*fama antecedit* codd., inepte; *fama rem* vel *rem fama excedit* Nipperdeius, sed *antece-  
 dit* recte dicitur. — *in* L inter versus. —  
 16. *tetendit* UF, Cuj., Petav.; ceteri *teudit*.  
 D *conteudit*. — 16-17. *mille passus* VD,  
 ille fere constanter. — 17. *aff.* TLF, *abf.*  
 V. — *ad castra Loug.* TL, hic *Longini* ex  
 corr.; *castlougium* V. — 18. *Hoc ideo*  
 codd. præter δ, qui *adeo*. — *ut* om.  
 TLUF. — 19. *venisse* Dδ et alii rec. —  
*in* (pro M.) TL. — *Favon.* codd. pleri-  
 que. *Favon.* T infra. UF in fine capitis.

ad flumen Aliacmonem, quod Macedoniam a Thessalia dividit, cum cohortibus viii præsidio impedimentis legionum reliquit, castellumque ibi muniri iussit. Eodem tempore equitatus regis Cotyis ad castra Cassii advolavit, qui circum Thessaliam esse consuerat. Tum timore perterritus Cassius, cognito Scipionis adventu visisque equitibus, quos Scipionis esse arbitrabatur, ad montes se convertit, qui Thessaliam cingunt, atque ex his locis Ambraciam versus iter facere cœpit. At Scipionem properantem sequi litteræ sunt consecutæ a M. Favonio, Domitium cum legionibus adesse, neque se præsidium, ubi constitutus esset, sine auxilio Scipionis tenere posse. Quibus litteris acceptis consilium Scipio iterque commutat: Cassium sequi desistit, Favonio auxilium ferre contendit. Itaque die ac nocte continuato itinere ad eum pervenit, tam opportuno tempore, ut simul Domitiani exercitus pulvis cerneretur, et primi antecursores Scipionis viderentur. Ita Cassio industria Domitii, Favonio Scipionis celeritas salutem attulit.

XXXVII. Scipio biduum in castris stativis moratus ad flumen, quod inter eum et Domitii castra fluebat, Aliacmonem, tertio die prima luce exercitum vado traducit, et castris positus postero die mane copias ante frontem castrorum instruit.

1. *Alcmonem* TUFVδ. *Alcinonem* L. Petav., Lov.; *Halemonem* Cuj., *Alemon*. Pal., *Almeonem* D; *Haliacmonem* Aldus. sed etiam sequente cap., ubi corruptiones aliæ, sine aspiratione. — *Macedoniam et Thessaliam* L; *amaced.* U. — 2. *legionis* codd.; *legionum* Glareanus. — 4. *Cottis* TLUFVD. Petav.; alii Oul. *Cottys*, *Cotys*. recentes *Cotti*, *Cocti*. — *erolavit* L. — 5. *Cum* TLV. — 8. *Ad T* pr., L. — 9.

*sequi* om. L., Lov. — 12. *commutavit* L. — 14. *ad eum itinere* D. — 15. *Domitii* L.

XXXVII. — 18. *in* om. codd. noti. habent vet. edd. — *statutis* TL. Scal. — 19. *Alisacam* TLFVD pr., Petav., *Alisacum* Cuj., *Alisaicum* U. *Alisafum* H, *Alisicam* D corr., δ. et alii rec.: *Haliacmonem* Aldus. — 20. *tertia* Petav. et tres rec. — *vadam* corrector D. — 21. *struit* codd. præter unum Ursini (non U) et Leid. 2.

Domitius tum quoque sibi dubitandum non putavit, quin productis legionibus prælio decertaret. Sed cum esset inter bina castra campus circiter millium passuum VI. Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit; ille a vallo non discedere perseveravit. Ac tamen ægre retentis Domitianis militibus est factum, ne prælio contenderetur, et maxime, quod rivus difficilibus ripis subjectus castris Scipionis progressus nostrorum impediēbat. Quorum studium alacritatemque pugnandi cum cognovisset Scipio, suspicatus fore ut postero die aut invitum 5 dimicare cogereetur aut magna cum infamia castris se contineret, qui magna expectatione venisset, temere progressus turpem habuit exitum et noctu, ne conclamatis quidem vasis, flumen transit atque in eandem partem, ex qua venerat, redit, ibique prope flumen edito natura loco castra posuit. Paucis 15 diebus interpositis, noctu insidias equitum collocavit, quo in loco superioribus fere diebus nostri pabulari consueverant: et cum quotidiana consuetudine Q. Varus, præfectus equitum Domitii, venisset, subito illi ex insidiis consurrexerunt. Sed nostri fortiter impetum eorum tulerunt, celeriterque ad suos 20 quisque ordines redit, atque ultro universi in hostes impetum fecerunt; ex his circiter LXXX interfectis, reliquis in fugam coniectis, duobus amissis, in castra se receperunt.

### XXXVIII. His rebus gestis Domitius, sperans Scipionem ad

3. mille passus V, ceteri fere compendio. — in edd. prima. — 4. ille vero D corr., δ et alii rec. — valle TLUFD, Petav. et «tres» Ond. — descendere L pr., Lov. — 5. Attamen codd., Ac tamen Nipperdeius. — 12. neque concl. codd., neque om. δ; ne unus Boug. 3: conclamans U pr.

— 13. transit LVIII. — rediit VD. — 16. consueverant T, Scal., et fort. U. — 20. rediit V. — ultro conversi D corr., δ et duo alii rec., in hostem unus. — 21. LXXX interficiuntur Petav. — 22. se in castra L, in castris se F.

XXXVIII. — 23. rebus confectis L.

pugnam elici posse. simulavit sese angustiis rei frumentariae adductum castra movere, vasisque militari more conclamatis progressus millia passuum in, loco idoneo et occulto omnem exercitum equitatumque collocavit. Scipio ad sequendum paratus equitum magnam partem ad explorandum iter Domitii et 5 cognoscendum praemisit. Qui cum essent progressi, primaeque turmae insidias intravissent, ex fremitu equorum illata suspitione, ad suos se recipere coeperunt, quique hos sequebantur, celerem eorum receptum conspicati restiterunt. Nostri, cognitis [hostium] insidiis, ne frustra reliquos expectarent, duas 10 nacti turmas exceperunt\*, quarum perpauca fuga se ad suos receperunt\*; in his fuit M. Opimius, praefectus equitum. Reliquos omnes earum turmarum aut interfecerunt aut captos ad Domitium deduxerunt.

XXXIX. Deductis orae maritimae praesidiis Caesar, ut supra 15 demonstratum est, in cohortes Orici oppidi tuendi causa reliquit, iisdemque custodiam navium longarum tradidit, quas ex Italia traduxerat. Huic officio oppidoque Manius Acilius legatus praerat. Is naves nostras interiorum in portum post oppidum reduxit et ad terram deligavit, faucibusque portus na- 20 vem onerariam submersam objecit et huic alteram conjunxit:

1. *in angust.* UF. — 2. *militaribus* TL, Scal., sed in T b; expunctum. — 5. *equitatum magnamque partem* codd., *magnam* V, *equitum* Nipperdeius. — 7. *turbae* TLV, Scal. — *incussa susp.* Lov. — 8. *in suos* L. — 9. *celeriter* L. — *receptum conspicati* L. media vox ead. m. in margine continuato versu. — 10. *hostium* insititium esse monuit Oudendorpius: «supple suis.» — 11-12. *exceperunt*, in his codd.; defe-

ctum agnovit et maxima cum probabilitate supplevit Freudenbergius. — 12. *Opimius p. r. eq.* vel *eq.* TLUF, *pr. eques* Dδ, Lov.: *eques romanus* V. — 14. *perducerunt* Petav.

XXXIX. — 18. *transdux.* codd. — *Caninius leg.* codd., *Canianus* L. *Caninius* δ et alii rec.; quod ex *Manius Acilius* depravatum jam Faernus observavit. — 19. *nostri* TLV. — *in partem* codd.; *portum* Giacomius. — 21. *summers.* Petav.

super quas turrem effectam ad ipsum introitum portus opposuit et militibus complevit, tuendamque ad omnes repentinos casus tradidit.

XL. Quibus cognitis rebus Cn. Pompeius filius, qui classi  
 5 Ægyptiæ præerat, ad Orientem venit submersamque navem remulco multisque contendens funibus adduxit, atque alteram navem, quæ erat ad custodiam ab Acilio posita, pluribus aggressus navibus, in quibus ad libram fecerat turres, ut ex superiori pugnans loco integrosque semper defagitatis summit-  
 10 tens, et reliquis partibus simul ex terra scalis et classe mœnia oppidi tentans, uti adversariorum manus diduceret, labore et multitudine telorum nostros vicit, dejectisque defensoribus, qui omnes scaphis excepti refugerant, eam navem expugnavit. eodemque tempore ex altera parte molem tenuit naturalem  
 15 objectam, quæ pæne iusulam oppidum effecerat, iv biremes, subjectis scutulis, impulsas vectibus in interiorum portum traduxit. Ita ex utraque parte naves longas aggressus, quæ erant deligatæ ad terram atque inanes, iv ex his abduxit, reliquas incendit. Hoc confecto negotio D. Lælium ab Asiatica classe  
 20 abductum reliquit, qui commeatus Bullide atque Amantia im-

1. *turrion* T. — *ad ipsius* L.

XL. — 4. *Pompeii* δ et alii rec.; *filius* om. D, Voss. — 5-6. *remulgo* Pet. — 7. *posita* L inter versus a sec. — *multis aggr.* F. — 8-9. *superiori* codd.; *ex* a sec. m. additum in L. — 9. *defetig.* Lov. — 10. *ex classe* Dδ. — 11. *deduc.* VDδ. — 12. *defectisque* codd., correxit Aldus. — 13. *omnibus* L pr. — *etiam navem* FD et pauci rec., *cẽ n.* H, *eamque navium* δ. — 14. *et alt.* TFL. *huc tempore mole et.* media

voce exprimeta. — 15. *objectamque pene* codd., *objectæque* D. — *contra oppidum* D corr., δ et alii rec. — 16. *partem* codd., *portum* Forchhammerus. — 17. *Ita ut* LD. — 18. *delicata* U, *deleg.* TL, *delatur* δ, Pal. — *atque naves iii* Dδ, Voss. — *abduxit* L (qui *ex hiis* inter versus) V; *adduxit* TUF et ceteri, «sex» Oud. — 20. *abductum* LDδ et alii rec. — *Bibliide* (vel *Bybliide*) *atque Mantinea* codd.; *Bullide atque Amantia* Vascosanus. Conf. c. 12.



portari in oppidum prohibebat. Ipse Lissum profectus naves onerarias xxx a M. Antonio relictas intra portum aggressus omnes incendit; Lissum expugnare conatus, defendentibus civibus Romanis, qui ejus conventus erant, militibusque, quos præsidii causa miserat Cæsar, triduum moratus, paucis in 5 oppugnatione amissis, re infecta inde discessit.

XLl. Cæsar, postquam Pompeium ad Asparagium esse cognovit, eodem cum exercitu profectus, expugnato in itinere oppido Parthinorum, in quo Pompeius præsidium habebat, tertio die [in Macedoniam] ad Pompeium pervenit, juxtaque eum ca- 10 stra posuit et postridie, eductis omnibus copiis, acie instructa, decernendi potestatem Pompeio fecit. Ubi illum suis locis se tenere animum advertit, reducto in castra exercitu, aliud sibi consilium capiendum existimavit. Itaque postero die omnibus copiis magno circuitu, difficili angustoque itinere, Dyrrhachium 15 profectus est, sperans Pompeium aut Dyrrhachium compelli aut ab eo intercludi posse, quod omnem commeatum totiusque belli apparatus eo contulisset; ut accidit. Pompeius enim primo ignorans ejus consilium, quod diverso ab ea regione itinere profectum videbat, angustiis rei frumentariæ compulsus dis- 20 ccessisse existimabat; postea per exploratores certior factus, postero die castra movit, breviori itinere se occurrere ei posse

1. *prohibeat* Nipperdeius; *prohiberet* cod. Vindob. Miscellæ n. 432. — 3-4. *defendentibus eum Rom.* T et L a pr., a sec. C. R., U civ. R. — 5. *præsidio miserat* Lov. — *Cæsar* om. V.

XLl. — 8. *in* om. TF. Petav. — 9. *Partin.* codd. præter V et cap. 42 F. — 10. *in* om. codd. præter unum recentissi-

um. Etiam *Macedoniam* expellendum esse ostendit Forchhammerus, coll. c. 11 et c. 79. — 11. *postera* (-ro F) *die* F pr. Petav. — *instituta* L. — 13. *animum advertit* TUF. Lov., ceteri *animadr.* — 14. *capitulum* corrector F. Lov. — 17. *ut ab* TVII, non U. — 17-18 *bellique* (sine *totius*) Petav. — 22. *sese* L pr.

sperans. Quod fore suspicatus Cæsar militesque adhortatus, ut æquo animo laborem ferrent, parva parte noctis itinere intermisso, mane Dyrrhachium venit, cum primum agmen Pompeii procul cerneretur, atque ibi castra posuit.

5 XLII. Pompeius interclusus Dyrrhachio, ubi propositum tenere non potuit, secundo usus consilio, edito loco, qui appellatur Petra aditumque habet navibus mediocrem atque eas a quibusdam proteggit ventis, castra communit. Eo partem navium longarum convenire, frumentum com meatumque ab Asia atque  
10 omnibus regionibus, quas tenebat, comportari imperat. Cæsar longius bellum ductum iri existimans et de Italicis com meatibus desperans, quod tanta diligentia omnia litora a Pompeianis tenebantur, classesque ipsius, quas hieme in Sicilia, Gallia, Italia fecerat, morabantur, in Epirum rei frumentariæ  
15 causa Q. Tullium et L. Canuleium legatum misit, quodque hæc regiones aberant longius, locis certis horrea constituit vecturasque frumenti finitimis civitatibus descripsit. Item Lisso Parthisisque et omnibus castellis quod esset frumenti conquiri jussit. Id erat perexiguum cum ipsius agri natura, quod sunt  
20 loca aspera ac montuosa, ac plerumque frumento utuntur importato, tum quod Pompeius hæc providerat et superioribus diebus prædæ loco Parthinos habuerat, frumentumque omne

XLII. — 7-8. *atque eas a quibusdam ventis communit* L, a sec. additis vocabulis omissis; *proteggit* etiam a V abest. — 10. *ab omni*. L. — 11. *ductu* TUF; *ducturam exist.* duo rec. — 14. *fecerant* TL. Pet. — *Epyrum* codd., -ro V; *Egyptum* H. — 15. *Tullium* L, *Titium* Cuj., *Tillum* Lov. — *legatos* V. — *ea* Lovan — 16. *certis*

*locis* L. — 17. *scripsit* L; *finitimis imperavit civitatibus* V. — 18-19. *conquiri jussit* F recenti manu positum in rasura spatii pæne triplicis — 20. *ac mont.* nostri antiquiores. Petav., Lov.; *atque* δ; *et* D. Pal., edd. — 20-21. *importatu quod* TL; *tum* om. V. — 21. *providerebat* codd., correctit Aldus.

conquisitum spoliatis effossisque eorum domibus per equites comportarat.

XLIII. Quibus rebus cognitis Cæsar consilium capit ex loci natura. Erant enim circum castra Pompeii permulti editi atque asperi colles. Hos primum præsiidiis tenuit, castellaque ibi 5 communit. Inde, ut loci cujusque natura ferebat, ex castello in castellum perducta munitione circumvallare Pompeium instituit, hæc spectans, quod angusta re frumentaria utebatur, quodque Pompeius multitudine equitum valebat, quo minore periculo undique frumentum comneatumque exercitui sup- 10 portare posset; simul, uti pabulatione Pompeium prohiberet equitatumque ejus ad rem gerendam inutilem elliceret; tertio, ut auctoritatem, qua ille maxime apud exteras nationes niti videbatur, minueret, cum fama per orbem terrarum percrebuisset, illum a Cæsare obsideri neque audere prælio 15 dimicare.

XLIV. Pompeius neque a mari Dyrrhachioque discedere volebat, quod omnem apparatus belli, tela, arma, tormenta ibi collocaverat frumentumque exercitui navibus supportabat, neque munitiones Cæsaris prohibere poterat, nisi prælio decer- 20 tare vellet; quod eo tempore statuerat non esse faciendum.

1-2. *per equites in porta (importu T) comportarat* TUV; *in petra* (scil. *Petra*) *comportarat* Lovan., bona sed inutili correctione, cum dittographia ex antiqua varietate esse videatur.

XLIII. — 4. *natura* (atque *asperi col.*) *erant* T pr., deinde deleta. — 6. *communit* V. — 7. *vallare* V. — 8. *expectans*

codd.; *spectans* Stephanus. Hinc lacuna in Lov. usque ad finem cap. 48. — 10-11. *exercitui posset* LV, a sec. m. insertis illi *supportare*, huic *portare*. — 13. *nationes uti* D, Petav., δ et nonnulli rec. — 14-15. *percrebr.* LV.

XLIV. — 21. *tempore faciendum non esse statuerat* UF.

Relinquebatur ut extremam rationem belli sequens quam plurimos colles occuparet et quam latissimas regiones præsi-  
 diis teneret, Cæsarisque copias quam maxime posset distineret:  
 idque accidit. Castellis enim xxiv effectis xv millia passuum cir-  
 5 cuitu amplexus, hoc spatio pabulabatur: multaque erant intra  
 eum locum manusata, quibus interim jumenta pasceret. Atque  
 ut nostri perpetua munitione providebant [perducta ex castellis  
 in proxima castella], ne quo loco erumperent Pompeiani ac  
 nostros post tergum adorirentur [timebant], ita illi interiore  
 10 spatio perpetuas munitiones efficiebant, ne quem locum nostri  
 intrare atque ipsos a tergo circumvenire possent. Sed illi ope-  
 ribus vincebant, quod et numero militum præstabant et inte-  
 riore spatio minorem circuitum habebant. Quæ cum erant loca  
 Cæsari capienda, etsi prohibere Pompeius totis copiis et dimi-  
 15 care non constituerat, tamen suis locis sagittarios funditores-  
 que mittebat, quorum magnum habebat numerum, multique  
 ex nostris vulnerabantur, magnusque incesserat timor sagitta-  
 rum, atque omnes fere milites aut ex coactis aut ex centoni-

2. occupare TL. — 3. tenere L. — 3-4. destinaret: quod accidit V; id quod acc. Petav., Norvic. — 4-5. circuitu D. — 6. eum locum T. vacuo post utrumque voc. spatio relicto. — manus atque (at, super t posito u, U; at H) a quibus TLUV; manusata quibus F; manufacta quibus Dδ, Voss. — pasceret D, Scal., Voss. — 7. perpetuas munitiones videbant perductas codd.; habebant ex Hotomanni cod. prolatum dedit Scaliger; jungebant Faernus, alia alii. Omnium verisimillima correctio Kochii: ut nostri perpetua munitione providebant, ne, verba perductas... castella e cap. 43 illata consentis, ubi de eadem re: ex castello in castellum perducta muni-

tionem, quam hoc loco sufficiebat voce perpetua indicasse. — 8. neque loco TLUFV. — 8-9. et nostr. Dδ et plures Ond. — 9. adorirentur UH, non F. — timebant glossatoris esse jam Faernus significavit. Em. Hoffmannus supra quon ne quo... proponebat. — 9-10. illi in timore sperantes perpet. Dδ nec pauci rec. — 10. efficiebantur T pr. — neque locum TUFV, Petav.; ne quo loco Dδ, non nominati Ond. — 12-13. et in timore sperantes min. var. in D, δ et alii rec. — 13. tum erant D corr. et duo rec. Quare cum Terpstra. — 15. funditores UFL, Petav. — 18. aut ex subactis D corr., δ et alii rec.; aut (ante quod i expunctum) ex coactis centonibus L.

bus, aut ex coriis tunicas aut legimenta fecerant, quibus telâ vitarent.

XLV. In occupandis præsiidiis magna vi uterque nitebatur : Caesar, ut quam angustissime Pompeium contineret; Pompeius, ut quam plurimos colles quam maximo circuitu occuparet: 5 crebraque ob eam causam prælia fiebant. In his cum legio Cæsaris nona præsidium quoddam occupavisset et munire cœpisset, huic loco propinquum et contrarium collem Pompeius occupavit, nostrosque opere prohibere cœpit et, cum una ex parte prope æquum aditum haberet, primum sagittariis fun- 10 ditoribusque circumjectis, postea levis armaturæ magna multitudine missa tormentisque prolatis, munitiones impediabat; neque erat facile nostris uno tempore propugnare et munire. Cæsar, cum suos ex omnibus partibus vulnerari videret, recipere se jussit et loco excedere. Erat per declive receptus. 15 Illi autem hoc acrius instabant neque regredi nostros patiebantur, quod timore adducti locum relinquere videbantur. Dicitur eo tempore glorians apud suos Pompeius divisisse : " non recusare se, quin nullius usus imperator existimaretur, si sine maximo detrimento legiones Cæsaris sese recepissent inde, 20 quo temere essent progressæ. "

XLVI. Cæsar receptui suorum timens crates ad extremum

1. *tegumenta* L.

XLV. — 3. *nidebatur* TLUFV; *niteb.* Cuj., Petav., Bong. 3; *uteb.* Dδ et alii rec. — 5. *maxime circ.* TL. — 7. *novu* Dδ. — 8. *e contrario collem* V. — 15. *se statuit* D corr., δ et alii rec. — *receptum* omnes nostri, Petav., «quattuor» Oud. — 17. *abducti* L., qui *quod . . . videbantur*

in marg. — 20-21. *legionum* L. Giaccinius *legio nonu*, de qua loquitur Pompeius. Eo auctore in nuperis editis legitur: *legio Cæsaris se recepisset inde, quo temere esset progressa*. Sed sexcenties in ejusmodi dictis nec sine vi ad pluralem transimus, et ex tot codicum interpolatoribus nemo non sensit.

tumulum contra hostem proferri et adversas locari, intra has mediocri latitudine fossam tectis militibus obduci jussit, locumque in omnes partes quam maxime impediri. Ipse idoneis locis funditores instruxit, ut præsidio nostris se recipientibus essent.

5 His rebus comparatis legionem reduci jussit. Pompeiani hoc insolentius atque audacius nostros premere et instare ceperunt, cratesque pro munitione objectas propulerunt, ut fossas transcenderent. Quod cum animadvertisset Cæsar, veritus ne non reducti, sed rejecti viderentur, majusque detrimentum ca-

10 peretur, a medio fere spatio suos per Antonium, qui ei legioni præerat, cohortatus tuba signum dari atque in hostes impetum fieri jussit. Milites legionis [IX] subito conspirati pila conjecerunt, et ex inferiore loco adversus clivum incitati cursu præcipites Pompeianos egerunt et terga vertere coegerunt; quibus

15 ad recipiendum crates disjectæ longurique objecti et institutæ fossæ magno impedimento fuerunt. Nostri vero, qui satis habebant sine detrimento discedere, compluribus interfectis, v omnino suorum amissis, se quietissime receperunt, pauloque

XLVI. — 1. *adversa* TL. — 3. *impedire* T a pr., L. — *idoneos* T a pr. — 5. *completis* codd.; *comparatis* Em. Hoffmannus. — *legiones* codd.; *legionem* Faermus. — 7. *propulerunt* V. Leid. 2. — 9. *non red.* T a pr.; *dejecti* nostri omnes, Petav. et tres rec. ap. Ond., qui de ceteris suis non diserte testatur. — 10. *ei legionem* T. — 12. *conspirati* LD δ et alii rec., *conspirati* Pal. Seclusi [11] auctore Grutero, cujus, ut credibile est, hæc sunt in exempl. Fabric.: « Illud *nonne* plane est otiosum, immo putidum, cum de alia legione hæc non possint accipi. Nonam superius nominaverat; de eadem pergit narrare: . . . *per Antonium, qui ei legioni*

*præerat*, respiciens totam narrationem quæ incipit: *In his cum legio Cæsaris nona*. . . Quis ergo ferre posset statim, nullo prope verborum intervallo, oscitanter inenclari: *militis legionis nonæ*? Quin, si obscurum id fuisset, alteris illis proximis verbis dixisset omnino: *qui nonne legioni præerat*. Librarius fucum fecit ~ — 13. *adversus pilam* codd., *clivum* P. Manulius. — 14. *gerunt* (pro *eg.*) TLUF; *et . . . coegerunt* om. Dδ. — 15. *directæ* TLUF. Petav.: *directæ* V et ceteri: *disjectæ* restituit F. Hoffmannus. — *obtecti* TUFV, non L. — 18. *recep.* (sine *se*) TLUFD, in quo *se* a correctore. Cum Petav. dedi *se quietissime recep.*

citra eum locum aliis comprehensis collibus, munitiones perfecerunt.

XLVII. Erat nova et inusitata belli ratio cum tot castellorum numero tantoque spatio et tantis munitionibus et toto obsidionis genere, tum etiam reliquis rebus. Nam quicumque alterum 5 obsidere conati sunt, percussos atque infirmos hostes adorti aut prælio superatos aut aliqua offensione permotos continuerunt, cum ipsi numero equitum militumque præstarent; causa autem obsidionis hæc fere esse consuevit, ut frumento hostes prohiberent. At tum integras atque incolumes copias Cæsar 10 inferiore militum numero continebat, cum illi omnium rerum copia abundarent: quotidie enim magnus undique navium numerus conveniebat, quæ commeatum supportarent, neque ullus flare ventus poterat, quin aliqua ex parte secundum cursum haberent. Ipse autem, consumptis omnibus longe lateque 15 frumentis, summis erat in angustiis. Sed tamen hæc singulari patientia milites ferebant. Recordabantur enim eadem se superiore anno in Hispania perpressos labore et patientia maximum bellum confecisse, meminerant ad Alesiam magnam se inopiam perpressos, multo etiam majorem ad Avaricum maxi- 20 marum se gentium victores discessisse. Non, illis hordeum

1. *citra* TULV, Pet.; *circa* F a pr. (sed ead. m. correctus). Dδ et alii rec. — *locum morati* D marg., δ et alii rec.

XLVII. — 4. *et tanto obs.* Dδ, «tres» Oud. — 6. *periculosos* L a pr. — 8. *militumque* om. L; *peditumque* V; *militum numero equitumque* δ — *casus* D corr., δ et alii rec., deinde *hic fere.* — 10. *prohibeantur* D corr., δ et alii rec. — *At* LUF, Petav.: *At tamen* D, Voss.; *At contra* δ,

Pal. et alii Oud. — *Cæsari* TLUF, in quo *i* expunctum; *Cæsarem* fort. D pr. — 11. *inferiores* TLUFD, *inferior is* Petav. — *milites* T pr. — 15. *haberet* codd. præter L et Norvic. — 16. *submissis* T, ead. m. in *summis* versum, *angustius* in *angustiis*. — 17. *eandem* TUF, Petav., hic cum voce *inopiam* ante *perpressos* quæ a sec. illata F. — 17-18. *superiori* F. — 21. *gentium se* D. — *ordeum* codd.

cum daretur, non legumina recensabant; pecus vero, ejus rei summa erat ex Epiro copia, magno in honore habebant.

XLVIII. Est etiam genus radiceis inventum ab iis qui fuerant \* valeribus, quod appellatur chara, quod admixtum lacti  
5 multum inopiam levabat. Id ad similitudinem panis efficiebant. Ejus erat magna copia. Ex hoc effectos panes, cum in colloquiis Pompeiani famem nostris objectarent, vulgo in eos jaciebant, ut spem eorum minuerent.

XLIX. Jamque frumenta maturescere incipiebant, atque  
10 ipsa spes inopiam sustentabat, quod celeriter se habituros copiam confidebant; crebræque voces militum in vigiliis colloquiisque audiebantur, prius se cortice ex arboribus victuros, quam Pompeium e manibus dimissuros. Libenter etiam ex  
15 perfugis cognoscebant equos eorum tolerari, reliqua vero jumenta interisse; uti autem ipsos valetudine non bona cum angustiis loci et odore tetro ex multitudine cadaverum et quotidianis laboribus insuetos operum, tum aquæ summa inopia affectos. Omnia enim flumina atque omnes rivos, qui ad mare pertinebant, Cæsar aut averterat aut magnis operibus obstruxe-

XLVIII. — 3. *Est autem* TLV. — *his* codd. — 3-4. *fuerant valeribus* codd. antiquiores; *Valerio cum* D. per signa transpositum; *cum Valerio* δ et recentes præter Voss. Desperatam vocem alii aliter tentarunt; ceteris præferendæ videntur correctiones Helleri: *qui fuerant valetudinarii ex vulneribus*, et Kochii: *qui fuerant vacui ab operibus*. — 4. *kara* V. *cata* D. *chati* δ, *chata* Bong. 3. *catha* Pal. *Lapsana* est ap. Plinium H. N. XIX. 4 v. extr., qui

conferendus. — *mixtum* F pr. (ead. m. correctus). H. — *lacte* UFDδ et non nominati Ond. — 5. *Id sim.* Dδ. nec pauci rec., et deinde *efficiebat*. — 6. *affect.* T pr., *confectos* L.

XLIX. — 10. *inopia sustentabant* T pr. — 12. *et arb.* F; *et ex arb.* U a sec., H. Petav. — 14. *perfugis* L. — *audiebant* (pro *cogn.*) V. — *tolerare* D. Lov. — 15-16. *valetudine cadaverum* TLV. omissis decem vocibus mediis.



rat, atque ut erant loca montuosa et ad specus angustiae val-  
 lium, has sublicis in terram demissis praesepserat, terramque  
 adgesserat, ut aquam contineret. Itaque illi necessario loca  
 sequi demissa ac palustria et puteos fodere cogebantur, atque  
 hunc laborem ad quotidiana opera addebant; qui tamen fontes 5  
 a quibusdam praesidiis aberant longius et celeriter aestibus  
 exarescebant. At Caesaris exercitus optima valetudine summa-  
 que aquae copia utebatur, tum commeatus omni genere praer-  
 ter frumentum abundabat; quibus quotidie melius succedere  
 tempus majoremque spem maturitate frumentorum proponi 10  
 videbant.

L. In novo genere belli novae ab utrisque bellandi rationes  
 reperiabantur. Illi, cum animadvertissent ex ignibus nocte  
 cohortes nostras ad munitiones excubare, silentio aggressi uni-  
 versi intra multitudinem sagittas conjiciebant et se confestim 15  
 ad suos recipiebant. Quibus rebus nostri usu docti haec reperi-  
 ebant remedia, ut alio loco ignes facerent \*\*\*\*.

1. *ut* om. UF, Petav. — *lonca* T pr. —  
 2. *dimissis* codd. praeter D correctum et  
 Palat. — 3. *adjecerat* TL. — *continere*  
 UF, non nominati Oud. — *Ita* TUFVD.  
 ~duo~ Oud.; *At* L; *Ita ut* δ; *Ut* Lov. —  
 4. *demissa* F, reliqui *dimissa*, δ *remissa*.  
 — 6. *erant* l. L. — 9. *melius subterrere*  
 TLUF, *subterere* V, Cujac., Lov., et alii;  
*subterire* Petav., *succedere* D (a pr. *subc.*),  
 δ et alii rec., quo sententia utrumque  
 restituitur, praesertim si *cujus* scribas  
 cum F, Hofmanno pro *quibus*, sed Caesa-  
 ris manus adhuc latere videtur. Non satis  
 convenit *subgerere*, quod tentavit cri-  
 tici plures.

L. — 13. *animam adv.* Lov. — 14. *ad-*

*versi* TLUF, Cuj. et alii antiquiores, om.  
 V; *aggressi* margo U a sec. m., Petav., D,  
 Voss., δ et recentes. Vox sequens errorem  
 pepererit. — 14-15. *universas* codd.; *uni-*  
*versam in mult.* δ et alii rec.; *inter mult*  
 TLFV, Cuj., Petav.; *intra* UD, Bong. 3  
 Nipperdeius restituit *universi*. — 16. *re-*  
*ciebant* T. — 16-17. *repperiebantur* T; *re-*  
*media reperiabant ut* L. Sequitur lacuna  
 major: excidit narratio oppugnationis Dyr-  
 rhachii a Caesare tentatae et Caesaris ca-  
 strorum a Pompeio instituta. dum Caesar  
 aberat, ubi sextae legionis cohors *quattuor*  
*Pompeii legiones per aliquot horas susti-*  
*nuit* (Sueton. c. 68), donec P. Sulla ad-  
 veniret.

LI. Interim certior factus P. Sulla, quem discedens castris  
 præfecerat Cæsar, auxilio cohorti venit cum legionibus dua-  
 bus; cujus adventu facile sunt repulsi Pompeiani. Neque vero  
 conspectum aut impetum nostrorum tulerunt, primisque de-  
 5 jectis reliqui se verterunt et loco cesserunt. Sed insequentes  
 nostros, ne longius prosequerentur, Sulla revocavit. At plerique  
 existimant, si acrius insequi voluisset, bellum eo die potuisse  
 finire. Cujus consilium reprehendendum non videtur. Aliæ  
 enim sunt legati partes atque imperatoris : alter omnia agere  
 10 ad præscriptum, alter libere ad summam rerum consulere  
 debet. Sulla a Cæsare castris præfectus, liberatis suis, hoc fuit  
 contentus, neque prælio decertare voluit (quæ res tamen for-  
 tasse aliquem reciperet casum), ne imperatorias sibi partes  
 sumpsisse videretur. Pompeianis magnam res ad receptum dif-  
 15 ficultatem afferebat. Nam ex iniquo progressi loco in summo  
 constiterant : si per declive sese reciperent, nostros ex supe-  
 riore insequentes loco verebantur; neque multum ad solis oc-  
 casum temporis supererat ; spe enim conficiendi negotii prope  
 in noctem rem deduxerant. Ita necessario atque ex tempore capto  
 20 consilio Pompeius tumulum quendam occupavit, qui tantum  
 aberat a nostro castello, ut telum tormentumve missum adigi  
 non posset. Hoc consedit loco atque eum communivit, omnes-  
 que ibi copias continuit.

LI. — 1. *Sylla* TU, *Silla* FLVD. In  
 L legitur : *facere*. *Cæsar auxilio venit*  
*cohorti*, omissis novem vocabulis. — 5.  
*reliquos ererterunt* D. Voss. — 6. *Ac Pe-*  
*lav.*, *Atque* D. Voss. — 7. *sequi voluissent*  
 L. — 8. *fuire* TLV. — *non repreh. vid.*  
 UF. — 9. *partes, alia imp.* Petav., Norvic.  
 — 11. *relictus* codd., *relictis* T pr.; *præ-*  
*fectus* Forchhammerus, quod necessarium.

— 13. *imperatoris* H. — 14. *magna* codd.,  
 correxit P. Manutius. — 16. *recipere* TL.  
 — 17-18. *ad occasum solis* L. — 18. *temp.*  
 om. V. D pr.; *supererat temp.* F. Pet. —  
 19. *deduxerant* TUFV, ceteri *dux.* — *et*  
*ex* L. — 21. *tormentum* T; *tormentorum*  
 L; *tormentumve* UFD pr. (quod recte tuetur  
 Oud ); *tormentore* Lov.; *tormento* D corr.,  
 δ et alii rec. — 23. *copias ibi* L.

LII. Eodem tempore duobus præterea locis pugnatum est : nam plura castella Pompeius pariter destinendæ manus causa tentaverat, ne ex proximis præsidiis succurri posset. Uno loco Volcatius Tullus impetum legionis sustinuit cohortibus tribus atque eam loco depulit; altero Germani munitiones nostras 5 egressi, compluribus interfectis, sese ad suos incolumes receperunt.

LIII. Ita uno die vi præliis factis, tribus ad Dyrrhachium, tribus ad munitiones, cum horum omnium ratio haberetur, ad duorum millium numero ex Pompeianis cecidisse reperienda- 10 mus, evocatos centurionesque complures (in eo fuit numero Valerius Flaccus, L. filius ejus qui prætor Asiam obtinuerat): signaque sunt militaria sex relata. Nostri non amplius xv omnibus sunt præliis desiderati. Sed in castello nemo fuit omnino militum quin vulneraretur, quattuorque ex una cohorte cen- 15 turiones oculos amiserunt. Et cum laboris sui periculique testimonium afferre vellent, millia sagittarum circiter xxx in castellum conjecta Cæsari renuntiaverunt, scutoque ad eum relato Scævæ centurionis inventa sunt in eo foramina cxv. Quem Cæsar, ut erat de se meritis et de republica, donatum 20

LII. — 3. *in loco* L. — 4. *legionibus* U a pr.

LIII. — 9-10. *ad duorum* (duo T pr., *rum* inter versus ead. m.) *milìa* TLUFD: *ad xi mil'* Petav.; *ad duo milia* Vδ. «ple-rique» Oud. — 10. *numero* om. V. — 12. *Val.* codd. — 14-15. *omnium militum qui non* V. hoc etiam D. Voss.; *qui* L. Petav., δ. — 15-16. *ex una legione milites* D. Voss. — 16. *sui periculi* antiquiores consensu; *periculo* D. Voss.; *et periculi* δ, Lov.; *periculique* edd. et non nominati

Oud. — 17. *CENTUM ac triginta milia* refert Sueton. c. 68. — 18. *castella* T pr. — *contexta* TL. Scal. — *renumeraverunt* T. Cujac. (qui duo per errorem *renun.*). LUFVD pr., Petav., *numer.* D corr., δ; *renunciaverunt* «quidam» Oud., quod solum est aptum. — 19. *Scene* L. — *ccxi* TLV. Scal., δ, Lov.; *ccxxi* UFD; *ccxi* Pal., Bong. 3 ex ceteris scriptoribus qui in eo numero (haud dubie hinc petito) consentiunt præter Plutarchum, qui *ccxx.* — 20 et 1. p. 15h. *donatum militibus* TL;

millibus cc \*\*\* atque ab octavis ordinibus ad primipilum se traducere pronuntiavit (ejus enim opera castellum magna ex parte conservatum esse constabat), cohortemque postea duplici stipendio, frumento, veste, congiariis militaribusque donis  
5 amplissime donavit.

LIV. Pompeius, noctu magnis additis munitionibus, reliquis diebus turres extruxit, et in altitudinem pedum xv effectis operibus, vincis eam partem castrorum obtexit, et quinque intermissis diebus, alteram noctem subnubilam nactus, ob-  
10 structis omnibus castrorum portis et ad impediendum objectis \*ericiis\*, tertia inita vigilia silentio exercitum eduxit et se in antiquas munitiones recepit.

LV. Ætolia, Acarnania, Amphilochois per Cassium Longinum et Calvisium Sabinum, ut demonstravimus, receptis, ten-  
15 tandam sibi Achaïam ac paulo longius progrediendum existimabat Cæsar. Itaque eo Q. Calenum misit, eique Sabinum et

*millibus ceteri; donavit* Reg. Lond., Leid. 2; *donavit unum m.* Em. Hoffmannus; *eris* pro *atque* Bong. 3 et vetl. edd. «Sed excidisse quædam videntur, velut *pro concione laudavit.*» Elberling. — 1. *octavis militibus* T, sed suprascripto *ordinibus.* — 2. *ope* Cuj., Petav., nostri consensu et recentes plerique, «quinque» Oud.; *opere* Lov., non L. — 3. *esse* om. L. — 4-5. *frumento respiciariis* vel *frumentore speciaris* (*spet.* UF, Petav.) codd.; *veste, diariis* Victorius; *veste, cibariis* Cujacius; *veste et aliis militaribus* Vossius; *veste, congiariis* F. Hoffmannus, quod haud dubie verum. — *militaribus* D corr., δ et alii rec.; *militibusque* (sic D pr.) *donis amplissimis* L.

LIV. — 8. *vincas* a pr. T et F. — *castrorum* om. F. Petav., duo rec. — 9-10. *obstruxit* Tδ; *extractis* UF, D a pr. m. (quæ *extractibus omnibus*) et non nominati ap. Oud. — 10. *omnibus* om. Lov. — 11. *ericiis* vocem inseruit Freudenbergius.

LV. Hoc caput post sequens LVI aptiorem locum haberet. — 13. *Amphilochis* UF et nonnulli alii. — 14. *et* om. TLV. — *ut supra dem.* L. Micos modo in illas regiones dixerat c. 34. — 15. *Achaïam existimabat* L et mox iterum *existimabat*, ubi codd. distinguunt: *Cæsar itaque.* — 16. *eoque* T (in quo *que* arrasum) UD, Voss.: *eo Q.* FV, Pet., Lov.; omittit L. — *et Q. Sab.* codd., *eique Sab.* Glandorpianus.

Cassium cum cohortibus adjungit. Quorum cognito adventu Rutilius Lupus, qui Achaïam missus a Pompeio obtinebat. Isthmum præmunire instituit, ut Achaïa Fufium prohiberet. Calenus Delphos, Thebas et Orchomenum, voluntate ipsarum civitatum recepit, nonnullas urbes per vim expugnavit, reli- 5 quas civitates circummissis legationibus amicitia Cæsari conciliare studebat. In his rebus fere erat Fufius occupatus.

LVI. Omnibus deinceps diebus Cæsar exercitum in aciem æquum in locum produxit, si Pompeius prælio decertare vellet, ut pæne castris Pompeii legiones subjiceret: tantumque a vallo 10 ejus prima acies aberat, uti ne telo tormentove adjici posset. Pompeius autem, ut famam opinionemque hominum teneret, sic pro castris exercitum constituabat, ut tertia acies vallum contingeret, omnis quidem instructus exercitus telis ex vallo abjectis protegi posset.

15

LVII. Hæc cum in Achaïa atque apud Dyrrhachium gererentur, Scipionemque in Macedoniam venisse constaret, non oblitus pristini instituti Cæsar mittit ad eum A. Clodium, suum atque illius familiarem, quem ab illo traditum initio et

3. *Isthmum* TLV, *Stumum* UF, Petav., Lov.,  $\delta$  et rec., *Stuyumum* D. — *fluvium* TL, Seal. — 4. *Orcomeneum* codd., *Orcomoneum* L, *Orcomennum* U pr., *Orcomentum* D. — *de vol.* D et nonnulli rec. — 5. *civitationum* UFV, T a corr. — *recepit* U pr. — 6. *amicitiarum* V, non L. — *Cæsaris* codd., præter Petav. — 7. *Fufius* TL.

LVI. — 8. *Omnium deinceps Cæsar exercituum aciem* D $\delta$  et alii rec. — 10. *et p.* D corr., Lov.,  $\delta$  et alii rec.; *poene* U.

— *subicere* TLUFD; *subiere*  $\delta$ , Lov., Pal. — 11. *ut in eam telo* D $\delta$  et similiter alii rec.; *telum tormento* Bong. 3. — *adigi* codd., sed poscitur *adici*, nisi cum Stephano legas *telum tormentumve*. Librarius L hinc ad *posset* in fine capitis aberravit. — 13. *si pro* TUF; *sed* D a pr., Voss. — 14. *ut omnis* D corr.,  $\delta$  — 15. *projectis* T solus.

LVII. — 18. *eum Clodium* codd.; A. supplevit Marklandus.

commendatum in suorum necessariorum numero habere instituerat. Huic dat litteras mandataque ad eum: quarum hæc erat summa: "sese omnia de pace expertum nihil adhuc arbitrari vitio factum eorum quos esse auctores ejus rei voluisset. 5 quod sua mandata perferre non opportuno tempore ad Pompeium vererentur. Scipionem ea esse auctoritate, ut non solum libere quæ probasset exponere, sed etiam ex magna parte compellere atque errantem regere posset; præesse autem suo nomine exercitui, ut præter auctoritatem vires quoque ad coer- 10 cendum haberet. Quod si fecisset, quietem Italiae, pacem provinciarum, salutem imperii uni omnes acceptam relaturos." Hæc ad eum mandata Clodius refert, ac primis diebus, ut videbatur, libenter auditus, reliquis ad colloquium non admittitur, castigato Scipione a Favonio, ut postea con- 15 fecto bello reperiebamus, infectaque re sese ad Cæsarem recepit.

LVIII. Cæsar, quo facilius equitatum Pompeianum ad Dyrrhachium contineret et pabulatione prohiberet, aditus duos, quos esse angustos demonstravimus, magnis operibus præmunivit, castellaque his locis posuit. Pompeius, ubi nihil profici equitatu cognovit, paucis intermissis diebus, rursus eum navibus ad se intra munitiones recipit. Erat summa inopia

2. *et mandata* V. — *quarum* UFDδ, Petav., Lov., ut alibi Cæsar loquitur; *quorum* ceteri et edd. — 3. *experta* TLUFV, Petav. — 7. *ex magna* nostri omnes; in L. *ex* eo loco inter versus; *magna* ex Oud. testans suos. ap. Fabr. Pet., Pal., Bong. 3. — 8. *compellare* TUF, Petav., "duo" Oud. — *errantem corrigere* V. — 11. *imperio* nostri omnes. "duo" modo Oud.;

*imperii* Stephanus. — *relatione* T. ead. m. correctus.

LVIII. — 19. *quos angustissimos* L. Respiciuntur quæ cap. 50 exciderunt. — 19-20. *permun.* D. — 20. *imposuit* D. — *ut nih.* a pr. m. L exhibuisse videtur. — 20-21. *proficere equitatum* D corr., δ et alii rec. — 21. *rursus* Dδ. — 22. *recepit* U (non FH) et "quidam" Oud.

pabuli, adeo ut foliis ex arboribus strictis et teneris arundinum radicibus contusis equos alerent (frumenta enim, quæ fuerant intra munitiones sata, consumpserant): cogebantur Coreyra atque Acarnania, longo interjecto navigationis spatio, pabulum supportare, quodque erat ejus rei minor copia, hordeo 5 adaugere atque his rationibus equitatum tolerare. Sed postquam non modo hordeum pabulumque omnibus locis herbaeque desectæ, sed etiam frons ex arboribus deficiebat, corruptis equis macie, conandum sibi aliquid Pompeius de eruptione existimavit.

10

LIX. Erant apud Cæsarem equitum numero Allobroges 11 fratres, Raucillus et Egius, Abucilli filii, qui principatum in civitate multis annis obtinuerat, singulari virtute homines, quorum opera Cæsar omnibus Gallicis bellis optima fortissimaque erat usus. His domi ob has causas amplissimos magi- 15 stratus mandaverat atque eos extra ordinem in senatum legendos curaverat, agrosque in Gallia ex hostibus captos præmiaque rei pecuniariæ magna tribuerat, locupletesque ex egentibus fecerat. Hi propter virtutem non solum apud Cæsarem in ho-

1. *ex foliis* U, ead. m. mutatum. — *arboris* L; *foliis arboris et ten.* Lov. — *tenera* TL. — 2. *eo* expunctum in L ante *alerent*. — 3. *et cog.* D corr.,  $\delta$  et recentes Oud. — *a Core.* L. — 5. *quoque* codd. præter unum Leid. 2. — *hord.* in his TUF, hic *ordeum* 1. 7. — 6. *adiungere* T, sed *au* suprascripto. — 8. *fructus ex* codd., *de arboribus fructus*  $\delta$ ; *frons* (quod antiqui exarabant *frans*) Cellarius. — *deficiebant* L, Petav., Voss. et alii rec. ap. Oud., non D $\delta$ . In L *herbaeque deficiebant*, mediis omissis, notato defectu.

LIX. — 11. *ex equitum* UF et non nominati ap. Oud.; *equitum* (sine *ex*) TL, Scal.; *in equitatum* (expuncto *ta*) numero V; *Cæsaris equitatum* D corr., Lov.,  $\delta$  — 12. *Raucillus* UF $\delta$ , Petav., Lov., Pal.; *Ruscilus* D. — *Abuci* TL, *Abucilli* V, *Abducili*  $\delta$ , *Abucilli* Pal.; similia et *Abdualli* alii recentes ap. Oud. — 13. *civitatem* TLF, Scal., Pet. — *obtinerant* L et duo rec. — 14. *Gallis* TUF D, Scal.; *bellis* om. F. — 16. *ordinis* T a pr., deinde *-nes* (ut L), denique *-nem*. — 17. *et host.* TL.

nore erant, sed etiam apud exercitum cari habebantur. Sed  
 freti amicitia Cæsaris et stulta ac barbara arrogantia elati de-  
 spiciebant suos, stipendiumque equitum fraudabant et prædam  
 omnem domum avertabant. Quibus illi rebus permoti universi  
 5 Cæsarem adierunt, palamque de eorum injuriis sunt questi,  
 et ad cetera addiderunt falsum ab his equitum numerum de-  
 ferri, quorum stipendium averterent.

LX. Cæsar neque tempus illud animadversionis esse existi-  
 mans, et multa virtuti eorum concedens, rem totam distulit:  
 10 illos secreto castigavit, quod quæstui equites haberent, mo-  
 nuitque ut ex sua amicitia omnia expectarent et ex præteritis  
 suis officiis reliqua sperarent. Magnam tamen hæc res illis of-  
 fensionem et contemptionem ad omnes attulit, idque ita esse  
 cum ex aliorum objectionibus, tum etiam ex domestico ju-  
 15 dicio atque animi conscientia intelligebant. Quo pudore ad-  
 ducti et fortasse non se liberari, sed in aliud tempus reservari  
 arbitrati, discedere a nobis et novam tentare fortunam novas-  
 que amicitias experiri constituerunt. Et cum paucis collocti  
 clientibus suis, quibus tantum facinus committere audebant,  
 20 primum conati sunt præfectum equitum C. Volusenum inter-  
 ficere, ut postea bello confecto cognitum est, ut cum munere  
 aliquo perfugisse ad Pompeium viderentur; postquam id dif-  
 ficilius visum est, neque facultas perficiendi dabatur, quas

2. elati om F. Buslid. — 3. stipen-  
 diumque suorum fr. V. — 4. advert. F.

LX. — 8. adversionis TV, Scal. — 10.  
 questu L. — 13. intulit F pr. — 14. tum  
 ex al. FLD, «tres» Oud. — tum aut ex  
 dom. L, scilicet autem. — 16. liberare TL;  
 se F inter versus. — 17. arbitrari Tδ. —

ab nob. VD. — 18. collocatis T. collo-  
 quuti UF, hic post suis. — 22. profug.  
 D. — 22-23. id facilius TL. Scal. a pr.;  
 id facinus UFD. Voss., Petav., Norvic.;  
 id difficilium V in ras. a pr. m. δ. D  
 marg. et non nominati ap. Oud. — 23  
 et 1 p. 159. qui maximas F.



maximas potuerunt pecunias mutuati, proinde ac suis satisfacere et fraudata restituere vellent, multis coemptis equis ad Pompeium transierunt cum iis, quos sui consilii participes habebant.

LXI. Quos Pompeius, quod erant honesto loco nati et instructi liberaliter, magnoque comitatu et multis jumentis venerant, virique fortes habebantur et in honore apud Cæsarem fuerunt, quodque novum et præter consuetudinem acciderat, omnia sua præsidia circumduxit atque ostentavit. Nam ante id tempus nemo aut miles aut eques a Cæsare ad Pompeium transierat, cum pæne quotidie a Pompeio ad Cæsarem perfugerent, vulgo vero universi in Epiro atque Ætolia conscripti milites earumque regionum omnium, quæ a Cæsare tenebantur. Sed hi, cognitis omnibus rebus, seu quid in munitionibus perfectum non erat, seu quid a peritioribus rei militaris desiderari videbatur, temporibusque rerum et spatiis locorum, custodiarum varia diligentia animadversa, prout cujusque eorum qui negotiis præerant aut natura aut studium ferebat, hæc ad Pompeium omnia detulerunt.

LXII. Quibus ille cognitis eruptionisque jam ante capto

2. *exemptis* D. Voss.; *emptis* δ. Lov. — 3. *his* codd. — *sui* om V.

LXI. — 8. *fuerunt* nostri omnes. Petav., «quattuor» Ond., nec video mutandi causam; vulgo *fuerant*. — 10. *aut eques aut miles* V. — 13. *eorum* L. — 14. *Sed hic* L. — 17. *in custodiarum iuria* (sic enim potius quam *iuria*) T. *iuria* Scal. Cuj. Voss.; *iuri* vel *iuri adilig.* L; *viriam diligentiam* UF. in quo lineola super ul-

timo a erasa; *varia* VDδ et «reliqui» Ond.; *vera* Lov.; *viribus ac dil.* Petav., Norvic. *Initio et cust.* Petav., δ et alii rec. *In* ex præcedente *m* ortum videtur; quo servato Forelhammerus scribendum existimavit *animadversis*. — 19. *detulerant* codd. præter δ et unum alterumve recentem Ond.

LXII. — 20. *eruptionis* L. *que* inter versus posito,

consilio, ut demonstratum est, tegimenta galeis milites ex viminibus facere atque aggerem jubet comportare. His paratis rebus, magnum numerum levis armaturæ et sagittariorum aggeremque omnem noctu in scaphas et naves actuarias imponit. 5 et de media nocte cohortes IX ex maximis castris præsidiiisque deductas ad eam partem munitionum ducit, quæ pertinebant ad mare longissimeque a maximis castris Cæsaribus aberant. Eodem naves, quas demonstravimus aggere et levis armaturæ militibus completas, quasque ad Dyrrhachium naves longas 10 habebat, mittit et quid a quoque fieri velit præcipit. Ad eas munitiones Cæsar Lentulum Marcellinum quæstorem cum legione IX positum habebat. Huic, quod valetudine minus comoda utebatur, Fulvium Postumum adiutorem summiserat.

LXIII. Erat eo loco fossa pedum XV et vallum contra hostem 15 in altitudinem pedum X, tantumdemque ejus valli agger in latitudinem patebat: ab eo intermisso spatium pedum DC alter conversus in contrariam partem erat vallus humilior paulo munitione. Hoc enim superioribus diebus timens Cæsar, ne navibus nostri circumvenirentur, duplicem eo loco fecerat vallum, ut, 20 si ancipiti prælio dimicaretur, posset resisti. Sed operum magnitudo et continens omnium dierum labor, quod millia passuum in circuitu XVII [munitiones] erat complexus, perficiendi

2. atque L in ras. — comparatis L; peractis D et aliquot rec. — 5. et mar. T. — 6. deducit D corr., δ et alius rec. — pertinebat Dδ, Pal. — 10. habebat L ante naves. — mittit et (hoc inter versus) quid atque f. L — vellet LVT. sed hic superposito i — præcepit TLV. — 11. Marcellum TL, Scal. — 11-12. legiones T. sed s postorius addito; legionibus L, Lov.,

quorum ille VIII, non VIII. — 12. præpositum Scal. — 13. Postumium VDD et "quidam" Oud.

LXIII. — 14. pedes TLUFV. — 15. pedes V unus. — 15-16. altitudinem nostri consensu; ex tribus modo memorat Oud., in quibus Petav. — 17. contrarium T pr. — paululum L. — 19. nostris T. — 21. quot UF, quo tres rec. — 22. XVII vel 1

spatium non dabat. Itaque contra mare transversum vallum, qui has duas munitiones conjungeret, nondum perfecerat. Quæ res nota erat Pompeio, delata per Allobrogas perfugas, magnamque nostris attulerat incommodum. Nam ut ad mare duæ cohortes nonæ legionis excubuerant, accessere subito prima luce Pompeiani [exercitus adventus extitit]; simul navibus circumvecti milites in exteriorem vallum tela jaciebant, fossæque aggere complebantur, et legionarii interioris munitionis defensores, scalis admotis, tormentis ejusque generis telisque terrebant, magnaque multitudo sagittariorum ab utraque parte circumfundebatur. Multum autem ab ictu lapidum, quod unum nostris erat telum, viminea tegimenta galeis imposita defendebant. Itaque cum omnibus rebus nostri premerentur atque ægre resisterent, animadversum est vitium munitionis, quod supra demonstratum est, atque inter duos vallos, qua perfectum opus non erat, [per mare] navibus expositi in aversos

et VII munitiones TLUVD; XIII FH δ; «plerique» Oud. munitiones XIII. Clarkius munitione, sed ejiciendum esse vidit Oudendorpius. — 22 p. 160. erant F. — 2. contingeret codd., conjungeret Giaccinius, confirmatum Vindobonensi codice Hist. Miscell. n. 432. — 3. Allobrogas L. — 4-5. nostre cohortes codd. præter D, Voss. et Giacc. qui inter coh., et Scal., qui n coh.; sed numerum desiderari jam Oudendorp. observaverat, et duas fuisse probabile reddit Forchhammerus p. 66 seq.; quod n pro compendio ñ habitum est. Conf. var. cap. 66, l. 12. — 5. nona (nonæ D) legiones TLD; XI<sup>na</sup> leg. U. non leg. F. nona legione V. nova lege δ. Lov. — que exc. Petr.; excubarent L. Lov. — 6. exercitus adventus extitit an-

tiquiores consensu, quæ post accessere seclisit Nipperdeius, servare altero verbo damnato maluit Em. Hoffmannus. Sed argumentum olim in margine positum, velut Pompeiani exercitus adventus, hæc quoque turbaverit. In Dδ et recentibus Oud. : exercitus novusque eorum (hæc duo D in marg.) adventus (adductus δ) extitit. — 6-7. circumventi L. D corr., δ et «tres» Oud. — 7. in interiorem UFD pr., Petav., et duo rec. — 14. resistere TL. — est om. UII, Petav.; post est in L o expunctum. — 15. qua L inter versus; quo δ, «tres» rec. Oud. — 16. expositis nostri omnes et «quidam» Oud. Heldio auctore per mare seclusimus, quæ glossa est. — adversos codd., adversarios duo rec.; aversos Faermus.

nostros impetum fecerunt atque ex utraque munitione dejectos terga vertere coegerunt.

LXIV. Hoc tumultu nuntiato, Marcellinus cohortes subsidio nostris laborantibus submittit ex castris; quæ fugientes conspicatæ neque illos suo adventu confirmare potuerunt. neque ipsæ hostium impetum tulerunt. Itaque quodcumque addebatur subsidio, id corruptum timore fugientium terrorem et periculum augebat: hominum enim multitudine receptus impediabatur. In eo prælio cum gravi vulnere esset affectus aquilifer et a viribus deficeretur, conspicatus equites nostros. — Hanc ego. — inquit. — et vivus multos per annos magna diligentia defendi — et nunc moriens eadem fide Cæsari restituo. Nolite, obsecro, — committere, quod ante in exercitu Cæsaris non accidit, ut — rei militaris dedecus admittatur, incolumemque ad eum de-  
15 «ferre. — Hoc casu aquila conservatur, omnibus primæ cohortis centurionibus interfectis præter principem priorem.

LXV. Jamque Pompeiani magna cæde nostrorum castris Marcellini appropinquabant, non mediocri terrore illato reliquis cohortibus, et M. Antonius, qui proximum locum præsidiorum tenebat, ea re nuntiata, cum cohortibus VII descendens ex loco superiore cernebatur. Cujus adventus Pompeianos compressit nostrosque firmavit, ut se ex maximo timore colli-

1. *nostris* L., Scal., Lov. — *delectos* II., Lov.; *deletos* TL.

LXIV. — 3. *Marcellus* TLD., Scal. Deinde numerus cohortium excidisse videtur. — 4. *submisit* V: *submittit*: *ex castrisque* codd., *castris* V a pr. m.; *que* (*quæ*) *ex castris fug.* D corr., δ et non nominati

Ond. — 4-5. *conspicati* L. — 5. *pot.* L inter versus. — 6. *ipsi* UF. — 8. *adaugebat* D (præcedentibus *addebatur*... *periculum* in margine scriptis); *et peric.* L. in marg. — 10. *a* om. Petav. — 14-15. *referte* L. — 15-16. *hominibus primæ coh. centum int.* D corr., δ; *centur* Petav.

gerent. Neque multo post Cæsar significatione per castella fumo facta, ut erat superioris temporis consuetudo, deductis quibusdam cohortibus ex præsiidiis eodem venit. Qui cognito detrimento cum animadvertisset Pompeium extra munitiones egressum secundum mare, ut libere pabulari posset nec minus 5 aditum navibus haberet, commutata ratione belli, quoniam propositum non tenuerat, castra juxta Pompeium munire jussit.

LXVI. Qua perfecta munitione animadversum est a speculatoribus Cæsar's cohortes quasdam, quod instar legionis videretur, esse post silvam et in vetera castra duci. Castrorum hic situs erat. Superioribus diebus nona Cæsar's legio, cum se objecisset Pompeianis copiis atque opere, ut demonstravimus, circummuniret, castra eo loco posuit. Hæc silvam quandam contingebant neque longius a mari passibus ccc aberant. Post 15 mutato consilio quibusdam de causis Cæsar paulo ultra eum locum castra transtulit, paucisque intermissis diebus eadem Pompeius occupaverat, et, quod eo loco plures erat legiones habiturus, relicto interiore vallo majorem adjecerat munitionem. Ita minora castra inclusa majoribus castelli atque arcis locum obtinebant. Item ab angulo castrorum sinistro munitione-

LXV. — 4-5. *munitiones* (L. es in ras.) *egressum castra secundum mare* codd. præter V, qui omittit *castra*, quod vocabulum Em. Hoffmannus et Forehammerus recte posuerunt inferius ante *juxta*. Quod confirmat codex Hist. Miscellæ Vindob. n. 432. — 5. *fabulari* TLUF; *populari* Petav. — 7. *tenuerat*, *juxta* codd.

LXVI. — 9-10. *ab spec.* U. Lov.; *ad T* eraso d. — 10-11. *legionis valeretur* T.

*valeretur* L. Post *esse* distinguit V. — 11. *reduci* L. — 12. *non* T. ù L pr., a sec. m. 11<sup>a</sup> (*secunda*); U 11<sup>a</sup>. — *legio* T interversus. — 13. *opera* L pr., UFD, Voss., Petav. et duo rec. — 14. *circumveniret* Dδ et alii rec. — 15. *cccc* Dδ et non nominati Oud. — 16. *Cæsar* om. TLV. — 17. *eadem hæc* UFDδ, Petav., 7 mss. 7 Oud — 18. *erant* T. — 19. *objec.* F pr., D, Voss — 20. *castellis* TLU.

nem ad flumen perduxerat circiter passus cccc. quo liberius a periculo milites aquarentur. Sed is quoque mutato consilio quibusdam de causis, quas commemorari necesse non est, eo loco excesserat. Ita complures dies manserant castra: munitiones quidem omnes integræ erant.

LXVII. Eo signa legionis illata speculatores Cæsari renuntiarunt. Hoc idem visum ex superioribus quibusdam castellis confirmaverunt. Is locus aberat a novis Pompeii castris circiter passus quingentos. Hanc legionem sperans Cæsar se opprimere posse, et cupiens ejus diei detrimentum sarcire, reliquit in opere cohortes duas, quæ speciem munitionis præberent: ipse diverso itinere quam potuit occultissime reliquas cohortes, numero xxxiii, in quibus erat legio nona multis amissis centurionibus deminutoque militum numero, ad legionem Pompeii castraque minora duplici acie eduxit. Neque eum prima opinio fefellit. Nam et pervenit priusquam Pompeius sentire posset, et tametsi erant munitiones castrorum magnæ, tamen sinistro cornu, ubi erat ipse, celeriter aggressus Pompeianos ex vallo deturbavit. Erat objectus portis ericius. Hic paulisper est pugnatum, cum irrumperere nostri conarentur, illi castra defenderent, fortissime Tito Pulione, cujus opera proditum

1-2. *liberi* Scal.; *liberius ac sine periculo* UFDδ et non nominati Oud. — 2. *his quoque* T, *horque* L in ras. — 3. *commemorare* D corr., δ, Lov.

LXVII. — 6. *Eo signo legionis illato* vel *inlato* codd., *illata* unus H; *signa legionis illata* Giaeconius. — *Cæsaris* T pr., δ. — 8. *confirmaverant* codd. præter V. — *His* TLUF δ. — *a* om. nostri præter δ et «tres» Oud. — 9. *passus est* D; *est* U. —

10. *resarcire* L. — 12. *qua pot.* L. — 13. *lxxxiii* Bong. 3. — 13-14. *legio non multis am. centum* TLV. — 14. *dimin.* codd. præter F. — 15. *castra* L. — 16. *prius, priusquam* V. — 17. *etiam etsi* TV, *aut etsi* L. — 18. *in sin.* V. — 19. *valle* L. — *ericius* D corr., δ, Lov. — 20. *nostri castra con.* V. — 21. *fortissimeque* nostri omnes præter D pr.; *ex uno* Lov. affert Oud. — *Pulione* UVVδ Petav., *Pule.* D pr.

exercitum C. Antonii demonstravimus, e loco propugnante. Sed tamen nostri virtute vicerunt, excisoque ericio primo in majora castra, post etiam in castellum, quod erat inclusum majoribus castris, irruerunt et, quod eo pulsa legio sese receperat, nonnullos ibi repugnantes interfecerunt. 5

LXVIII. Sed fortuna, quæ plurimum potest cum in reliquis rebus tum præcipue in bello, parvis momentis magnas rerum commutationes efficit; ut tum accidit. Munitionem, quam pertinere a castris ad flumen supra demonstravimus, dextri Cæsaris cornus cohortes ignorantia loci sunt secutæ, cum por- 10 tam quærent castrorumque eam munitionem esse arbitrentur. Quod cum esset animadversum conjunctam esse flumini, prorutis munitionibus, defendente nullo, transcenderunt, omnisque noster equitatus eas cohortes est secutus.

LXIX. Interim Pompeius, hac satis longa interjecta mora 15 et re nuntiata, v legiones ab opere deductas subsidio suis duxit, eodemque tempore equitatus ejus nostris equitibus appropinquabat, et acies instructa a nostris, qui castra occupaverant, cernebatur, omniaque sunt subito mutata. Legio Pompeiana celeris spe subsidii confirmata ab decumana porta 20

1. *supra demonstravimus* L., in iis quæ post c. 8 exciderunt — *eo loco* V. Norvic. et rec. Oud.; *et l.* D pr., Pal. — 4. *et om.* nostri præter Dδ. — *quo pulsa* D corr., δ. Lov.; *pulso* F; *legio* om. L. — 5. *sibi rep.* FDδ, "quidam" Oud.; *pugnantes* L.

LXVIII. — 6. *tum in* L. — 8. *ut dum* TV. — *quæ* TUF, *qua* L. — 9. *pertingere* UFDδ. — *dextrum* Dδ. Lov. et tres rec. — 10. *corum* codd. præter UF. — 10-11.

*quasi port.* D. — 11. *castrorum* L. *castrorum quia* D. c. *quod* δ et alii rec. — 12. *conjuncta* TLUFV, Pet. — 13. *prout his* (is U) codd., *prorutis* Giaeconius; *positis* D a corr., δ Lov.; *his* solum Petav.

LXIX. — 16. *1<sup>ta</sup> legion<sup>e</sup>* TLV; r vel *1<sup>am</sup> legionem* UFDδ; ceteri r *leg<sup>o</sup>*; deinde *deducta* TLV, Scal., *deductam* UFDδ et non nominati Oud.; *legiones...* *deductas* Nipperdeius. — 19-20. *Pompeiana legio* UFD.

resistere conabatur atque ultro in nostros impetum faciebat. Equitatus Cæsaris, quod angusto itinere per aggeres ascende-  
 bat, receptui suo timens initium fugæ faciebat. Dextrum cornu,  
 quod erat a sinistro seclusum, terrore equitum animadverso,  
 5 ne intra munitionem opprimeretur, ea parte, quam proruerat,  
 sese recipiebat, ac plerique ex his, ne in angustias incidere-  
 rent, ex x pedum munitione se in fossas præcipitabant, primisque  
 oppressis reliqui per horum corpora salutem sibi atque exitum  
 pariebant. Sinistro cornu milites, cum ex vallo Pompeium  
 10 adesse et suos fugere cernerent, veriti ne angustiis interclude-  
 rentur, cum extra et intus hostem haberent, eodem, quo ve-  
 nerant, receptu sibi consulebant, omniaque erant tumultus,  
 timoris, fugæ plena, adeo ut, cum Cæsar signa fugientium  
 manu prenderet et consistere juberet, alii demissis signis eun-  
 dem cursum conficerent, alii ex metu etiam signa dimitterent,  
 15 neque quisquam omnino consisteret.

LXX. His tantis malis hæc subsidia succurrebant, quo minus  
 omnis deleteretur exercitus, quod Pompeius insidias timens.

cujus corrector *euim* inseruit, et sic  $\delta$  et  
 rec. Oud. — 20 p. 165. *celeris* codd.,  
*celeris* Faernius. — 1. *conatur* codd., *con-*  
*abatur* Stephanus. — *ultra* T. — 4. *ani-*  
*madversũ* T a pr., *animadversi* L. — 5. *ex*  
*parte qua proruebat* codd., sed UFD *quam*;  
 Lov. om. *ex*. Nipperdeius *ea parte, quam*  
*proruerat*. — 7. x codd.; *ex* addidit idem  
 criticus, de OEhlerus. — *munitionesse* T,  
 priori e superposito *i*, ceteri *munitionis se*,  
 falsa correctione. — *præcipitaut* codd.;  
*præcipitabant* P. Manutius. — 9. *Sinistri*  
 V. — 11. *et* om. T. inter versus L. —  
 12. *receptui* codd., correxit Vascosanus.  
 — 13. *fugæ, timoris* F. — *plenũ* TU.

— 14-15. *dimissis equis eundem cursum*  
*confugerent* codd.; *eodem cursim conf.*  
 Lov. Sed in fuga nemo dimittit equos.  
 et equites in dextro erant cornu positi.  
 idque a sinistro seclusum. Hauptius *alii*  
*XIUILO SEQUITUS eundem*, unde exorti sunt  
 illi equi. Verum puto OEhleri *demissis si-*  
*gnis*, videlicet ne cernerentur; edd. vet.  
*conficerent*, pro quo fortasse olim exara-  
 tum *confucent* et male correctum. —  
 15. *etiam* om. L. — *amitterent* D. — 16.  
*nec* L. — *consistere* T, Lov., L. in quo t  
 m. sec. addidit.

LXX. — 17. *nec subsidia et mox sed*  
*Pomp.* D corr.,  $\delta$  et alii rec.



credo, quod hæc præter spem acciderant ejus, qui paulo ante ex castris fugientes suos conspexerat, munitionibus appropinquare aliquamdiu non audebat, equitesque ejus angustiis [portis] atque his ab Cæsaris militibus occupatis ad insequendum tardabantur. Ita parvæ res magnum in utramque partem 5 momentum habuerunt. Munitiones enim a castris ad flumen perductæ, expugnatis jam castris Pompeii, propriam expeditamque Cæsaris victoriam interpellaverunt, eadem res celeritate insequentium tardata nostris salutem attulit.

LXXI. Duobus his unius diei præliis Cæsar desideravit mi- 10 lites DCCCLX et equites\* Tuticanum Gallum, senatoris filium, notos equites Romanos C. Fleginatem Placentia, A. Granium Puteolis, M. Sacrativirum Capua, tribunos militum et centuriones XXVII; sed horum omnium pars magna in fossis munitionibusque et fluminis ripis oppressa suorum in terrore ac fuga 15

3. *aliquamdiu* codd. — 3-4. *angustis portis* codd., sed portas non esse hujus loci ostendit Nipperdeius et recte ab Aldo *angustis* scriptum esse. — 4. *ad C. T. a C.* UVV. — *occupatis milit.* L. — 5. *utruque parte* L. — 7. *perductis* F pr.; *productæ* Dδ et alii rec. — 7-8. *propriam expeditam* UFVD, Petav., Lov.; *prope jam exp.* Norvic.

LXXI. — 10. *Cæsaris* codd. præter V. D corr. et δ. — 11. *et notos equites R.* (*romanos* V sec.) codd., *et noti equites R.* δ cum aliis rec., qui *Desiderati sunt* (sed δ *Desideravit*). In D *cccc° et cccc* (hæc duo in ras.) *notos eq.*, δ *et noti eq.* R. *cccc*, cum aliis rec., et sequentia nominativo. Desideratorum equitum numerus excidit; *equites Romanos*, dignitatis appellationem, et *notos* paulo post nomi-

bus propriis apposuit Nipperdeius. — *et Tutic.* Dδ; *Flegmatem Tut.* TUF, *Flecm* V, *Flecmatem* (sive *Flecin.*) Tut., *Canum* L. — 11-12. *filium C.* codd. — 12. *Flecm* TV, *Flegm.* LUF. — *Agranium* codd. — 13. *Sacrativirum* L, *Sacratov.* H. — *ii* (pro *trib.*) *ii*, L. In recentibus varie turbatum: D sic: *c* (a corr.) *Fleginatem et a* (in ras.) *Placentia Centum et Puteolis* (sequentia omnia in ras.) *C. id est Capua. X. sacrativirum et X. tr. militum.* In δ *filius et Placentia c. et Puteolis c. a Capua X sacrativiri et X tr. mil.* — 14. 141 D, eraso *ii*. Ap. Orosium VI. 15. habentur *centuriones viginti et duo*; idem præterea refert *quattuor millia militum Cæsaris*, Plutarchus *duo millia*. — *horum pars maxima* (quod deleto positum *omnium*) *magna foss.* L.

sine ullo vulnere interiit; signaque sunt militaria amissa xxvii. Pompeius eo prælio imperator est appellatus. Hoc nomen obtinuit atque ita se postea salutari passus, neque in litteris, quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia laurea prætulit. At Labienus, cum ab eo impetravisset ut sibi captivos tradi juberet, omnes productos ostentationis, ut videbatur, causa, quo major perfugæ fides haberetur, commilitones appellans et magna verborum contumelia interrogans, solerentue veterani milites fugere, in omnium conspectu interfecit.

10 LXXII. His rebus tantum fiduciæ ac spiritus Pompeianis accessit, ut non de ratione belli cogitarent, sed vicisse jam sibi viderentur. Non illi paucitatem nostrorum militum, non iniquitatem loci atque angustias præoccupatis castris, et ancipitem terrorem intra extraque munitiones, non abscisum in duas 15 partes exercitum, cum altera alteri auxilium ferre non posset, causæ fuisse cogitabant. Non ad hæc addebant non ex concursu acri facto, non prælio dimicatum, sibi que ipsos multitudine atque angustiis majus attulisse detrimentum, quam ab hoste accepissent. Non denique communes belli casus recordabantur. 20 quam parvulæ sæpe causæ vel falsæ suspicionis vel terroris

1. *interit* TFU, in quo spatium vacuum post *vulnere*. — xxvii, *duo et triginta*, sed Appianus B. C. II. 62. *duodeviginta*, ὀκτὼ καὶ εἰκοσι. — 3. *postmodum* L. — *passus*, *sed in* nostri et quos vidit Oud.; *neque* Nipperdeius, quod subaudiri non potest. — 4. *neque fusc*, V. — 5. *Ad Labienum* TLFV. — *hab eo* T, h expuncto. — *eo peteret ut s. capt. reddi* L. — 6. *omnes reductos* codd., *omnesque red.* Bong. 3: in D re erasum, *omnesque ductos* Lov., δ et alii rec.; *productos* Ste-

phanus. — *causa* L inter versus. — 7. *perfuga* Cuj. — 8. *solerentue* T.

LXXII. — 10. *Pomp.* om. F. — 11. *sibi* om. TLV. — 13. *atque in aug.* TLV. Scal. — 15. *alter alteri* codd. præter Petav., Norvic., Lov. — 16. *fuisse* om. L. — *abdeb.* U pr. — *non excursu* U, *con* inter versus addito ead. m.; *ex* deletat Morns. — 17. *agri* TLFVD. Petav., Lov. — 18. *angustis* U. — 19. *communes* UFVD, *communi* TL. ceteri *communis*. — *recordabant* TU.

repentini vel objectæ religionis magna detrimenta intulissent, quoties vel ducis vitio vel culpa tribuni in exercitu esset offensum; sed proinde ac si virtute vicissent, neque ulla commutatio rerum posset accidere, per orbem terrarum fama ac litteris victoriam ejus diei concelebrabant.

5

LXXIII. Cæsar, a superioribus consiliis depulsus, omnem sibi commutandam belli rationem existimavit. Itaque uno tempore præsiidiis omnibus deductis et oppugnatione dimissa, coactoque in unum locum exercitu, concionem apud milites habuit, hortatusque est ne ea, quæ accidissent, graviter ferrent, neve his 10 rebus terrerentur, multisque secundis præliis unum adversum, et id mediocre, opponerent. ~ Habendam fortunæ gratiam, quod Italianam sine aliquo vulnere cepissent, quod duas Hispanias bellicosissimorum hominum peritissimis atque exercitatissimis ducibus pacavissent, quod finitimas frumentariasque provin- 15 cias in potestatem redegissent; denique recordari debere, qua felicitate inter medias hostium classes, oppletis non solum portibus, sed etiam litoribus, omnes incolumes essent transportati. Si non omnia caderent secunda, fortunam esse industria sublevandam. Quod esset acceptum detrimenti, cujus- 20 vis potius quam suæ culpæ debere tribui. Locum se æquum ad

2. *vel culpa trib. vel vitio ducis* D solus; *vel culpa ducis vel trib. vitio* Oud. sine var. — *exercitum* antiquiores consensu. — 4-5. *litteris ac fama* L. — 5. *concelebrant* F pr. (ead. m. correctus). VDD et alii rec.

LXXIII. — 6. *ab sup.* UF, Petav., Lov. — 8. *eductis* V. — 10. *acciderant* L. — *neve* L. — 13. *alio* T. *q̄* inter versus. — *recepissent* F. — 14. *hominum atque*

*perit. et exerc.* L. — 17. *facilitate* varietas in U ead. m. inter versus scripta et in marg. a sec. m.; in serie FDD. Bong. 3 et alii rec. — 18. *sed aut* L. qui om. *essent.* — 18-19. *transportatis in omnia* TUF, sed LV *transportati* Sim., Petav. Vi *omnia.* — 19. *secunda fortuna* TLUF, Petav., Lov. et duo rec., iidemque præter UF *sublevanda.* — 19-20. *industriam* UF et non nominatus ap. Fabr. — 21. *secum*

dimicandum dedisse, potitum esse hostium castris, expulisse ac superasse pugnantes. Sed sive ipsorum perturbatio, sive error aliquis, sive etiam fortuna partem jam præsentemque victoriam interpellavisset, dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum virtute sarciretur. Quod si esset factum, \*fore\* ut detrimentum in bonum verteret, uti ad Gergoviam accidisset, atque ei, qui ante dimicare timuissent, ultro se prælio offerrent. ~

LXXIV. Hac habita concione nonnullos signiferos ignominia  
10 notavit ac loco movit. Exercitui quidem omni tantus incessit ex  
incommodo dolor tantumque studium infamiæ sarcientiæ, ut  
nemo aut tribuni aut centurionis imperium desideraret, et sibi  
quisque etiam pœnæ loco graviores imponeret labores, simul-  
que omnes arderent cupiditate pugnandi, cum superioris etiam  
15 ordinis nonnulli ratione permoti manendum eo loco et rem  
prælio committendam existimarent. Contra ea Cæsar neque  
satis militibus perterritis confidebat, spatiumque interponen-  
dum ad recreandos animos putabat, et relictis munitionibus  
magnopere rei frumentariæ timebat.

*ut* codd. antiquiores; *secundum ad* D, Voss.; *secutum ad* δ et alii rec.; *se eis ad* V; *se æcum* Vict rins, i. e. *æquum*. — 1. *potitum se esse* TLUFVD, quod sine causa editores deseruisse videntur; *se* om. δ, Pal. et duo rec. Oud.; *potitos* Lov. — 3. *aliqui* U, Scal. — *sive aut fort.* L. — *partem* (sic etiam V) *jam una* T, tertia voce deleta; *partem jam* om. L. — 5-6. *factum ut detr.* codd. nostri, nisi quod D *ut a* correctore habet, quod in paucis suis esse vix recte dicit Oud. Aptissime *fore* additum a Vossio. — 6-7. *verteretur* LD.

— *Gergoniam* L, *Gorgov.* Dδ. In V hoc ordine; *factum uti ad Gerg.* contigisset, *ut detr. in b. verteret.* — 7. *ei* TLUF, Petav., D pr., correctus *ii*; δ et alii rec. *hi*; Bong. 3 *is*, Lov. *eis*.

LXXIV. — 9. *oratione* U pr. — 10. *loco* movit TL. — 10-11. *ex inc.* (quod om. Lov.) et *studium* L inter versus. — 11. *ignominie* V. — 12. *centuriones* TF, U pr. — 13. *quisque aut pene* L. — 14. *in cupid.* TLV. — *autem* (pro *etiam*) L. — 18. *et post putabat* additum a Juvonio, *relictisque* edd.

LXXV. Itaque nulla interposita mora, sauciorum modo et ægrorum habita ratione, impedimenta omnia silentio prima nocte ex castris Apolloniam præmisit, ac conquiescere ante iter confectum vetuit. His una legio missa præsidio est. His explicitis rebus, duas in castris legiones retinuit, reliquas de quarta vigilia compluribus portis eductas eodem itinere præmisit, parvoque spatio intermisso, ut et militare institutum servaretur, et quam serissime ejus profectio cognosceretur, conclamari jussit, statimque egressus et novissimum agmen consecutus, celeriter ex conspectu castrorum discessit. Neque vero Pompeius, cognito consilio ejus, moram ullam ad insequendum intulit; sed eodem spectans, si itinere impeditos perterritos deprehendere posset, exercitum e castris eduxit equitatumque præmisit ad novissimum agmen demorandum, neque consequi potuit, quod multum expedito itinere antecesserat Cæsar. Sed cum ventum esset ad flumen Genusum, quod ripis erat impeditis, consecutus equitatus novissimos prælio detinebat. Huic suos Cæsar equites opposuit expeditosque antesignanos admiscuit cccc; qui tantum profecerunt, ut equestri prælio commisso pellerent omnes compluresque interficerent, ipsique incolumes se ad agmen reciperent.

#### LXXVI. Confecto justo itinere ejus diei quod proposuerat

LXXV. — 2. *impedimenta* in nullo exstat antiquiorum, in marg. additum habet D, in serie δ; de suis rec. non refert Oud. — *omni* UF, Petav., D pr., Voss. — 3. *noctis* U a pr., quæ et correx. — *ac* UFD; ceteri *Hæc*, L *Hec* ead. m. in *Nec* mutatum, quod habet δ: — 4. *effectum* V. — 8. *quam suetissime* codd., *citissime* D corr., δ, Pal., Leid. 2: *serissime* Sca-

liger. — 9-10. *secutus* L. — 10. *consp. adversariorum* F. quo deleto corrigens *castror.* — 12. *eodem* codd., *eodem* F. Hofmannus, sc. Apolloniam. — *expectans, si in* (hoc expunctum) *itinere* L. — 13. *ex c.* L; *e* om. Pet. — 15. *expedito* TU. — 17. *novissimos* T expuncto *s*: L *novissimo*. — 19. *ammisc.* LD, Petav. — 21. *ipsi* U. — *sese* V.

Cæsar, traductoque exercitu flumen Genusum, veteribus suis in castris contra Asparagium consedit, militesque omnes intra vallum castrorum continuit, equitatumque per causam pabulandi emissum confestim decumana porta in castra se recipere  
 5 jussit. Simili ratione Pompeius, confecto ejus diei itinere, in suis veteribus castris ad Asparagium consedit. Ejus milites, quod ab opere, integris munitionibus, vacabant, alii lignandi pabulandique causa longius progrediebantur, alii, quod subito consilium profectionis ceperant, magna parte impedimentorum  
 10 et sarcinarum relicta, ad hæc repetenda invitati propinquitate superiorum castrorum, depositis in contubernio armis, vallum relinquebant. Quibus ad sequendum impeditis Cæsar, quod fore providerat, meridiano fere tempore, signo profectionis dato, exercitum educit, duplicatoque ejus diei itinere, vii mil-  
 15 lia passuum ex eo loco procedit: quod facere Pompeius discessu militum non potuit.

LXXVII. Postero die Cæsar, similiter præmissis prima nocte impedimentis, de quarta vigilia ipse egreditur, ut, si qua esset imposita dimicandi necessitas, subitum casum expedito exercitu  
 20 subiret. Hoc idem reliquis fecit diebus. Quibus rebus perfectum est ut altissimis fluminibus atque impeditissimis itineribus nullum acciperet incommodum. Pompeius, primi diei

LXXVI. — 1. *traductique* V. — 2. *in om.* TL $\delta$  et nonnulli rec. — 3. *intra vallum castrorum* UFVD; *vallum om.* T, *castrorum om.*  $\delta$ ; *intra castrorum munitionem* L. Scal. a pr. m., sed in L. *castra* m. pr. scripsit, *castrorum* correxit m. aliquanto recentior, ut *munitionem* vocis *vallum* expositionem aut supplementum esse appareat. — 4. *decim.* T. — 5. *ejusdem* D et

*pars* Oud. — 6. *Ejusque*  $\delta$  et rec. Oud.; *Cujus* D. — 7. *operibus* L. — 8. *aliquod* UF, *aliquid* L, *aliquot* V. — 9. *consilium* L post *ceperant*. — *in parte* T pr.

LXXVII. — 17. *Postera* L. — *prætermiſſis* U pr. — 19. *subito casum expedito* (in o mutatum) *exercitus* L. postremum etiam T. — 21-22. *ripis* (pro *itin.*) V. — 22. *Pomp. enim* UFD $\delta$ . Oud. sine var.

mora illata et reliquorum dierum frustra labore suscepto, cum se magnis itineribus extenderet et prægressos consequi cuperet, quarto die finem sequendi fecit, atque aliud sibi consilium capiendum existimavit.

LXXVIII. Cæsari ad saucios deponendos, stipendium exerci- 5  
citus dandum, socios confirmandos, præsidium urbibus relin-  
quendum necesse erat adire Apolloniam. Sed his rebus tantum  
temporis tribuit, quantum erat properanti necesse: timens Do-  
mitio, ne adventu Pompeii præoccuparetur, ad eum omni ce-  
leritate et studio incitatus ferebatur. Totius autem rei consilium 10  
his rationibus explicabat, ut, si Pompeius eodem contenderet,  
abductum illum a mari atque ab iis copiis, quas Dyrrhachii  
comparaverat, frumento ac commeatu abstractum pari condi-  
tione belli secum decertare cogeret: si in Italiam transiret, con-  
iuncto exercitu cum Domitio per Illyricum Italiae subsidio pro- 15  
ficisceretur: si Apolloniam Oricumque oppugnare et se omni  
maritima ora excludere conaretur, obsesso Scipione necessario  
illum suis auxilium ferre cogeret. Itaque præmissis nuntiis ad  
Cn. Domitium Cæsar ei scripsit et quid fieri vellet ostendit,  
præsidioque Apolloniæ cohortibus iv. Lissi una, in Orici re- 20  
lictis quique erant ex vulneribus ægri depositis, per Epirum  
atque Acarnaniam iter facere cœpit. Pompeius quoque, de

1. *et reliquis diebus* L. — 2. *progressos* unus nostrorum D a pr. m., *consequi progressos* F, p cum duplici compendio pro el pra. — 3. *quarta* nostri et eplerique-Oudendorpii.

LXXVIII. — 7. *ire* LV et ad supra-scripto TD. — *iis* U. — 8. *timensque* D corr., δ et alii rec. — 9. *omne* T. — 10. *incit.* om. L. — 12. *his* codd. — 13. *a*

*comm.* T. — 14. *transire* TLUFV. — 15. *Illicum* U. — 16. *expugnare* LV: *oppugnaret* D corr., δ, Lov. — *et si* TUFVD, Petav., δ et aliquot rec., in L *sed* potius quam *si*. — *ōi* L, a puncto nolans, ut esset *in*. — 19. *Cæsari* TL; *Cæsar ei* V: ceteri *Cæsar*. — 20. *cohortium* TLUFV, Pet. — *Orici tribus* L. — 22. *Athamaniam* Drumannus, quam valde incertam

Cæsaris consilio conjectura iudicans, ad Scipionem properandum sibi existimabat : si Cæsar iter illo haberet, ut subsidium Scipioni ferret; si ab ora maritima Oriciaque discedere nollet, quod legiones equitatumque ex Italia expectaret, ipse ut omnibus copiis Domitium aggredere-  
5 tur.

LXXIX. His de causis uterque eorum celeritati studebat, et suis ut esset auxilio, et ad opprimendos adversarios ne occasione temporis deesset. Sed Cæsarem Apollonia a directo itinere averterat; Pompeius per Candaviam iter in Macedoniam  
10 expeditum habebat. Accessit etiam ex improvise aliud incommodum, quod Domitius, qui dies complures castris Scipionis castra collata habuisset, rei frumentariæ causa ab eo discesserat et Heracliam [Senticam], quæ est subiecta Caudaviæ, iter fecerat, ut ipsa fortuna illum objicere Pompeio videretur. Hæc  
15 ad id tempus Cæsar ignorabat. Simul a Pompeio litteris per omnes provincias civitatesque dimissis prælio ad Dyrrhachium facto, latius inflatusque multo, quam res erat gesta, fama percrebuerat : « pulsum fugere Cæsarem pæne omnibus copiis

esse correctionem ostendit H. Schneider. Diss. inaug. p. 68. — 2. *sibi* om. U. — 3. *ut Scipioni auxilium f.* L. — 3. *Coriciaque* antiquiores consensu; *Oriciaque* D pr. et Vind. 2 ap. Schneid. ad B. G. VII. 56. qui explicat Orici regione. Ὀρική ap. Steph. Byz. *Oricciaque* Voss.; *Coreyrague* D corr., δ et alii rec. — 4. *legionem* H. Schneiderus p. 62. — *sperturet* TLUFV. Pet. — 5. *Dom.* in marg. L.

LXXIX. — 7. *ad* (sine *et*) omnes nostri (post *adversarios* distinguentes) et «quinque» Oud. — 7-8. *occasione* UFV. ceteri antiquiores *occasione*; D corr., δ et alii rec. *occasio*. — 8. *Apolloniam* TL

et «duo» Oud. — *directo* TLU (non F). Cuj.; *recto* Lov., Pal. — 9. *adverterat* L. — *Pompeius Caudaviam* (sic et infra) *inter in Maced. iter exp.* L. — 10. *autem* ex TL, Scal. — *aliud* T. — 11. *qui* om. nostri antiquiores, Petav., Lov., Voss; habent D corr., δ et rec. — 13. *Eracliam* L. — *et Sent.* V. *Senticam*, id est *Sinticam*, ab interpolatore illatum esse ostendit Cellarius, neque habet cod. Vindob. Miscellæ a Vielhabero excussus. — 14. *fortuna obicere eum* L; *ipsum* Petav. — 16. *dimissis* TFD. *missis* L. qui *civ.* inter versus. — 16-17. *prælium . . . factum* L; *de prælio* Scaliger. — 17-18. *percrebr.* FV.



amissis. Hæc itinera infesta reddiderat, hæc civitates nonnullas ab ejus amicitia avertebat. Quibus accidit rebus, ut pluribus dimissi itineribus a Cæsare ad Domitium et a Domitio ad Cæsarem nulla ratione iter conficere possent. Sed Allobroges. Raucilli atque Egi familiares, quos perfugisse ad Pompeium 5 demonstravimus, conspicati in itinere exploratores Domitii. seu pristina sua consuetudine, quod una in Gallia bella gesserant, seu gloria elati, cuncta, ut erant acta, exposuerunt et Cæsaris profectionem, adventum Pompeii docuerunt. A quibus Domitius certior factus, vix iv horarum spatio antecedens. 10 hostium beneficio periculum vitavit et ad Æginium, quod est objectum [oppositumque] Thessaliæ, Cæsari venienti occurrit.

LXXX. Conjuncto exercitu Cæsar Gomphos pervenit, quod est oppidum primum Thessaliæ venientibus ab Epiro; quæ gens paucis ante mensibus ultro ad Cæsarem legatos miserat, ut 15 suis omnibus facultatibus uteretur, præsidiumque ab eo militum petierat. Sed eo fama jam præcurrerat, quam supra docuimus, de prælio Dyrrhachino, quod multis auxerat partibus. Itaque Androsthene, prætor Thessaliæ, cum se victoriæ Pompeii comitem esse mallet quam socium Cæsaris in rebus adver- 20

1. *Hæc res* Lov. — *reddebant* δ, Pal. — 2. *avertebant* Dδ. — *rebus in plur.* T. — 2-3. *plurimis* D corr., δ et alii rec. — 3. *dimissis* codd., correxit Stephanus. — 5. *Rouici* nostri præter V. qui *Rogilli*. Petav. *Roucilli*, ut c. 59. — *et* L. — *Eci* vel *Æci* TUD, *Ecy* F, *Eti* Scal., *Egi* LV, Petav.; *eorum* D corr., δ et alii rec. — 6. *in* om. TLUFV, Petav., δ et alii rec. — *speculatores* (pro *explor.*) V. — 9. *prof. Cæs.* F. — *adventum* TUFV, Scal.; *et adv.* ceteri. — 10. *VI. I. IIII hor.* T, *V. I. IIII*

*hor.* L. — 11. *Æginium* codd., *Æginum* V. — 12. *oppositumque* critici delent, ex glossa aut antiqua varietate natum; *propos.* Bong. 3.

LXXX. — 13. *Gomphos* TLUF; *Gymphos* Lov. — 16-17. *militum acceperat* L — 17. *eo fortuna præc.* F, non deleto superpositum *fama.* — *præcurr.* FV, U a sec., ut videtur. Deinde *de præl. Durach.*, *quam supra* etc. in L male transposita. — 18. *auxerunt* Scal., nostri præter TL. — 19. *Androsthene* codd. — *dum se* L.

sis, omnem ex agris multitudinem servorum ac liberorum in oppidum cogit portasque præclaudit, et ad Scipionem Pompeiumque nuntios mittit, ut sibi subsidio veniant: ~ se confidere munitionibus oppidi, si celeriter succurratur; longinquam  
 5 oppugnationem sustinere non posse. ~ Scipio, discessu exercituum ab Dyrrhachio cognito, Larisam legiones adduxerat; Pompeius nondum Thessaliæ appropinquabat. Cæsar, castris munitis, scalas musculosque ad repentinam oppugnationem fieri et crates parari jussit. Quibus rebus effectis, cohortatus  
 10 milites docuit quantum usum haberet ad sublevandam omnium rerum inopiam potiri oppido pleno atque opulento, simul reliquis civitatibus hujus urbis exemplo inferre terrorem, et id fieri celeriter, priusquam auxilia concurrerent. Itaque usus singulari militum studio, eodem quo venerat die post horam  
 15 nonam oppidum altissimis mœnibus oppugnare aggressus, ante solis occasum expugnavit et ad diripiendum militibus concessit, statimque ab oppido castra movit et Metropolim venit, sic ut nuntios expugnati oppidi famamque antecederet.

LXXXI. Metropolitæ primum eodem usi consilio, iisdem  
 20 permoti rumoribus, portas clauserunt murosque armatis compleverunt: sed postea casu civitatis Gomphensis cognito ex captivis, quos Cæsar ad murum producendos curaverat, portas

2. *portas* V. — 4. *longinquamque* T. — 5. *expugn.* L. — 5-6. *exercituum* TLÜ, *exercitus* FDδ. Scal., Petav., Lov. — 6. *ad Livrachio* TL (sed hic *-chium*); VD *ab*, UF *a.* — *Larisam* codd. præter LV. — 10. *sublevandum* V. — 13. *auxilio* V. — 15. *muris* L. — 18. *nuntius* TLUFV; *sic cum nuntius... famaque* D corr., Lov., δ

et alii rec. — *expugnanti* T, *u* expuncto: *expugnandi* L, *expugnando* D, Voss. — *oppidum* L. — *famam* V. — *antecedere* TL.

LXXXI. — 19. *primo* T a pr. — 21. *compressis* TUF, *comprehensis* Dδ, et sic vel *compressis* codd. Oud.; *compressæ* Lov., *compressæ civitatis* LV; *Gomphensis* Ciacconius.

aperuerunt. Quibus diligentissime conservatis, collata fortuna Metropolitum cum casu Gomphensium, nulla Thessaliæ fuit civitas præter Larisæos, qui magnis exercitibus Scipionis tenebantur, quin Cæsari parerent atque imperata facerent. Ille idoneum locum in agris nactus \*plenis frumentorum\*, quæ 5 prope jam matura erant, ibi adventum expectare Pompeii eoque omnem belli rationem conferre constituit.

LXXXII. Pompeius paucis post diebus in Thessaliam pervenit, concionatusque apud cunctum exercitum suis agit gratias. Scipionis milites cohortatur, ut parta jam victoria prædæ ac 10 præmiorum velint esse participes, receptisque omnibus in una castra legionibus, suum cum Scipione honorem partitur, classicumque apud eum cani et alterum illi jubet prætorium tendi. Auctis copiis Pompeii duobusque magnis exercitibus conjunctis, pristina omnium confirmatur opinio, et spes victoriæ 15 augetur, adeo ut, quicquid intercederet temporis, id morari reditum in Italiam videretur, et si quando quid Pompeius tardius aut consideratius faceret, unius esse negotium diei, sed illum delectari imperio et consulares prætoriosque servorum habere numero dicerent. Jamque inter se palam de præmiis 20 ac de sacerdotiis contendebant, in annosque consulatum defi-

2. *Gomphensium* (*Gomf. L., Gymph. Lov.*) venit. *Nulla TL. Scal.* — 3. *Larisæos* TUF. *Larissau eosque L.* — *magnis* vox valde dubia, de exercitu uno Scipionis; fortasse derivata ex his c. 82, *duobus magnis exercitibus conjunctis.* — 5. *nactus quæ* codd.; supplementum quod dedimus est Kergelii. Em. Hoffmannus scripsit: *nactus quia prope jam matura FRUMENTA erant.* Corrector D *locum segetis in, δ* et

alii rec. *segetis idoneum.* — 6. *erant U* expuncto *n,* *erat F.*

LXXXII. — 9. *suis om. L.* — 11. *receptis V.* — 14. *Pompeii om. L.* — 17. *quid* in V post *tardius.* — 18. *unius omne* D, et in marg.: «al. esse.» — 20. *palam om. L,* sed totus versus usque ad *in ann.* a sec. m. adjectus. — 21. *ac sac. Lδ, U* a pr., quæ ipsa *de* supplevit, et sic ceteri consensu.

niebant, alii domos bonaque eorum, qui in castris erant Cæsaribus, petebant: magnaque inter eos in consilio fuit controversia, oporteretne Lucilii Hirri, quod is a Pompeio ad Parthos missus esset, proximis comitiis prætoribus absentis rationem  
 5 haberi: cum ejus necessarii fidem implorarent Pompeii: - præstaret quod proficiscenti recepisset, ne per ejus auctoritatem deceptus videretur, - reliqui, in labore pari ac periculo ne unus omnes antecederet, recusarent.

LXXXIII. Jam de sacerdotio Cæsaribus Domitius, Scipio, Spintherque Lentulus quotidianis contentionibus ad gravissimas  
 10 verborum contumelias palam descenderunt, cum Lentulus ætatis honorem ostentaret, Domitius urbanam gratiam dignitatemque jactaret, Scipio affinitate Pompeii confideret. Postulavit etiam L. Afranium proditoris exercitus Acutius Rufus  
 15 apud Pompeium, quod gestum in Hispania diceret. Et L. Domitius in consilio dixit placere sibi bello confecto ternas tabellas dari ad judicandum iis qui ordinis essent senatorii belloque una cum ipsis interfuissent, sententiasque de singulis ferrent, qui Romæ remansissent quique intra præsidia Pompeii fuissent  
 20 sent neque operam in re militari præstitissent: unam fore tabellam, qui liberandos omni periculo censerent: alteram, qui

1. qui om. L. — 2. patebant T. — 3. Lucii codd., L. V; Lucilii restituit Nipperdeius. — Hirri V; Hirrii Scal.; Hirrii vel Hirrii Dδ et «tres» rec. Oud.; Lurridii Lov. — ad Parthos TUF, Scal., Petav., Asthos L. — 5. cujus nec. D. Voss.; quojus Bong. 3. — 6. quod ejus fidem proficisc. L. mediis expunctis. — præcepisset VD; promisisset Lov. — 7. honore pari L.; atque peric. V.

LXXXIII. — 9-10. Spinther, Q. Lent. codd. plerique; et Q. Lent. δ, et Lent. V; Spintherque Aldus. — 13. profert (project.) V. — adffinitatem T pr.; affinitati V. — 14. autem L. L. — Actus UFDδ, «plerique» Oud. præter Scal. — 16-17. tabulas L. — 17. is T. iis U. iis L. ceteri fere his. — 18. cum ipsis una V. — non interf. D corr., δ et alii rec. — 21. in lib. FH (U), ni lib. Petav., sine qui.

capitis damnarent; tertiam, qui pecunia multarent. Postremo omnes aut de honoribus suis aut de præmiis pecuniæ aut de persequendis inimicitis agebant, nec quibus rationibus superare possent. sed quemadmodum uti victoria deberent, cogitabant.

5

LXXXIV. Re frumentaria præparata confirmatisque militibus et satis longo spatio temporis a Dyrrhachinis præliis intermisso, quo satis perspectum habere militum animum videretur, tentandum Cæsar existimavit, quidnam Pompeius propositi aut voluntatis ad dimicandum haberet. Itaque ex castris exercitum eduxit aciemque instruxit, primum suis locis pauloque a castris Pompeii longius, continentibus vero diebus, ut progrederetur a castris suis collibusque Pompeianis aciem subiceret. Quæ res in dies confirmationem ejus exercitum efficiebat. Superius tamen institutum in equitibus, quod demonstravimus, servabat, ut, quoniam numero multis partibus esset inferior, adolescentes atque expeditos ex antesignanis electis [milites] ad pernecitatem armis inter equites præliari juberet, qui quotidiana consuetudine usum quoque ejus generis præliorum perciperent. His erat rebus effectum ut equitum mille etiam apertioribus locis VII millium Pompeianorum impetum, cum

1. *pecuniam* L, a pr. TFD. — 3. *inimicis* LDδ et pars Oud. — *ne* TUF, Pet., D corr.

LXXXIV. — 6. *comparatu* L. — 7. *Durachionis* L. — 7-8. *intermissi* T. — 8. *perspectis* T, supraposito *um*. V *perfectum*. — *animum* om. TLUFVD et «duo» Oud., habent Cuj. et Petav.; *militum* quoque om. Fδ; *militem* V. — 9. *temptandumque* V. — *Cæsar* om. TLUFV, Petav., Lov. — 10. *ad dimic.* L post *Pompeius*.

— 11. *educit* L. — *primus* UFVD pr., Voss.; *primum* Lδ et plures Oud.; *primo* T, Scal., Petav. — 14. *confirmationis* TL. — 15. *in eq.* L a sec. inter vèrsus. — 17. *ex* om. L. — *electos* D corr., δ et alii rec. — *milites* interpolatoris esse vidit Nipperdeius. — 18. *armis* om. δ vacuo spatio. — *jubet* TLV, «tres» Oud. et D corr. — 20. *effectus* L. — *equites* D. — 21. *VII mille* UF. *milia* T, ceteri compendio; *VIII* Lov.

adesset usus, sustinere auderent neque magnopere eorum multitudi-  
 tudine terrerentur. Namque etiam per eos dies prælium se-  
 cundum equestre fecit atque unum Allobrogem ex duobus,  
 quos perfugisse ad Pompeium supra docuimus, cum quibusdam  
 5 interfecit.

LXXXV. Pompeius, qui castra in colle habebat, ad infimas radices montis aciem instruebat, semper, ut videbatur, expectans, si iniquis locis Cæsar se subjiceret. Cæsar, nulla ratione ad pugnam elici posse Pompeium existimans, hanc sibi  
 10 commodissimam belli rationem judicavit, uti castra ex eo loco moveret semperque esset in itineribus, hæc spectans, ut movendis castris pluribusque adeundis locis commodiore re frumentaria uteretur, simulque in itinere ut aliquam occasionem dimicandi nancisceretur et insolitum ad laborem Pompeii exercitum  
 15 quotidianis itineribus defatigaret. His constitutis rebus, signo jam profectionis dato tabernaculisque detentis, animadversum est paulo ante extra quotidianam consuetudinem longius a vallo esse aciem Pompeii progressam, ut non iniquo loco posse dimicari videretur. Tunc Cæsar apud suos, cum jam

1. *eorum* om. L. — 3. *equestre* om. V. — *atque unum* All. TUF, *unicum* HD. Voss.; *unum* L et alii Oud.; *Egum* vel *Egum* V. Petav., Norvic.

LXXXV. — 6. *Pompeium* U pr. — *in monte* L. — 8. *iniquis se locis* C. *se* L; *Cæsar* post *subic.* habet D. om. Petav. — *Cæsar* alterum om. TLUFV; *qui* Petav. — 9. *eligi* T. — *Pompeius* V. — 11. *sperans* codd., *separans* Pal.; *spectans* Stephanns. — 12-13. *commodiore frumentaria re* UFV. Oud. sine var. ex suis melioribus; *frumentarie* (sine *re*) T; *commoda rei fru-*

*mentarie* L; *commodiore consilio passim re frum.* D in marg.,  $\delta$  et alii rec. — 13. *ut in itinere aliq.* L. — 14. *dimicandi* om. L. — 15. *fatig.* L. — 16. Ante *dato* tres litteræ erasæ in T. — *detentis* U. supraposito *s* a pr. m. et in marg. *detentis* a sec.; *decensis* H; *incensis* corrector D et nonnulli recentium. — 16-17. *animum adversum* TU. — 17. *paulo longius* L. mediis omissis, defectu notato. — *extra conditionem* (supraposito *consuetudinem*) *cotidianam long.* T. — 19. *dimicare* T pr. — *Tunc* V.

esset agmen in portis, « Differendum est, » inquit, « iter in præ-  
 « sentia nobis et de prælio cogitandum, sicut semper depo-  
 « poscimus. Animo simus ad dimicandum parati : non facile  
 « occasionem postea reperiemus: » confestimque expeditas co-  
 pias educit.

5

LXXXVI. Pompeius quoque, ut postea cognitum est, suo-  
 rum omnium hortatu statuerat prælio decertare. Namque etiam  
 in consilio superioribus diebus dixerat, priusquam concurre-  
 rent acies, fore uti exercitus Cæsaris pelleretur. Id cum essent  
 plerique admirati, « Scio me, » inquit, « pæne incredibilem 10  
 « rem polliceri; sed rationem consilii mei accipite, quo firmiore  
 « animo in prælium prodeatis. Persuasi equitibus nostris (id-  
 « que mihi facturos confirmaverunt), ut, cum propius sit ac-  
 « cessum, dextrum Cæsaris cornu ab latere aperto aggrederen-  
 « tur, et circumventa ab tergo acie prius perturbatum exercitum 15  
 « pellerent, quam a nobis telum in hostem jaceretur. Ita sine  
 « periculo legionum et pæne sine vulnere bellum conficiemus.  
 « Id autem difficile non est, cum tantum equitatu valeamus. »  
 Simul denuntiavit, ut essent animo parati in posterum et, quo-  
 niam fieret dimicandi potestas, ut sæpe cogitavissent, ne usu 20  
 manumque reliquorum opinionem fallerent.

2-3. *si ut semp. dep., animo sumus*  
 codd.; *sicut ... simus* δ, ut Aldus. — 4.  
*repper.* codd.

LXXXVI. — 6. *compertum est* L. — 7.  
*etiam* om. V, *autem* L. — 8. *diebus* om.  
 L. — 9. *pelleretur* UF, Dδ, et non no-  
 minati Oud.; *polliceretur* H; om. TLV;  
*expugnaretur* Scal. — 10. *mirati* F pr. —  
*pæne* L inter versus. — 12. *in* om.  
 TLUFV; quorum UF *prælio* cum Petav.

— 12-13. *idque inibi* TL; *id quod* D  
 corr., δ et alii rec., vel *quoque*. — 13.  
*mihî se fact.* D corr., δ et alii rec. —  
*facturi* Lov. — 15. *ut circ.* D corr., δ et  
 alii rec. — *exturbatum* δ et duo rec.;  
*exercitum* om. D, Voss. — 19 *impost.* D.  
 — 19-20. *et quando* L. — 20. *fieri* V. —  
*sæpe* TV, *semper* L. — 21. *manu* TLUV  
 pr., *manus* F ab antiquo correctore, *ma-  
 num* Cujac.

LXXXVII. Hunc Labienus excepit et, cum Cæsaris copias despiceret, Pompeii consilium summis laudibus efferret, "Noli," inquit, "existimare, Pompei, hunc esse exercitum, qui Galliam Germaniamque devicerit. Omnibus interfui præliis neque temere incognitam rem pronuntio. Perexigua pars illius exercitus superest; magna pars deperiit, quod accidere tot præliis fuit necesse, multos autumnii pestilentia in Italia consumpsit, multi domum discesserunt, multi sunt relictii in continenti. An non audistis ex iis qui per causam valetudinis remanserunt, cohortes esse Brundisii factas? Hæ copiæ, quas videtis, ex delectibus horum annorum in Citeriore Gallia sunt relectæ, et plerique sunt ex coloniis Transpadanis. Ac tamen quod fuit roboris, duobus præliis Dyrhachinis interiit." Hæc cum dixisset, juravit se nisi victorem in castra non reversurum, reliquosque, ut idem facerent, hortatus est. Hoc laudans Pompeius idem juravit; nec vero ex reliquis fuit quisquam, qui jurare dubitaret. Hæc cum facta sunt in consilio, magna spe et lætitia omnium discessum est; ac jam animo victoriam præcipiebant, quod de re tanta et a tam perito imperatore nihil frustra confirmari videbatur.

LXXXVIII. Cæsar, cum Pompeii castris appropinquasset, ad hunc modum aciem ejus instructam animadvertit. Erant in si-

LXXXVII. — 2. *effert* D corr.,  $\delta$ , Lov. — 5. *pronunciatio* UF. — 8. *continentia* TLV. — 9. *exaudistis ex nostri* (etiam F) præter UH. et potiores Oud. — *his* codd. — *quippe caus.* L. — 9-10. *valitudine his rem.* U et a pr. F. — 11. *delectis* vel *dilectis* TUFVD, *delectu* Scal.,  $\delta$  et alii rec., *dilectibus* L, Lov., Bong. 3. — 12. *coloniis* TUFV, Petav. — *At tamen* U a sec., D $\delta$ .

— 13. *Durachenis* L. — 14. *non* om. L. — 15. *cohort.* H. — 15-16. *Hoc idem Pomp. laudans* (hoc inter versus) *jur.* L. — 18. *omnium* om. L. — *Ac etiam* F pr.; *Et jam* D $\delta$ . «tres» Oud. — 19. *præcipiebant* L pr., *percipiebant* a correctore. — 20. *et nihil* T.

LXXXVIII. — 22. *animum adv.* TUF, Petav., Norvic.



nistro cornu legiones duæ traditæ a Cæsare initio dissensionis ex senatusconsulto; quarum una prima, altera tertia appellabatur. In eo loco ipse erat Pompeius. Mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat. Ciliciensis legio conjuncta cum cohortibus Hispanis, quas tractas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erant collocatæ. Has firmissimas se habere Pompeius existimabat. Reliquas inter aciem mediam cornuaque interjecerat, numeroque cohortes cx expleverat. Hæc erant millia xlv, evocatorum circiter duo, quæ ex beneficiariis superiorum exercituum ad eum converterant; quæ tota acie dispererat. Reliquas cohortes vii castris propinquisque castellis præsidio disposuerat. Dextrum cornu ejus rivus quidam impeditis ripis muniebat: quam ob causam cunctum equitatum, sagittarios funditoresque omnes sinistro cornu objecerat.

LXXXIX. Cæsar superius institutum servans x legionem in dextro cornu, nonam in sinistro collocaverat, tametsi erat Dyrhachinis præliis vehementer attenuata, et huic sic adjunxit octavam, ut pæne unam ex duabus efficeret, atque alteram alteri

2. una om. UF (hic cum nota vitii); prima quarum II. — 4. Ciliciensis TLUFDD. «tres» Oud., Ciliciensis V. — 4-5. cum coh. om. UF, Petav. — 5. quas trad. om. L. — ab Afranio TL, Afranio vel Eranio UFD (hic E in ras. duarum litt.) δ. Petav., «quinque» Oud.; Efranio Lov.; Eronio Scal. a pr., Petronio a sec. Deest ab Afr. in V. — 6. His T. — 7. acies TV. Lov. — medias V. — 8. interjecerant TL. — 10. Giacconius, secutus Orosium VI. 15. qui ex Livio: Pompeius octoginta et octo cohortes triplici ordine locavit. — 9. numero milia UF. Orosius: Fuerunt autem peditum quadraginta millia, equites in si-

nistro cornu sexcenti, in dextro quingenti... absque levium armaturarum magna copia. — evocatorumque V. — qui ex D. corr., tres rec. — 10. converterant TLUFVD et «tres» Oud.; convenerant ceteri. — 10-11. dispersæ erant D. Voss. et alii rec. — 11. Reliquasque L. — vii Lov. — in castris TL, Scal. — 12. ejus om. L. — Rivus quidam, Enipeus.

LXXXIX. — 16. non iam TL, II U. nonam F. — 16-17. erat ... attenuata UFD, Scal., Petav., Voss., Bong. 3; ceteri erant ... attenuata. — 17. et om. Gij. et tres rec. — 17-18. sic ad octavam TL. — 18. unam om. UF.

præsidio esse jusserat. Cohortes in acie LXXX constitutas habebat, quæ summa erat millium XXII; cohortes II castris præsidio reliquerat. Sinistro cornu Antonium, dextro P. Sullam, media acie Cn. Domitium præposuerat. Ipse contra Pompeium constitit. Simul his rebus animadversis, quas demonstravimus, timens ne a multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur, celeriter ex tertia acie singulas cohortes detraxit atque ex his quartam instituit equitatuque opposuit, et quid fieri vellet ostendit, monuitque ejus diei victoriam in earum cohortium virtute constare. Simul tertiæ aciei totique exercitui imperavit, ne injussu suo concurreret: «se, cum id fieri vellet, vexillo signum daturum.»

XC. Exercitum cum militari more ad pugnam cohortaretur suaque in eum perpetui temporis officia prædicaret, inprimis commemoravit: «testibus se militibus uti posse, quanto studio pacem petisset; quæ per Valinium in colloquiis, quæ per Aulum Clodium cum Scipione egisset, quibus modis ad Oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset. Neque se unquam abuti militum sanguine neque rempublicam alterutro exercitu privare voluisse.» Hac habita oratione exposcentibus militibus et studio pugnae ardentibus tuba signum dedit.

1. LXX U; *constitutas in acie LXXX* L. — 2. *quam si euma* (compendiis) *erat* L; *erat* om. FH. — *hominum mil.* δ; *millia* LD, *mil.* TUF. Idem numerus apud alios, sed Orosius: *Cæsari fuerunt non minus quam triginta millia peditum, equites mille*, sed vetustus cod. Paris. et tres Medicei non habent *non*. — *cohortes VII* Hellenus. *Δισχιλίους τοὺς πάνυ γέροντας* Appianus B. C. II, 75. — 3. *in media* D. —

4. *Gn. VD* δ. Hinc usque ad alteram vocem *acie*, l. 7, defectus in TL. — 5. *animadversis rebus* δ — 6-7. *circumveniretur unaquaque acie* D, Voss.; *circ. celeriter externa* UF. — 10. *consistere* V, Lov. — 11. *injusso* L. — *concurrerent* δ.

XC. — 14. *perpetuum* TL, ille mox *officium* a pr. m. — 17. *Claudium* codd., *Clod.* Stephanus. — 18. *unq.* U; *unq. se* L. — 21. *pugnae* om. D.

XCI. Erat Crastinus evocatus in exercitu Cæsaris, qui superiore anno apud eum primum pilum in legione x duxerat, vir singulari virtute. Hic signo dato, "Sequimini me," inquit, "manipulares mei qui fuistis, et vestro imperatori quam constituistis operam date. Unum hoc prælium superest; quo confecto et ille suam dignitatem et nos nostram libertatem recuperabimus." Simul respiciens Cæsarem, "Faciam," inquit, "hodie, imperator, ut aut vivo mihi aut mortuo gratias agas." Hæc cum dixisset, primus ex dextro cornu procucurrit, atque eum electi milites circiter cxx voluntarii ejusdem centuriæ sunt 10 prosequenti.

XCII. Inter duas acies tantum erat relictum spatii, ut satis esset ad concursum utriusque exercitus. Sed Pompeius suis prædixerat, ut Cæsaris impetum exciperent neve se loco moverent, aciemque ejus distrahi paterentur; idque admonitu 15 C. Triarii fecisse dicebatur, ut primus excursus visque militum infringeretur, aciesque distenderetur, atque in suis ordinibus dispositi dispersos adorirentur; leviusque casura pila sperabat in loco retentis militibus, quam si ipsi immissis telis occurrissent; simul fore ut duplicato cursu Cæsaris milites exanima- 20 rentur et lassitudine conficerentur. Quod nobis quidem nulla

XCI. — 1. *in exerc. C. evocatus* L. — 1-2. *superiori* V. — 4. *nostro* H. — *quem* V. — 6-7. *recip. nullus.* — 9. *procucurrit* Dδ. — 10. *militēs electi* V. — *voluntariæ* UF, Bong. 3.

XCII. — 13. *utrisque* T. — 14. *ne Cæs.* UF, Cuj., Petav., δ; *neq. D.* Bong. 3. — *neque se* UF. — 15. *ejus* om. H. — *distrai* F. — 16. *fecisse videbatur* UF, Petav. — 18. *dispositis* T pr. — *dispersos* om. L.

— *adorerentur* U, F pr. — *pilas (pila* L) *parebat* TL. — 19-20. *occucurrissent* T unus. — 20-21. *existimarentur quod et* codd., *existimarent quod et* F; in Scal. supra scriptum *exæstuarunt*; Petav. *æstuarunt*, recentissimi Leid. 2 et Bong. 3 a sec. *exinarentur*, Aldus *exanimarentur*. In compendiis erratum. *quod* aut barbare additum aut ortum ex *q̃* (*querere*), quod sæpe in margine veterum codicum locis depræ-

ratione factum a Pompeio videtur, propterea quod est quaedam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quæ studio pugnae incenditur. Hanc non reprimere, sed augere imperatores debent; neque frustra antiquitus institutum  
5 est ut signa undique concinerent, clamoremque universi tollerent; quibus rebus et hostes terreri et suos incitari existimaverunt.

XCIII. Sed nostri milites dato signo cum infestis pilis præcucurrissent atque animum advertissent non concurrere a Pompeianis, usu periti ac superioribus pugnis exercitati sua sponte  
10 cursum represserunt et ad medium fere spatium constiterunt, ne consumptis viribus appropinquarent, parvoque intermisso temporis spatio ac rursus renovato cursu pila miserunt, celeriterque, ut erat præceptum a Cæsare, gladios strinxerunt. Neque vero Pompeiani huic rei defuerunt. Nam et tela missa exceperunt et impetum legionum tulerunt et ordines conservarunt, pilisque missis ad gladios redierunt. Eodem tempore equites ab sinistro Pompeii cornu, ut erat imperatum, universi præcucurrerunt, omnisque multitudo sagittariorum se profudit:  
20 quorum impetum noster equitatus non tulit, sed paulatim loco motus cessit; equitesque Pompeii hoc acrius instare et se turmatim explicare, aciemque nostram a latere aperto circumire

vatis adscriptum, huic ipsi loco in U a sec. m. — 1. *videretur* TLV. — 2. *incit. animi* L. — 3. *incenduntur* D corr. et multi rec., quorum pars *qui*.

XCIII. — 8. *pilis* om. UF; *signis* Petav. — 8-9. *procurr.* FLD δ. — 9. *animadr.* FLD δ. Oud. sine var. — 12. *ut non* (pro *ne*) D et quattuor rec. — 13. *tela mis.* L.

— 15. *defuerunt* TLV. — 16. *ordines suos* UF, Petav. — 17. *equites* om. L. — 18-19. *procurr.* FLD δ. eodemque modo *idem* infra. — 19. Vox *arma* ante *sagitt.* expuncta in L. — 20. *paulum* codd., *paulo* T a pr., *paulo de l.* L; *paulatim* unus Lovaniensis. — 22. *circumvenire* L. Bong. 3.

cœperunt. Quod ubi Cæsar animum advertit, quartæ aciei, quam instituerat ex cohortium numero, dedit signum. Illæ celeriter procucurrerunt infestisque signis tanta vi in Pompeii equites impetum fecerunt, ut eorum nemo consisteret, omnesque conversi non solum loco excederent, sed protinus in- 5 citati fuga montes altissimos peterent. Quibus summotis omnes sagittarii funditoresque destituti, inermes, sine præsidio interfecti sunt. Eodem impetu cohortes sinistrum cornu, pugnantibus etiam tum ac resistentibus in acie Pompeianis, circumierunt eosque a tergo sunt adorti. 10

XCIV. Eodem tempore tertiam aciem Cæsar, quæ quieta fuerat et se ad id tempus loco tenuerat, procurrere iussit. Ita cum recentes atque integri defessis successissent, alii autem a tergo adorirentur, sustinere Pompeiani non potuerunt, atque universi terga verterunt. Neque vero Cæsarem fefellit, quin ab 15 iis cohortibus, quæ contra equitatum in quarta acie collocatæ essent, initium victoriæ oriretur, ut ipse in cohortandis militibus pronuntiaverat. Ab his enim primum equitatus est pulsus, ab iisdem factæ cædes sagittariorum ac funditorum, ab iisdem acies Pompeiana a sinistra parte [erat] circumita atque 20

1. *animadr.* LDδ et Oudendorpiani præter Petav. — 2. *instituerat ex cohortibus* TLV, Scal.; *ex cohortium numero* UFDδ et codd. Oud. præter L, Scal.; *sex cohortium* Faernus et editores plerique, quod quam incertum sit ostendit H. Schmeider. Diss. inaug. p. 69 seqq. — *Ille* vel *Illæ* antiquiores consensu; *Illa* D a pr. *Illi* corr.; *Illa cel. procurrit* δ et alii rec. Ut nulla auctoritate nitatur *Illi*. — 5. *citati* (pro *coversi*) F a pr. — 6. *subnotis* TV. — 8. *coh.* om. V. — *sinistra* vel *sinistro*

U pr., ead. manu in ã mutatum; *sinistro* Dδ et alii rec. — 8-9. *impugnantibus* TLVD, in postremo *iu* erasum. — 9. *ai* (*autem*) *tun* L.

XCIV. — 12. *præcucurrere* TUFV, *præcurre* LDδ et «quattuor» Oud.; *proc.* edd. primæ. — 14. *adorentur* FH, non U. — 16. *his* codd., *iis* Bong. 3. — 17. *oreveretur* U. F pr. — 19. *isdem* antiquiores, *hisd.* V. — 20. *erat* valde incommodum, omissum in Reg. Lond., qui *circumreuta* cum D.

initium fugæ factum. Sed Pompeius, ut equitatum suum pulsum vidit atque eam partem, cui maxime confidebat, perterritam animum advertit, aliis quoque diffusis acie excessit, protinusque se in castra equo contulit, et iis centurionibus, quos  
 5 in statione ad prætoriam portam posuerat, clare, ut milites exaudirent, "Tuemini," inquit, "castra et defendite diligenter, si quid durius acciderit. Ego reliquas portas circummeo  
 "et castrorum præsidia confirmo." Hæc cum dixisset, se in prætorium contulit summæ rei diffidens et tamen eventum  
 10 exspectans.

XCIV. Cæsar, Pompeianis ex fuga intra vallum compulsis, nullum spatium perterritis dare oportere existimans, milites cohortatus est, ut beneficio fortunæ uterentur castraque oppugnarent. Qui, etsi magno æstu (nam ad meridiem res erat  
 15 perducta), tamen ad omnem laborem animo parati imperio paruerunt. Castra a cohortibus, quæ ibi præsidio erant relictæ, industrie defendebantur, multo etiam acrius a Thracibus barbarisque auxiliis. Nam qui acie refugerant milites, et animo perterriti et lassitudine confecti, missis plerique armis signisque  
 20 que militaribus, magis de reliqua fuga quam de castrorum defensione cogitabant. Neque vero diutius, qui in vallo constiterant, multitudinem telorum sustinere potuerunt, sed confecti

2. atque maximam partem cui fidebat V; fidebat etiam L. — 3. animadr. LDδ et Oud. præter Petav. — aliisque diff. TLVD (hic cum aliisque), Scal., Lov.; aliisque (aliis δ) quam maxime diff. UFδ et "sex" Oud.; aliis quoque Nipperdeius; in similibus compendiis que, quo, quam postquam erratum erat, maxime aliquis corrector adiecit. Ante acie duæ tresve litt. erasæ in L.

— 3-4. protinus L. — 4. his codd. — 5. ad prætorium posuerat TLV. Scal.

XCIV. — 11. inter TFVD. Scal. — 12. oportere om. L. — 14. æstu uati (sed ti expunctis, nã ead. m.) ad U; unde ortum est æstu fatigati, nam in FDδ et mss. Oud. præter duos. — 16. erant præ. V; relictæ erant F. — 17. autem acr. L. — 18. ex acie Stephanns. — fugerant V.

vulneribus locum reliquerunt, protinusque omnes, ducibus usi centurionibus tribunisque militum, in altissimos montes, qui ad castra pertinebant, confugerunt.

XCVI. In castris Pompeii videre licuit trichilas structas, magnum argenti pondus expositum, recentibus cespitibus 5 tabernacula constrata. Lucii etiam Lentuli et nonnullorum tabernacula protecta hedera, multaque præterea quæ nimiam luxuriam et victoriæ fiduciam designarent, ut facile existimari posset nihil eos de eventu ejus diei timuisse, qui non neces- 10 sarias conquirerent voluptates. At hi miserrimo ac patientis- simo exercitui Cæsaris luxuriam objiciebant, cui semper omnia ad necessarium usum defuissent. Pompeius, jam cum intra vallum nostri versarentur, equum nactus, detractis insignibus imperatoris, decumana porta se ex castris ejecit protinusque 15 equo citato Larisam contendit. Neque ibi constitit, sed eadem celeritate, paucos suos ex fuga nactus, nocturno itinere non intermisso, comitatu equitum xxx ad mare pervenit, navemque frumentariam conscendit, sæpe, ut dicebatur, querens tantum se opinionem fefellisse, ut, a quo genere hominum victoriam sperasset, ab eo initio fugæ facti pæne proditus videretur. 20

1. omnibus ducibus V.

XCVI. — Omissum hoc caput in Lov., spatio vacuo relicto. — 4. *stratas* codd., *structas* Salmasius. — 5. *magnas* F pr. — 6. *L. autem* L. — 7. *hedera* codd. præter Pelav. — *præter*, om. L. — 8. *existimari* nostrorum unus L. quattuor fere Ond. — 9. *eos* om. L. — *adventu* Dδ et quattuor rec. Ond. — 9-10. *quin nec.* Dδ. Voss. — 10-11. *ac potentissimo* codd., *patientissimo* Aldus. — 11. *exercitu* codd.,

*i* a correctore in D. — 14. *imperatoris* D corr., δ et alii rec. — *decumana* T in ras. — *dejecit* V. *eiecit* H. — 15. *Larisam* TLV, iidemque c. 97. — 16-17. *intermisso equitatu xxx* L; *equitatu equitum xxx* V. D a pr. — 18-19. *se tantum* Pelav.; *tantum suam opinionem* D a pr.; *tantum eum* idem correctus et Voss.; *suam eum* δ et alii recentes. — 20. *speraret* et *initium* T a pr.; *initium* etiam L. sed *facto* nterque.

XCVII. Cæsar, castris potitus, a militibus contendit ne in præda occupati reliqui negotii gerendi facultatem dimitterent. Qua re impetrata, montem opere circummunire instituit. Pompeiani, quod is mons erat sine aqua, dilisi ei loco, relicto  
 5 monte, universi jugis eis Larisam versus se recipere cœperunt. Qua re animadversa, Cæsar copias suas divisit, partemque legionumin castris Pompeii remanere jussit, partem in sua castra remisit, iv secum legiones duxit, commodioremque itinere Pompeianis occurrere cœpit, et progressus millia passuum vi  
 10 aciem instruxit. Qua re animadversa, Pompeiani in quodam monte constiterunt. Hunc montem flumen sublebat. Cæsar milites cohortatus, etsi totius diei continenti labore erant confecti, noxque jam suberat, tamen munitione flumen a monte seclisit, ne noctu aquari Pompeiani possent. Quo perfecto  
 15 opere, illi de deditone missis legatis agere cœperunt. Pauci ordinis senatorii, qui se cum iis conjunxerant, nocte fuga salutem petiverunt.

XCVIII. Cæsar prima luce omnes eos, qui in monte consederant, ex superioribus locis in planitiem descendere atque arma  
 20 projicere jussit. Quod ubi sine recusatione fecerunt passisque palmis projecti ad terram flentes ab eo salutem petiverunt.

XCVII. — 1. *in* om. L. — 4. *his* U. — *eo* l. L. — 5. *iuris ejus* codd., *uires* vel *iures ejus* L., *uiris ejus* Lov., *un . . .* (ras.) D., *simul Lar.* corrector,  $\delta$  et alii rec.; *jugis* Wassius, *eis* Clarkius. — *se* om. nostri præter D a sec. et  $\delta$ , et pars Oud. — 6. *Qua spe* codd. præter unum Carrar., qui *re*. — 9. *mil. passus* L., ceteri fere compendio. — 12. *cohortatus est* codd.; *est* delevit Stephanus. — *ut si* L. — *labore*

*suo* T a pr., *suo* erasmi. — 13. *munitione* T; *munitione se fl.* V. — 14. *seduxit* D. — *confecto* U, non FH. — 15. *illi deditonem* D $\delta$  et «quinque» Oud. — *ceperunt* TUFV, Pet. — 16. *his* Pet., nostri præter V $\delta$  — 17. *petierunt* unus L.

XCVIII. — 18-19. *qui montem conscenderant* D et fort. Voss. — 20. *Quod illi sine* D, Lov. — 21. *in terr.* L. — *salutem ab eo* V. — *petierunt* V.



consolatus consurgere jussit et pauca apud eos de lenitate sua locutus, quo minore essent timore, omnes conservavit, militibusque suis commendavit, ne qui eorum violaretur, neu quid sui desiderarent. Hac adhibita diligentia, ex castris sibi legiones alias occurrere et eas, quas secum duxerat, in vicem requiescere atque in castra reverti jussit, eodemque die Larisam pervenit.

XCIX. In eo prælio non amplius cc milites desideravit, sed centuriones, fortes viros, circiter xxv amisit. Interfectus est etiam fortissime pugnans Crastinus, cujus mentionem supra fecimus, gladio in os adversum coniecto. Neque id fuit falsum, quod ille in pugnam proficiscens dixerat. Sic enim Cæsar existimabat eo prælio excellentissimam virtutem Crastini fuisse, optimeque eum de se meritum judicabat. Ex Pompeiano exercitu circiter millia xv cecidisse videbantur, sed in deditionem venerunt amplius millia xxiv (namque etiam cohortes, quæ præsidio in castellis fuerant, sese Sullæ dediderunt), multi præterea in finitimas civitates refugerunt; signaque militaria ex prælio ad Cæsarem sunt relata cxxx et aquilæ ix. L. Do-

1. *suigere* L. — *de mansuetudine* D in var., δ, Lov. et duo alii rec.; nam *lenitate* (ut est in D) illi invenerant. — 2-3. *militibus* L. — 3. *conserdavit* T pr., supra serposito *meu*. Var. in D *jussit*, ut δ et alii rec. — *ne quis* L. D a correctore, "quinque" Oud. — *violarentur* Cuj., Petav., Voss. — 3-4. *neu quis* (*quid* Lov.) *eorum desideraretur* D in var., Lov., δ et alii rec. — 4. *Hac habita* L, Lov. — 5. *secum habebat* L; *s. duxit* V. — *in vicem* om. L.

XCIX. — *Cæsar* inserendum censet Forchhammerus. Appianus II. 82 : Ἀπέρ-

θανον ... ὀπλίται διακόσιοι, ἢ ὡς ἑτέροις δοκεῖ, χίλιοι καὶ διακόσιοι. Unde variam hic fuisse scripturam minime efficitur. — 10. *autem fort.* L. — 14. *obt.* F. — *eum* om. L. — Margo D : *Mendacium Cæsaris*, secundum Asinium Pollionem Appiano memoratum. Orosius : *Cæsa sunt in eo prælio Pompeianorum quindecim millia, centuriones triginta et tres* (xxxiii vetus cod. Paris.). — 16. *xiiii* Buslid. ap. Fabr. — *namque autem quæ* (hoc expunctum) L. — 18. *refugerunt* L. — 19. *aquile ix* Buslid.

mitius ex castris in montem fugiens, cum vires eum lassitudine defecissent, ab equitibus est interfectus.

C. Eodem tempore D. Lælius cum classe ad Brundisium venit, eademque ratione, qua factum a Libone antea demonstravimus, insulam objectam portui Brundisino tenuit. Similiter  
 5 Vatinius, qui Brundisio præerat, tectis instructisque scaphis elicit naves Lælianas, atque ex his longius productam unam quinqueremem et minores duas in angustiis portus cepit, itemque per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit.  
 10 Sed Lælius, tempore anni commodiore usus ad navigandum, onerariis navibus Coreyra Dyrrhachioque aquam suis portabat, neque a proposito deterrebat neque ante prælium in Thessalia factum cognitum aut ignominia amissarum navium, aut necessariarum rerum inopia, ex portu insulaque expelli  
 15 potuit.

Cl. Iisdem fere temporibus Cassius cum classe Syrorum et Phœnicum et Cilicum in Siciliam venit, et cum esset Cæsar's classis divisa in duas partes, dimidiæ parti præesset P. Sulpicius prætor Vibone ad fretum, dimidiæ M. Pomponius ad Messanam, prius Cassius ad Messanam navibus advolavit, quam Pomponius de ejus adventu cognosceret, perturbatumque eum

1. *ab castris* H a pr. — *fugiens* L. — *vires ei* V. D corr., δ et alii rec., *ejus* Bong. 3

4. C. — 3. *Brundisio* (sine *ad*) Petav., D δ. — 6. *Brundisii* D corr., δ et tres rec. Oud. — 8. *quinqueremem et bivenes un.* corrector D et nonnulli rec., quorum alii plura turbant. — 9. *dispositis* T pr., om. L. — *aquas* L. — 11. *onerarius*,

deinde *quam suis portabat* L. — 13. *ignominia* UF. — 14. *ex* om. V; *a portu* Lov., δ et alii rec.

Cl. — 16. *Isl.* codd. — *Syriorum* VDδ et alii rec. — 17. *Siciliam* T in ras. — 19. *Vibonem* T (qui *Iub.* ut videtur) LUFV, Cuj. et antiquiores Oud.: *Liboque* D corr., δ et alii rec. — 20. *prius Cass. ad Mess.* om. TLA.

nactus, nullis custodiis neque ordinibus certis, magno vento et secundo completas onerarias naves tæda et pice et stupa reliquisque rebus, quæ sunt ad incendia, in Pomponianam classem immisit atque omnes naves incendit xxxv, e quibus erant xx constratæ. Tantusque eo facto timor incessit, ut, cum esset 5 legio præsidio Messanæ, vix oppidum defenderetur, et nisi eo ipso tempore quidam nuntii de Cæsaris victoria per dispositos equites essent allati, existimabant plerique futurum fuisse uti amitteretur. Sed opportunissime nuntiis allatis oppidum est defensum, Cassiusque ad Sulpicianam inde classem profectus 10 est Vibonem, applicatisque nostris ad terram navibus propter eundem timorem, pari atque antea ratione [egerunt. Cassius], secundum nactus ventum, onerarias naves [circiter xl] præparatas ad incendium immisit, et flamma ab utroque cornu compressa naves sunt combustæ quinque. Cumque ignis ma- 15 gnitudine venti latius serperet, milites, qui ex veteribus legionibus erant relictæ præsidio navibus ex numero ægrorum.

2. atque sec. V. — completis U pr. — 3. sunt apta ad UFD, non aptæ, ut «reliqui» Oud. præter L et tres rec. — Pomponianam plurimi codd.; Pomponianam D, in quo ôi corrector ex ei effluxit Iemi ductu; Pomponiam Lδ. — 5. viginti V; xxx Bong. 3; xx rostris (rost' H, i. e. rostris) constrata TU; xx rostrata F, Dδ. Voss., Petav., et duo rec. — 7. ipso om. F. — de om. L. — 8. futurum esse LDδ et nonnulli rec. Nimirum sequentis vocis fuit correctio male huc relata. — 9. oppidum fuit codd.; est critici. — 10. inde ad Sulp. L. — est om. V. — 11. vib. an iub. fere anceps in nostris; Iubonam D. Voss.; et Libonem δ et alii rec. — 12. timore D. — egerunt. Cassius nostri consensu;

ut de Petav. quoque et Scal. falli videatur Oud.; Cassiusque δ, Lov. et duo rec.; egit corrector D, quod ex «Ursini codice» aliquo posuit Scaliger, in quo Cass. omissum fertur. Nihilominus verba egerunt Cassius insilitia esse firmis argumentis Nipperdeii concedendum est. Idem verba circiter xl post navibus posuit, sed glossatoris esse ab aliis statuitur rectius, qui de «dimidia parte» Sulpicianæ desideraret illud quod de Pomponiana Cæsar dixerat, fuisse xxxv navium. — 15. compressa TLUFV, Petav.; compressa Dorv.; comprehensa Dδ et pars Oud. — sunt om. TLV et tres rec. — 16. serperent F; serperent ignes, qui Pet. (omissa haud dubie voce ignis). — 17. navibus V pr. om.

ignominiam non tulerunt, sed sua sponte naves conscenderunt et a terra solverunt, impetuque facto in Cassianam classem quinqueremes duas, in quarum altera erat Cassius, ceperunt; sed Cassius exceptus scapha refugit; præterea duæ sunt depressæ  
 5 triremes. Neque multo post de prælio facto in Thessalia cognitum est, ut ipsis Pompeianis fides fieret: nam ante id tempus fingi a legatis amicisque Cæsaris arbitrabantur. Quibus rebus cognitis, ex his locis Cassius cum classe discessit.

III. Cæsar, omnibus rebus relictis, persequendum sibi Pompeium existimavit, quascumque in partes se ex fuga recepisset,  
 10 ne rursus copias comparare alias et bellum renovare posset, et quantumcumque itineris equitatu efficere poterat quotidie progrediebatur; legionemque unam minoribus itineribus subsequi jussit. Erat edictum Pompeii nomine Amphipoli propositum,  
 15 uti omnes ejus provinciæ juniores, Græci civesque Romani jurandi causa convenirent. Sed utrum avertendæ suspicionis causa Pompeius proposuisset, ut quam diutissime longioris fugæ consilium occultaret, an novis delectibus, si nemo premeret, Macedoniam tenere conaretur, existimari non poterat.  
 20 Ipse ad ancoram una nocte constitit, et vocatis ad se Amphipoli hospitibus et pecunia ad necessarios sumptus corrogata, cognito Cæsaris adventu, ex eo loco discessit et Mytilenas paucis diebus

2-3. *quinque remis* codd. — 3. *C.* (pro *Cass*) V — 4. *refugiit* TLUF, quorum TL *refugiit*, *Præteriit* (*Prætererit* L) *duæ de presente trirèmes* (*tyrones* L). Sed UV *depressa*, FD et omnes Oud. *deprehensa*, Lov., δ et alii rec. *captae*. Margo Vascosani *depressa*. — 5. *de* om. V. — 6. *fieret fides* V. — 7. *arbitrabatur* T.

III. — 9. *rebus* a sec. U additum. —

10. *quacumque in parte* LV. — *se* om. U H, item D et Voss. qui *effugere cepisset*: F inter versus addit ante *recep.* — 14. *Amphilopoli* TL, Scal., etiam infra — 16. *causa* om. V. — 18. *dilect.* codd. præter D. — 21. *corrog.* UFV. — *cognitoque* codd.; *que* delevit Aldus. — 22. *Mithilas* nostri et Oud. vetustiores; *Mithilenas* D corr., *Mitylenas* δ, *Mytil.* Pal., Bong. 3.

venit. Biduum tempestate retentus, navibusque aliis additis  
 actuariis, in Ciliciam atque inde Cyprum pervenit. Ibi cognoscit  
 consensu omnium Antiochensium civiumque Romanorum, qui  
 illic negotiarentur, arcem captam esse excludendi sui causa,  
 nuntiosque dimissos ad eos qui se ex fuga in finitimas civitates  
 recepissem dicerentur, ne Antiochiam adirent: ~ id si fecissent,  
 magno eorum capitis periculo futurum. ~ Idem hoc L. Lentulo,  
 qui superiore anno consul fuerat, et P. Lentulo consulari ac  
 nonnullis aliis acciderat Rhodi; qui cum ex fuga Pompeium  
 sequerentur atque in insulam venissent, oppido ac portu re- 10  
 cepti non erant, missisque ad eos nuntiis. ~ ex his locis disce-  
 derent. ~ contra voluntatem suam naves solverunt. Jamque de  
 Cæsaris adventu fama ad civitates perferebatur.

III. Quibus cognitis rebus Pompeius, deposito adeundæ  
 Syriæ consilio, pecunia societatis sublata et a quibusdam pri- 15  
 vatis sumpta et æris magno pondere ad militarem usum in  
 naves imposito, duobusque millibus hominum armatis, partim  
 quos ex familiis societatum delegerat, partim a negotiatoribus  
 coegerat, quosque ex suis quisque ad hanc rem idoneos exi-  
 stimabat, Pelusium pervenit. Ibi casu rex erat Ptolemæus, puer 20

1. *advenit* V. — *adductis* L. — 2. *Siciliam* T a pr. — 3. *Antioceus*. codd. — 4. *arcm capt.* TULD, Guj., Scal., Lov.; *arcm aram* D, Voss.; *arceum* F, Petav., D corr., δ et alii rec. — 5. *dimissis* TU, uterque correctus eadem m. — *civitates* om. TUFVD, Voss., Lov., habet L. — 6. *viderentur* L. — *si id* L; *ipsi si* UF; *id ipsi si* Petav. — 7. *adfut.* T, *affut.* L. — *hoc* om. L. — 9. *Rhodi* (Rhodii V) *quicumque* vel *quicumque* codd. præter Ursini

codicem (non U). — 11. *ut ex his* vulgo; *ut non agnoscent* TLUF, Lov., hic præbens *ex ipsis locis discedere*. — 12. *suas* TUFV. — *solverunt* UF, Petav.; *solverent* ceteri antiquiores. *solvere jubebantur* recentes.

III. — 14-15. *Syriæ adeundæ* L. — 15. *a* om. TLVD. — 16. *magnopere* T. *pondere* supra posito. — 17. *deposito* V. — 20. *erat* om. V. — *Ptholom.* sive *Ptolom.* codd. constanter.

ætate, magnis copiis cum sorore Cleopatra bellum gerens, quam paucis ante mensibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat; castraque Cleopatrarum non longo spatio ab ejus castris distabant. Ad eum Pompeius misit, ut pro hospitio atque  
 5 amicitia patris Alexandria reciperetur atque illius opibus in calamitate tegeretur. Sed qui ab eo missi erant, confecto legationis officio, liberius cum militibus regis colloqui cœperunt eosque hortari, ut suum officium Pompeio præstarent neve  
 10 Pompeii milites, quos ex ejus exercitu acceptos in Syria Gabinius Alexandriam traduxerat, belloque confecto apud Ptolemæum, patrem pueri, reliquerat.

CIV. His tunc cognitis rebus, amici regis, qui propter ætatem ejus in procuratione erant regni, sive timore adducti, ut  
 15 postea prædicabant, sollicitato exercitu regio ne Pompeius Alexandriam Ægyptumque occuparet, sive despecta ejus fortuna, ut plerumque in calamitate ex amicis inimici existunt, his qui erant ab eo missi palam liberaliter responderunt, eumque ad regem venire jusserunt; ipsi clam consilio inito Achil-  
 20 lam, præfectum regionum, singulari hominem audacia, et L. Septimium, tribunum militum, ad interficiendum Pompeium miserunt. Ab his liberaliter ipse appellatus et quadam notitia Septimii productus, quod bello prædonum apud eum ordinem

2. regno om. V — 4. pro ejus hosp. Dδ et «quinque» Oud. — 5. operibus TL. — 6. fuerant L. — 8. ut si uim T. — 8-9. præstaret ... despiceret TLUFVD pr., Scal., Petav. — 10. Syriam TLUFV, Petav. — 10-11. Garin. antiquiores, Grabin. D corr. et rec.

CIV. — 14. curatione TL., Scal. — 15. ne soll. ex. regionem Pomp. Dδ et «quinque» Oud.; regione Pompeii Petav. — 19-20. Achillam in prief TLUFV. — 20. regionum singulum (signium T pr.) singulari TLUFV, Lov., antiqui librarii lapsus. — 22. Inter lib. et ipse quinque litt. erasæ T.

duxerat, naviculam parvulam conscendit cum paucis suis : ibi ab Achilla et Septimio interficitur. Item L. Lentulus comprehenditur ab rege et in custodia necatur.

CV. Cæsar, cum in Asiam venisset, reperiebat Titum Appium conatum esse pecunias tollere Epheso ex fano Dianæ, 5 ejusque rei causa senatores omnes ex provincia evocasse, ut his testibus in summa pecuniæ uteretur, sed interpellatum adventu Cæsaris profugisse. Ita duobus temporibus Ephesiæ pecuniæ Cæsar auxilium tulit. \*\*\*\* Item constabat Elide in templo Minervæ, repetitis atque enumeratis diebus, quo die 10 prælium secundum Cæsar fecisset. simulacrum Victoriæ, quod ante ipsam Minervam collocatum esset et ante ad simulacrum Minervæ spectavisset, ad valvas se templi limenque convertisse. Eodemque die Antiochiæ in Syria his tantus exercitus clamor et signorum sonus exauditus est, ut in muris armata civitas 15 discurreret. Hoc idem Ptolemaide accidit. Pergamique in occultis ac reconditis templi, quo præter sacerdotes adire fas non est, quæ Græci ἄδυτα appellant, tympana sonnerunt. Item Trallibus in templo Victoriæ, ubi Cæsaris statuam consecra-

1. *parvam ascendit* L. — *ibi* om. Dδ et alii rec., quorum nonnulli *et*. — 2. *L. erasum* in L. — 2-3. *comprenditur* F.

CV. — 4-5. *Appium* TLVδ. *Appium* D et alii. — 5. *phano* UF, Pet. — 6. *evocavisse* FH, Scal. — 7. *ea* (pro *in*) D corr., δ. — *summam* UF, Pet. — 9. *Cæs.* L ante *Eph.* — *tulit.* Item codd. Lacunam indicavit Otto. Nam res plane diversæ traduntur, quæ vocabulo *Item* conjungi non poterant. Excidit initium narrationis de prodigiis. — 12. *ante sim.* L. — 16. *Ptholom.*

vel *Ptolom.* codd. — *Pergami* quod editur in nullo nostrorum, in duobus modo tribusve rec. Oud.; vel recentissimus Bong. 3 *Pergamique.* — 17. *reconditis* UFD, Petav., Voss. et duo rec.; *recognitis* TLV; *conditis* Cuj. et duo alii; *remotis* δ et alii rec. — *templis* codd. præter δ et quatuor rec. Oud. — 18. *adita* codd. antiquiores, *abdita* Dδ — 19. *in Tr.* U; *Trallibus* TLUFV. — *statuas* T pr., eadem in. correctus; ante hanc vocem *victor* expunctum in L.

verant, palma per eos dies [in tecto] inter coagmenta lapidum ex pavimento exstitisse ostendebatur.

CVI. Cæsar paucos dies in Asia moratus, cum audisset Pompeium Cypri visum, conjectans eum Ægyptum iter habere pro-  
 5 pter necessitudines regni reliquasque ejus loci opportunitates, cum legione una, quam se ex Thessalia sequi jusserat, et altera, quam ex Achaia a Q. Fusio legato evocaverat, equitibusque dccc. et navibus longis Rhodiis x et Asiaticis paucis, Alexandriam  
 10 pervenit. In his erant legionibus hominum millia tria cc; reliqui vulneribus ex præliis et labore ac magnitudine itineris confecti consequi non potuerant. Sed Cæsar, confisus fama rerum gestarum, infirmis auxiliis proficisci non dubitaverat, æque omnem sibi locum tutum fore existimans. Alexandriae de Pompeii morte cognoscit atque ibi primum e nave egrediens  
 15 clamorem militum audit, quos rex in oppido præsidii causa reliquerat, et concursum ad se fieri videt, quod fasces anteferrentur. In hoc omnis multitudo majestatem regiam minui prædicabat. Hoc sedato tumultu, crebræ continuis diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant, compluresque milites  
 20 hujus urbis omnibus partibus interficiebantur.

CVII. Quibus rebus animadversis, legiones sibi alias ex Asia

1 *per eorum dies* D, *eos tum* corrector. — Verba *in tecto* nata esse ex errore veteris librarii sequentes litteras bis scribentis (ut modo *singulum* cap. 104) ostendit K. F. Hermannus. — *per coagn.* V.

CVI. — 3. *est cum* L. — 3-4. *Pomp.* om. F. — 5. *ejusdem l.* L. — 7. *Achaia* (*Achia* F) *atque Fusio* UFD pr., Voss., Petav.; *Ach. que Fusio* V; *Fusio* etiam

ceteri nostri et pars Oud. — 8. *1* om. L. Mox *Alexandream* aliquoties F. — 9. *tria ccc* D. Dorv., sed Petav. *cc* ap. Fabr. — 11. *poterant* L, *potuerunt* D. Voss. — 13. *atque omnem* codd., *æque omnem* eleganter Nipperdeius; *atque* om. Lov.,  $\delta$  et alii rec. — *fore* om. FV. — *existimabat* FD et nonnulli Oud. — 14. *de nave* L. — 18. *contin. dieb.* om. L.



adduci jussit, quas ex Pompeianis militibus confecerat. Ipse enim necessario etesiis tenebatur, qui navigantibus Alexandria sunt adversissimi venti. Interim controversias regum ad populum Romanum et ad se, quod esset consul, pertinere existimans, atque eo magis officio suo convenire, quod superiore 5 consulatu cum patre Ptolemæo et lege et senatusconsulto societas erat facta, ostendit sibi placere regem Ptolemæum atque ejus sororem Cleopatram exercitus quos haberent dimittere, et de controversiis jure apud se potius quam inter se armis disceptare. 10

CVIII. Erat in procuratione regni propter ætatem pueri nutricius ejus, eunuchus nomine Pothinus. Is primum inter suos queri atque indignari cœpit, regem ad causam dicendam evocari; deinde adjuutores quosdam consilii sui nactus ex regis amicis exercitum a Pelusio clam Alexandriam evocavit, atque 15 eundem Achillam, cujus supra meminimus, omnibus copiis præfecit. Hunc incitatum suis et regis inflatum pollicitationibus, quæ fieri vellet, litteris nuntiisque edocuit. In testamento Ptolemæi patris heredes erant scripti ex duobus filiis major et ex duabus filiabus ea quæ ætate antecedebat. Hæc uti fierent. 20

CVII. — 2. *ethes*. codd., unde in quibusdam rec., etiam Lov., *et hesitatione teneb.* — *morabatur* F pr., ead. m. correctum. — 3. *fiunt adv.* TUFVδ et alii rec. — 9-10. *deceptare* U.

CVIII. — 12. *Photinus* TL et reliqui Oud. præter Cuj. — *His Pal.*, Bong. 3. — 12-13. *inter se et suos* L. — 14. *consilii sui* LTV, qui duo *suis*, Lov. *conseiiis suis*. Aicardus et Lipsius *consilii sui*. UFD et plerique, ut videtur. Oud. *consilios sui*, om. δ. — *ex om.* L. qui mox *ex exerci-*

*tum.* — 15. *Pelusio* TUFV. — 17. *præfecit* TV. — *Incitatum* aut pro varietate habendum aut jungendum cum sequenti participio *inflatum*, ut apud Hirtium B. G. VIII, 12. *influntur et incitantur hostium animi*. Forchhammerus *inflatum* sechisit, quod non agnoscit D, paullo recentiore m. in margine suppletum. — *et suis et* L. priore *et* expuncto. — 19. *scriptis* UF. — 20. *duabus filiabus* unus L. reliqui non agnoscunt vocem *filiabus*. — *atate* om. L.

per omnes deos perque fœdera, quæ Romæ fecisset. eodem  
testamento Ptolemæus populum Romanum obtestabatur. Ta-  
bulæ testamenti unæ per legatos ejus Romam erant allatæ, ut  
in arario ponerentur (hæ, cum propter publicas occupationes  
5 poni non potuissent, apud Pompeium sunt depositæ), alteræ  
eodem exemplo relictæ atque obsignatæ Alexandria profere-  
bantur.

CIX. De his rebus cum ageretur apud Cæsarem, isque  
maxime vellet pro communi amico atque arbitro controver-  
10 sias regum componere, subito exercitus regius equitatusque  
omnis venire Alexandriam nuntiatur. Cæsaris copiæ nequaquam  
erant tantæ, ut eis extra oppidum, si esset dimicandum, confi-  
deret. Relinquebatur ut se suis locis oppido teneret consilium-  
que Achillæ cognosceret. Milites tamen omnes in armis esse  
15 jussit, regemque hortatus est ut ex suis necessariis quos habe-  
ret maximæ auctoritatis legatos ad Achillam mitteret et quid  
esset suæ voluntatis ostenderet. A quo missi Dioscorides et  
Serapion, qui ambo legati Romæ fuerant magnamque apud  
patrem Ptolemæum auctoritatem habuerant, ad Achillam per-  
20 venerunt. Quos ille, cum in conspectum ejus venissent, prius-  
quam audiret aut ejus rei causa missi essent cognosceret,  
corripiti atque interfici jussit; quorum alter accepto vulnere

1. *per que* f. UV. — 2. *Ptolemæus pater*  
*obt.* D, Petav., ortum ex compendio *p̄r.*  
vel *p. r.* in UFδ et aliis. — 3. *una* TL  
et «duo» Oud. — *Romæ* vel *rome* nostri  
consensu et potiores omnes Oud. — 4.  
*hec* F.

CIX. — 8. *rebus* om. L. — *hisque* vel  
*his quæ* L. — 9. *arbitrio* L, T pr. — 10-  
11. *regius post omnis* Petav. — 11. *Alexan-*

*drin venire* nunt. V. — 13. *suisque loc.* U  
pr. — 14-15. *jussit esse* U. — 15-16. *ex*  
om. V; *ut ejus necessarios ... auctoritatis*  
*ministros ad Lov.*, δ et alii rec. — 18.  
*Serapion* D. — 20. *conspectu* TLD et multi  
rec. — 21. *adiret* TUV D; om. F cum nota  
defectus. — *cui rei* UH. — *recognosceret*  
Pet., D et tres rec. — 22. *accepto ... alter*  
(1, p. 201) om. TLV.

occupatus per suos pro occiso sublatus, alter interfectus est. Quo facto regem ut in sua potestate haberet, Cæsar efficit, magnam regium nomen apud suos auctoritatem habere existimans, et ut potius privato paucorum et latronum, quam regio consilio susceptum bellum videretur.

5

CX. Erant cum Achilla copiae, ut neque numero neque genere hominum neque usu rei militaris contemnendæ viderentur. Millia enim xx in armis habebat. Hæc constabant ex Gabinianis militibus, qui jam in consuetudinem Alexandrinæ vitæ ac licentiæ venerant, et nomen disciplinamque populi 10 Romani dedidicerant, uxoresque duxerant, ex quibus plerique liberos habebant. Huc accedebant collecti ex prædonibus latronibusque Syriæ Ciliciæque provinciæ finitimarumque regionum. Multi præterea capitis damnati exulesque conveniant : fugitivis omnibus nostris certus erat Alexandriae receptus certaque vitæ conditio, ut dato nomine militum essent numero; si quis a domino prehenderetur, consensu militum eripiebatur, qui vim suorum, quod in simili culpa versabantur, ipsi pro suo periculo defendebant. Hi regum amicos ad mortem deposcere, hi bona locupletum diripere, stipendii augendi 20

3. *magnamque* codd. præter Regium Lond.; *que* Vascosanus delevit. — 3. *auct. hab.* om. L. quasi *magnam* præcessisset.

CX. — 6. *cum Achillæ* UHV, sed F *Achilla*. — 8. *Hoc* D pr.; *Hi* δ et alii rec. — 8-9 *Gabinianis* L. — 10. *vitæ ac consuetudine* T pr., correctum *vitæ a licentiâ*: deinde idem *venerant a.* in et mutatum. L *ac licentiâ*. — 11. *didicerant* codd., *dedidicerant* D. *dedidicerant* Aldus. — 13-14. *finitimarum regionumque* T. — 14. *Multi* om. L: *multi*. *Præterea* distinguit F. — 16-

17. *esset* TLAD, Petav., δ et alii rec. (non distinguentes post *numero*); *esse* UF. — 17. *quorum si* UFDδ et non nominati Oud. — *prender.* L. *compreh.* V. *comprehendebatur* L v., Pal., D (qui *preh.*): om δ. — *concurso* Aldus. — 18. *quod* om. V; *qui in* Dδ et «tres» Oud. — 18-19. *culpa* om. L. et *ipsi pro suo* inter versus. — 19. *rerum* TLUFV, Pet., duo Oud. — 19-20. *ad morem* iidem præter L, qui *ad bona dep.* — 20. *ii* (pro *hi*) UF. — *stipendia* UFD, Pet., δ et major pars Oud. — *augendi* om. L.

causa regis domum obsidere, regno expellere, alios arcessere  
 vetere quodam Alexandrini exercitus instituto consuerant.  
 Erant præterea equitum millia duo. Inveteraverant hi omnes  
 compluribus Alexandriae bellis: Ptolemæum patrem in regnum  
 5 reduxerant, Bibuli filios duos interfecerant, bella cum Ægyptiis  
 gesserant. Hunc usum rei militaris habebant.

CXI. His copiis fidens Achilles paucitatemque militum Cæ-  
 saris despiciens occupabat Alexandriam præter eam oppidi  
 partem, quam Cæsar cum militibus tenebat, primo impetu  
 10 domum ejus irrumpere conatus; sed Cæsar dispositis per vias  
 cohortibus impetum ejus sustinuit. Eodemque tempore pugna-  
 tum est ad portum, ac longe maximam ea res attulit dimica-  
 tionem. Simul enim diductis copiis pluribus viis pugnabatur,  
 et magna multitudine naves longas occupare hostes conaban-  
 15 tur; quarum erant 1. auxilio missæ ad Pompeium prælioque in  
 Thessalia facto domum redierant, illæ triremes omnes et quin-  
 queremes aptæ instructæque omnibus rebus ad navigandum:  
 præter has xxii, quæ præsidii causa Alexandriae esse consue-  
 rant, constratæ omnes; quas si occupavissent, classe Cæsari  
 20 erepta, portum ac mare totum in sua potestate haberent, com-  
 meatu auxiliisque Cæsarem prohiberent. Itaque tanta est con-

1. *alios atque alios arc.*, ut videtur, D a pr.; *expellere alios*, *alios arc.* correctus, δ et plures numero Oud. — *arcessere* L. — 3. *Erant* om. UFD pr., Voss., Petav. — *duo qui irritaverant. Hi* D (qui irrit. in ras.), δ, «quattuor» Oud. — *homines* (pro hi om.) TL, Scal. — 4. *cum plur.* F. — *Alexandreae* U, alibi mutatum.

CXI. — 8. *præterea opp.* codd. præter Reg. Lond. et Voss. Clarkii. — 10. *co-*

*natus est* Dδ et pars Oud. — *viam* Petav. et tres Oud. — 11. *a cohort.* U, a inter versus F. — *Eodem* V. — 14-15. *conab. hostes* L. — 17. *et instructæ* L. — 18. *xxii* L., *xxii* Lov. Deinde *erant quæ* D corr., δ et alii rec. — 19. *constructæ* F pr., *contractæ* D a pr. m., *rostratæ* correctus, δ, et sex ap. Oud. — *Cæsaris nostri et «plerique»* Oudendorpii. — 20. *tutum* Petav.

tentione actum, quanta agi debuit, cum illi celerem in ea re victoriam, hi salutem suam consistere viderent. Sed rem obtinuit Cæsar, omnesque eas naves et reliquas, quæ erant in navibus, incendit, quod tam late tueri parva manu non poterat. confestimque ad Pharum navibus milites exposuit. 5

CXII. Pharus est in insula turris magna altitudine, mirificis operibus exstructa; quæ nomen ab insula accepit. Hæc insula objecta Alexandriae portum efficit; sed a superioribus regionibus in longitudinem passuum dccc in mare jactis molibus angusto itinere et ponte cum oppido conjungitur. In hac sunt 10 insula domicilia Ægyptiorum et vicus oppidi magnitudine: quæque ibi cumque naves imprudentia aut tempestate paulum suo cursu decesserunt, has more prædonum diripere consueverunt. His autem invitis, a quibus Pharus tenetur, non potest esse propter angustias navibus introitus in portum. Hoc tum 15 veritus Cæsar, hostibus in pugna occupatis, militibus expositis Pharumprehendit atque ibi præsidium posuit. Quibus est rebus effectum uti tuto frumentum auxiliaque navibus ad eum supportari possent. Dimisit enim circum omnes propin-

1. *illi* V. reliqui *ille*. — 2. *ii sal.* UF. in s. V. — 4. *potuerat* Dδ. Voss.

CXII. — 6. *est enim in* V. — 7. *insula capit* U F V. — 8-9. *superioribus regionibus* D a pr. Voss. — 9. *pass. nougentos* Petav. — 10. *ponte ringitur* L. in marg. suppletis *cum oppido*. — *hac una sunt* D. Voss. et nonnulli rec. — 12. *queque* (*quæ qui* T. *quæ* δ) *ubique naves* TUFV δ et pars Oud., *quæ quicumque* L. i. e. *quandocumque* Leid. 2. *que quaquam ibique*; Voss., D pr. et Bong. 3. om. *ubique*; duo rec. *queque ubi*. Nipperdeius *queque ibi cumque*, postre-

num tenui auctoritate. ut malim *queque ibi naves*. deleto *que*. quod non raro temere illatum vidimus. — *si impr.* D corr. δ et duo rec. — *paulo* TL. — 13. *decesserint* L. — 14. *Is* TUV, *His* L. *His* FDδ. — *Phares* U. Petav. — 15. *angustias portus. Hoc* L. — 16. *militibusque* codd. *que* deleuit Scaliger. — 17. *Pharon* UF. Petav., Lov. — *comprehendit* D. Voss. et duo rec.; *appreh.* δ. Lov. — 18. *navibus* om. F. Pet. — 19. *Deauxit* TLUFV. Scal.: *Deauxit atque misit* Caj., Petav., ex varietate in archetypo annotata; *Deduxit*

5 quas provincias atque inde auxilia evocavit. Reliquis oppidi  
 partibus sic est pugnatum, ut æquo prælio discederetur, et  
 neutri pellerentur (id efficiebant angustiae loci), paucisque  
 utrimque interfectis, Cæsar loca maxime necessaria complexus  
 noctu præmuniit. Nec tractus oppidi pars erat regia exigua, in  
 quam ipse habitandi causa initio erat inductus, et theatrum  
 10 conjunctum domui [quod] arcis tenebat locum, aditusque ha-  
 bebat ad portum et ad reliqua navalia. Has munitiones inse-  
 quentibus auxit diebus, ut pro muro objectas haberet neu di-  
 micare invitus cogeretur. Interim filia minor Ptolemæi regis,  
 vacuam possessionem regni sperans, ad Achillam sese ex regia  
 trajecit, unaque bellum administrare cœpit. Sed celeriter est  
 inter eos de principatu controversia orta; quæ res apud milites  
 largitiones auxit: magnis enim jacturis sibi quisque eorum  
 15 animos conciliabat. Hæc dum apud hostes geruntur, Pothinus  
 [nutricius pueri et procurator regni, in parte Cæsar] cum ad  
 Achillam nuntios mitteret hortareturque, ne negotio desiste-  
 ret neve animo deficeret, indicatis deprehensusque internun-  
 tiis, a Cæsare est interfectus. [Hæc initia belli Alexandrini  
 20 fuerunt.]

Dδ et plurimi rec.: *Dimisit* Scaligero au-  
 ctore editur. — p. 203, l. 19 et p. 204,  
 l. 1. *propinquas regiones* fort. Cuj. et Lov.:  
*propinquas* om. Petav. — 3. *repell.* V. —  
 4. *amplexus* F. Pet. — 5. *præmuniit* T.  
*præmuniri* L. *nocte muniti* V. ceteri *noctu*  
*præmunit* (-*nirit* Palat.); sed aliud quid  
 latere videtur. — *tractu* codd.; *tractus*  
 Em. Hoffmannus. Turbate Lov. et δ:  
*Notium præmunitum nec tritum oppida re-*  
*gionis pars erat, in quam.* — *regia* D et  
 «tres» rec. Ond., iidemque *in qua*: anti-

quiores omnes *regie*. — 7. *domui erat tres*  
*rec.* — *quod* insititium esse observavit  
 Em. Hoffmannus. — 11. *ad* om. UF;  
*Achillan* U. et infra. — 15. *Plato Pothi-*  
*nus* T. priore voc. eraso. Ceteri præter  
 UF *Photinus*. Interpolationem ex c. 108  
 ductam agnovit F. Hoffmannus. — 16. *par-*  
*tem* TL; *partes* U. expuncto *s.* — 17.  
*nuntians* T a pr. — 18. *et ind.* TLV. *in-*  
*dicatus* L. — 19. *Hæc* etc. om. Dδ et  
 multi rec., in V rubricata velut titulus  
 libri sequentis. Editoris esse apparet.

AULI HIRTII  
BELLUM ALEXANDRINUM.

---

1. Bello Alexandrino conflato, Cæsar Rhodo atque ex Syria Ciliciaque omnem classem arcessit; Creta sagittarios, equites ab rege Nabatæorum Malcho evocat; tormenta undique conquiri et frumentum mitti, auxilia adduci jubet. Interim munitiones quotidie operibus augentur, atque omnes oppidi partes, 5 quæ minus esse firmæ videntur, testudinibus ac musculis tentantur; ex ædificiis autem per foramina in proxima ædificia arietes immittuntur, quantumque aut ruinis dejecitur aut per vim recipitur loci, in tantum munitiones proferuntur. Nam incendio fere tuta est Alexandria, quod sine contignatione ac 10 materia sunt ædificia et structuris ac fornicibus continentur, tectaque sunt rudere aut pavimentis. Cæsar maxime studebat, ut, quam angustissimam partem oppidi palus a meridie interjecta efficiebat, hanc operibus vineisque agendis ab reliqua

1. — 2. *arcessit* V. — 3. *Nauat.* codd. plerique; *Nauata* (*Naueta* L., *Norate* F pr.) *eorum* UFLVD pr. — *Malco* nostri præter L. — 4. *auxiliaque* L. — 6-7. *aptantur* codd.; *temptantur* Nipperdeius; *appetuntur*

*malebat* Em. Hoffmannus. — 7. *per* om. TLV, Lov. — 11. *et instructuris* L. — *et forn.* UF. — 12. *et tecta* L pr., *tectaque* a corr. — *ac pav.* L. — 13. *quam* D in ras. — *partem* om. L. — 14. *reliquis* F pr.

parte urbis excluderet, illud spectans, primum ut, cum in  
 duas partes esset urbis divisa acies, uno consilio atque imperio  
 administraretur; deinde ut laborantibus succurri atque ex al-  
 tera oppidi parte auxilium ferri posset; inprimis vero, ut aqua  
 5 pabuloque abundaret, quarum alterius rei copiam exiguam,  
 alterius nullam omnino facultatem habebat; quod utrumque  
 large palus præbere poterat.

II. Neque vero Alexandrinis in gerendis negotiis cunctatio  
 ulla aut mora inferebatur. Nam in omnes partes, per quas  
 10 fines Ægypti regnumque pertinet, legatos conquisitoresque  
 delectus habendi causa miserant, magnumque numerum in  
 oppidum telorum atque tormentorum convexerant et innumera-  
 bilem multitudinem adduxerant. Nec minus in urbe maximæ  
 armorum erant institutæ officinæ. Servos præterea puberes  
 15 armaverant; quibus domini locupletiores victum quotidia-  
 num stipendiumque præbebant. Hac multitudine disposita  
 munitiones semotarum partium tuebantur; veteranas cohortes  
 vacuas in celeberrimis urbis locis habebant, ut, quacumque  
 regione pugnaretur, integris viribus ad auxilium ferendum  
 20 opponi possent. Omnibus viis atque angiportis triplicem val-  
 lum obduxerant (erat autem quadrato exstructus saxo neque  
 minus XL pedes altitudinis habebat), quæque partes urbis in-  
 feriores erant, has altissimis turribus denorum tabulatorum  
 munierant. Præterea alias ambulatorias totidem tabulato-

1. *expectans* vel *expect.* codd. . *spectans*  
 Vascosanus. — 2. *urbs* codd. præter L. qui  
 omittit; *urbis* V. Lov. . Palat. et corrector  
 L. — 5. *abundarent* D. — *exig.* L in marg. .  
*exiguum* F pr. — 6. *utrimque* corrector D.

II. — 9-10. *quas* Ægypti regnum pert. L.

— 11. *dilectus* codd. — 11-12. *in urbem*  
 D marg. . in serie cum Lov. omittens verba  
*magnumque... convexerant.* — 17. *semo-*  
*torum* TÜFV. — 20. *opportuni* (sic) *essent*  
 D corr. . δ et alii rec. — 22. *pedum* XL L.  
 — 24. *communiarant* L.



rum confixerant, subjectisque eas rotis, funibus jumentisque objectis, directis plateis in quamcumque erat visum partem movebant.

III. Urbs fertilissima et copiosissima omnium rerum apparatus suggerebat. Ipsi homines ingeniosi atque acutissimi, quæ 5 a nostris fieri viderant, ea sollertia efficiebant, ut nostri illorum opera imitati viderentur, et sua sponte multa reperiabant, unoque tempore et nostras munitiones infestabant et suas defendebant. Atque hæc principes in consiliis concionibusque agitabant: «populum Romanum paulatim in consuetudinem 10 ejus regni occupandi venire. Paucis annis antea Gabinium cum exercitu fuisse in Ægypto: Pompeium se ex fuga eodem recepisse; Cæsarem venisse cum copiis, neque morte Pompeii quicquam profectum, quo minus apud se Cæsar commoraretur. Quem si non expulissent, futuram ex regno provinciam; idque 15 agendum mature: namque eum interclusum tempestatibus propter anni tempus recipere transmarina auxilia non posse.»

IV. Interim dissensione orta inter Achillan, qui veterano exercitui præerat, et Arsinoen, regis Ptolemæi minorem filiam, ut supra demonstratum est, cum uterque utrique insidiaretur 20

1. *confecerant* L. — 2. *directis* TFFV. — *plateis* UF; *plateis* D corr., δ et alii rec. — *erat usus* duo rec.

III. — 5. *ingeniosi* nostri et «quinque» Oud. (nam L in his numeris ubique deducendus); vulgo *ingeniosissimi*, ut nobis videtur, sine causa idonea. — 6. *a nobis* codd.; *nostris* Nipperdeius. — 7. *imitari* L; *imitari* Dδ et alii rec. — 8-9. *suasque* D marg., Lov., δ et alii rec.; *tem-*

*pore et suas mun. defendebant et nostras infestabant* L. — 9. *princeps* D pr., δ. — *concil.* in nullo nostrorum. — 14. *perfectum* L. — 15. *futuram dicebant* Lov., δ et alii rec. — *ex om.* V. — 16. *nam cum int.* T, et *que* inter versus.

IV. — 18. *Achillan* nostrorum TUF. Oud. sine var.; alii *Achillā*. — 19. *Arsinoen* UF. — *Ptolom.* codd. — 20. *demonstravimus* L.

et summam imperii ipse obtinere vellet, præoccupat Arsinoe per Ganymeden eunuchum, nutricium suum, atque Achillan interficit. Hoc occiso, sine ullo socio et custode ipsa omne imperium obtinebat; exercitus Ganymedi traditur. Is suscepto officio largitionem in milites auget et reliqua pari diligentia administrat.

V. Alexandria est fere tota suffossa, specusque habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in privatas domos inducitur, quæ paulatim spatio temporis liquescit ac subsidit. Hac uti domini aedificiorum atque eorum familiae consuerunt: nam quæ flumine Nilo fertur adeo est limosa ac turbida, ut multos variosque morbos efficiat: sed ea plebes ac multitudo contenta est necessario, quod fons urbe tota nullus est. Hoc tamen flumen in ea parte erat urbis, quæ ab Alexandrinis tenebatur. Quo facto est admonitus Ganymedes posse nostros aqua intercludi: qui, distributi munitionum tuendarum causa vicatim, ex privatis aedificiis specubus ac puteis extracta aqua utebantur.

VI. Hoc probato consilio, magnum ac difficile opus aggreditur. Interseptis enim specubus atque omnibus urbis parti-

1. *ipse* om. L, *se* Buslid. — *Arsinoen* L. — 2. *Ganim.* codd. constanter. *-meden* TUF, *-dem* ceteri. — 3. *interfecit* TV. — 4. *His* T. — 5. *militem* LV, Scal., Lov.,  $\delta$  et alii rec. — *et nostri præter* D $\delta$ , ab Oud. ex uno L allatum.

V. — 7. *pene tota* L. — *suffosa* L. *suffussa* F. — 7-8. *a Nilo* TLA. — 8. *a quibus* L. — 9. *liquescit, hac subsidit* (*subc. pr.*) V; *subsidet* F. D corr.,  $\delta$  et "quattuor" Oud. — 14. *erat* a correctore

post *urbis* habet L. — 15. *ammonitus* L. qui plerumque eodem modo in similibus. *ammiror.* *amministro*, et aliis. — 16. *distribuendi* T. ead. m. correctus. — *munitionem* T. *munituendam* V. — *vacatim* T. *m* expungens: *vacati* L. — 17. *specibus* TUVF. in quo *a* suprapositum antiqua m. — *excustra* U pr., ead. m. correctus.

VI. — 19. *specibus* TUFV. Mox T *urbis*. supraposito *i*.

bus exclusis, quæ ab ipso tenebantur, aquæ magnam vim ex mari rotis ac machinationibus exprimere contendit: hanc locis superioribus fundere in partem Cæsaris non intermittebat. Quam ob causam salsior paulo præter consuetudinem aqua trahebatur ex proximis ædificiis, magnamque hominibus admira- 5 tionem præbebat, quam ob rem id accidisset; nec satis sibi ipsi credebant, cum se inferiores ejusdem generis ac saporis aqua dicerent uti atque ante consuessent, vulgoque inter se conferebant et degustando, quantum inter se differrent aquæ. cognoscebant. Parvo vero temporis spatio hæc propior bibi 10 omnino non poterat, illa inferior corruptior jam salsiorque reperiēbatur.

VII. Quo facto dubitatione sublata, tantus incessit timor, ut ad extremum casum periculi omnes deducti viderentur, atque alii morari Cæsarem dicerent, qui non naves conscendere 15 juberet, alii multo gravius extimescerent [casum], quod neque celari Alexandrini possent in apparanda fuga, cum tam parvo spatio distarent ab ipsis, neque illis imminentibus atque insequentibus ullus in naves receptus daretur. Erat autem magna multitudo oppidanorum in parte Cæsaris, quam domiciliis 20

2. mare V. — 5. trhebatur (sic) F. — et prox. L. — 5-6. exhibebat admirationem V. — 6. causam F. superposito rem. — 6-7. ipsi sibi D. — 8. diggerent TV, diggerent L; aquæ digere Lov. ap. Fabr. — antea L. — consuescent T pr., consuescerant D, consuerant Lov. et alii rec. — 9. different TV. — 10. vero om. UF. autem Lov. — 11. jam om. L.

VII. — 15. quæ naves codd.; oportebat quæ (non), sive cum Forchham-

mero qui n. c. non juberet. — 16. juberent TV, Bong. 3, qui supra nihil morari a correctore. — Post extimesc. litteræ 17 erasæ in T. Vocem casum delendam esse vidit Hauptius; ut l. 14 ad extremum periculi in archetypo fuisse suspiceris, et casum in marg. suppletum. — 17. Alexandrini TLV. D pr., Scal., Voss.; ceteri Alexandrinis. — possint T, possunt L. — apparendu TLV. — 18. ab his D et Buslid. — illi TV. — 20. domiciliis TLV.

ipsorum non moverat, quod ea se fidelem palam nostris esse simulabat et descivisse a suis videbatur: [ut mihi defendendi essent Alexandrini neque fallaces esse neque temerarii, multaque oratio frustra absumeretur: cum vero uno tempore et  
5 natio eorum et natura cognoscatur, aptissimum esse hoc genus ad prodicionem dubitare nemo potest.]

VIII. Cæsar suorum timorem consolatione et ratione minuebat. Nam puteis fossis aquam dulcem reperiri posse affirmabat: «omnia enim litora naturaliter aquæ dulcis venas ha-  
10 bere. Quod si alia esset litoris Ægyptii natura atque omnium reliquorum, tamen, quoniam mare libere tenerent, neque hostes classem haberent, prohiberi sese non posse, quo minus quotidie navibus aquam peterent vel a sinistra parte a Parætonio vel dextra ab insula; quæ diversæ navigationes nunquam  
15 uno tempore adversis ventis præcluderentur. Fugæ vero nullum esse consilium non solum iis qui primam dignitatem haberent, sed ne iis quidem qui nihil præterquam de vita cogi-

1. *noverat* TL. — 2. *ut quod mihi* Bong. 3; *ut tum mihi* primæ edit. Debebant certe *ut tum defuit.*, sine *mihi*. Sed «glossema» in his ineptiis jam Gruterus agnovit, Kranerus «aut graviter corrupta, aut ab rhetore aliquo vel declamatore margini ascripta, » statuit rectissime. — 3. *neque faciles* L. — *essent* codd., quod correxit Nipperdeius. — 3-4. *multaque* codd. consensu. — 4. *assumeretur* L. — 6. *nemo dubitare* LD.

VIII. — 7. *conlotione* T. *collatione* L. Scal. — *oratione* D. — 8. *puteus* T. — 9. *Omnia enim* Oud. sive var., nostri præter TL, qui sine *enim*. — *litora* F constanter. — 10. *Ægypti* TLUFV δ et «qui-

dam» Oud. — 11. Post *quoniam* litteræ quinque erasæ in T. — 12. *haberent* om. L. *classem tenerent* T lapsu. — *prohibere* antiquiores omnes; *prohiberi* D corr., δ et pauci Oud.; *neque hostes classem prohibere possent* L. mediis omissis. Etiam TUFVD pr., Petav., Lov. *posseut*. Margo U: *quere*. — 13. *peterere* codd. præter UFD et non nominatos Oud. — 13-14. *Paratouio* codd., nisi quod ex Scal. *Paratouis* affertur; L. habet *aperaronis* sive *apar.*, compendio ambiguo. — 14. *vel dextra* TUFVD, Pet., Voss.: *vel a d.* Lδ et plures, ut videtur, Oudendorpii. — 16. *his* vel *hīs* nostri præter UF. — 17. *qui* om. TV.

tarent. Magno negotio impetus hostium adversos munitionibus  
sustinere; quibus relictis nec loco nec numero pares esse posse.  
Magnam autem moram et difficultatem ascensum in naves ha-  
bere, præsertim ex scaphis: summam esse contra in Alexan-  
drinis velocitatem locorumque et ædificiorum notitiam. Hos 5  
præcipue in victoria insolentes præcursuros et loca excelsiora  
atque ædificia occupaturos; ita fuga navibusque nostros pro-  
hibituros. Proinde ejus consilii obliviscerentur atque omni ra-  
tione esse vincendum cogitarent. ~

IX. Hac oratione apud suos habita atque omnium mentibus 10  
excitatis, dat centurionibus negotium, ut reliquis operibus in-  
termissis ad fodiendos puteos animum conferant, neve quam  
partem nocturni temporis intermittant. Quo suscepto negotio  
atque omnium animis ad laborem incitatis, magna una nocte  
vis aquæ dulcis inventa est. Ita operosis Alexandrinorum ma- 15  
chinationibus maximisque conatibus non longi temporis labore  
occursum est. Eo biduo legio xxxvii ex dediticiis Pompeianis  
militibus cum frumento, armis, telis, tormentis imposita in  
naves a Domitio Calvino, ad litora Africæ paulo supra Alexan-  
driam delata est. Hæ naves euro, qui multos dies continenter 20  
flabat, portum capere prohibebantur, sed loca sunt egregia  
omni illa regione ad tenendas ancoras. Hi cum diu retineren-  
tur atque aquæ inopia premerentur, navigio actuario Cæsa-  
rem faciunt certiore.

1. *Sine magno* Scal. — *impetum* L. —  
*adversos* ex codd., et ex H; *adversus* T,  
*adversis* L, uterque sine ex. — 2. *sustineri*  
codd.; *sustinerent* corrector D, Lov.; *susti-*  
*nere* Nipperdeius. — 4. *contra esse* L. —  
5. *ædificationum* L. — 6. *præcursituros* L.

— *excelsiora* U pr — 7. *ita tamen* f. TL.  
— *fugã* TUV, sed F erasa lineola.

IX. — 10. *apud eos* L. — 18. *tormen-*  
*tisque* pauci rec. — 19. *Calcutio* L. —  
*supra* om. TL, Scal. — 22. *anchors*  
codd. constanter.

X. Caesar, ut per se consilium caperet, quid faciendum vi-  
 deretur, navem conscendit atque omnem classem se sequi iussit  
 nullis nostris militibus impositis, quod, cum longius paulo  
 discederet, munitiones nudare nolebat. Cumque ad eum locum  
 5 accessisset, qui appellatur Chersonesus, aquandique causa re-  
 miges in terram exposuisset, nonnulli ex eo numero, cum lon-  
 gius a navibus prædatum processissent, ab equitibus hostium  
 sunt excepti. Ex his cognoverunt Caesarem ipsum in classe ve-  
 nisse nec ullos milites in navibus habere. Qua re comperta,  
 10 magnam sibi facultatem fortunam obtulisse bene gerendæ rei  
 crediderunt. Itaque naves omnes, quas paratas habuerant ad  
 navigandum, propugnatoribus instruxerunt. Caesarique re-  
 deunti cum classe occurrerunt. Qui duabus de causis eo die di-  
 micare nolebat, quod et nullos milites in navibus habebat, et  
 15 post horam x diei res agebatur; nox autem allatura videbatur  
 majorem fiduciam illis, qui locorum notitia confidebant; sibi  
 etiam hortandi suos auxilium defuturum, quod nulla satis ido-  
 nea esset hortatio, quæ neque virtutem posset notare neque  
 inertiam. Quibus de causis naves quas potuit Caesar ad terram  
 20 detrahit, quem in locum illos successuros non existimabat.

XI. Erat una navis Rhodia in dextro Cæsaris cornu longe  
 ab reliquis collocata. Hanc conspicati hostes non tenuerunt

X. — 2. *omnem multitudinem* L. ex-  
 puncto superpositum *classem*. — 3. *paulo*  
 L. inter versus. — 4. *nudari* UF, Cuj.,  
 Petav. — 5-6. *accessissent... exposuissent*  
 nostri et prope omnes Oud.; correxit Al-  
 dus. — 5. *Chersonensus* nostri, Scal.,  
 Petav.; *-ensis* L. *-ensus* Bong. 3. —  
 9. *neque nullus codex*. — 12. *instrucere-*

*runt* F, nec raro alibi similiter. — 13.  
*occurrerant* TV. — 14. *quod nullos* L. —  
 14-15. *habebat, post* TV, Pal. — 16. *no-*  
*ticiam* UF. — 17. *quo nulla* TLV. — 18.  
*quod neque* U pr. — 19. *Quibus de aquis*  
 Lov. — 20. *successuros* T pr., corrector  
*successores*, ut V et Scal.

XI. — 22. *terunt* T. *tenunt* F pr.,

sese, magnoque impetu iv ad eam constrictæ naves et complures apertæ contenderunt. Cui coactus est Cæsar ferre subsidium, ne turpem in conspectu contumeliam acciperet, quamquam, si quid gravius illis accidisset, merito casurum iudicabat. Prælium commissum est; magna contentio Rhodiorum: qui 5 cum in omnibus dimicationibus et scientia et virtute præstissent, tum maxime illo tempore totum onus sustinere non recusabant, ne quod suorum culpa detrimentum acceptum videretur. Ita prælium secundissimum est factum. Capta est una hostium quadriremis, depressa est altera, duæ omnibus epi- 10 batis nudatæ; magna præterea multitudo in reliquis navibus propugnatorum est interfecta. Quod nisi nox prælium diremisset, tota classe hostium Cæsar potitus esset. Hac calamitate perterritis hostibus, adverso vento leniter flante, naves onerarias Cæsar remulco victricibus suis navibus Alexandriam 15 deducit.

III. Eo detrimento adeo sunt fracti Alexandrini, cum jam non virtute propugnatorum, sed scientia classiariorum se victos viderent, quibus\*\*\*\* et superioribus locis sublevabantur, ut ex ædificiis defendi possent, et materiam cunctam objicerent, 20

ead. m. *er* inserto; *tenuit* U, *terter* V; *verterunt* L sine *non*; *junxerunt* Lov., Pal., δ, D corr., *eujus* a pr. m. *tenuerunt* fuisse videtur. — 1. *rostrate* Dδ et multi rec. — 3. *turpe* T; *turpiter* V corr. — 4. *illi* Lov., Bong., Pal. — *casum* L. — 5. *contentio* nostri præter δ, Scal., Petav., Voss. Vulgo *contentione*. Aliter distinguendum erat, ut factum in F. — 5-6. *qui tum* L; *Rhodiarum*, et *cum* Lov. — 7. *in illo* L, *in* quidem in ras. duarum triumve litt.

— 8. *culpâ* U, F pr. — 10. *est* om. L. — *altera*. *Deinde* (*Alterâ d.* D) *omnibus* codd.; *altera*, *duæ om.* Turnebus. Lov., δ et alii rec. ap. Oud.; *altera*, *alteraque perturbata* (*perforata* Fr. Gronov.); *deinde omnes epib.* In *nudatæ* nullus variat. — 11. *magnæ* TLV. — 15. *remulgo* codd.; *remigio* δ, Lov.

XII. — 18. *pugnatorum* L. — *et class.* (*class. et Bong.*) *navigatorum* D, Bong. 3. — 19. Lacunam Nipperdeius notavit.

quod nostræ classis oppugnationem etiam ad terram vere-  
bantur. Idem, posteaquam Ganymedes in concilio confirmavit  
sese et eas, quæ essent amissæ, restitutum et numerum ad-  
aucturum, magna spe et fiducia veteres reficere naves accu-  
5 rariusque huic rei studere atque inservire instituerunt. Ac  
tametsi amplius ex navibus longis in portu navalibusque ami-  
serant, non tamen reparandæ classis cogitationem deposue-  
runt. Videbant enim non auxilia Cæsari, non commeatus sup-  
portari posse, si classe ipsi valerent; præterea nautici homines,  
10 urbis et regionis marinæ, quotidianoque usu a pueris exer-  
citati, ad naturale ac domesticum bonum refugere cupiebant;  
et quantum parvulis navigiis profecissent, sentiebant: itaque  
omni studio ad parandam classem incubuerunt.

XIII. Erant omnibus ostiis Nili custodiæ exigendi portorii  
15 causa dispositæ. Naves veteres erant in occultis regiæ navali-  
bus, quibus multis annis ad navigandum non erant usi. Has  
reficiebant, illas Alexandriam revocabant. Deerant remi: por-  
ticus, gymnasia, publica ædificia detegebant; asseres remo-  
rum usum obtinebant; aliud naturalis sollertia, aliud urbis  
20 copia subministrabat. Postremo non longam navigationem

1. *classes* V. — 2. *Item* corrector D.  
— *firmavit* TV. — 3. *ut eas* TLV. —  
3-4. *adacturum* TV. — 5-6. *Ac tam* (a sec.  
in *tum* mutatum) *etsi* T. — 6. *amplius*  
*ex nar.* codd.; *ex* Aldus. — 6-7. *misce-*  
*rant* nostri et «quinque» Oud., qui cum  
Aldo *amiserant*. — 7. *non tamen* UFD  
(in quo *non* expunctum) et Oudendor-  
piani præter «tres» recentes qui *tamen*,  
ut ceteri nostri et primæ edd. — 7-8. *depo-*  
*suerant* TL. quorum in illo m. sec. inter

versus, in hoc eadem m. in margine *non*  
verbo præposuit. Lov., Pal. *δ habuerunt*.  
— 8. *Cæsaris* codd.; *Cæsari* Stephanus.  
— 10. *religionis* UF, Lov. — 11. *naturalē*  
TV. — 13. *paranda* T; *reparandam* L.

XIII. — 14. *portarii* T pr., et «qui-  
dam» Oud.; *porticum* (non *portus*) Lov.  
— 18. *gymnasia studia* D. — 19. *usu* L;  
*usum tenebant* T, ead. m. correctus. Idem  
*aliut*, mox *aliud*. — 20. *ministrabat* L.  
*sumministr.* Petav., ut solet.



parabant. sed præsentis temporis necessitati serviebant et in ipso portu confligendum videbant. Itaque paucis diebus contra omnium opinionem quadriremes xvii. quinqueremes v conferunt: ad has minores apertasque complures adjecerunt et in portu periclitati remigio. quid quæque earum efficere posset. idoneos milites imposuerunt. seque ad confligendum omnibus rebus paraverunt. Cæsar Rhodias naves ix habebat (nam decem missis una in cursu litore Ægyptio defecerat). Ponticas viii. Lycias v. ex Asia vii. Ex his erant quinqueremes et quadriremes v. reliquæ infra hanc magnitudinem et pleræque 10 apertæ. Tamen virtute militum confisus. cognitis hostium copiis. se ad dimicandum parabat.

XIV. Postquam eo ventum est. ut sibi uterque eorum confideret. Cæsar Pharon classe circumvehitur adversasque naves hostibus constituit: in dextro cornu Rhodias collocat. in 15 sinistro Ponticas. Inter has spatium cccc passuum relinquit. quod satis esse ad explicandas naves videbatur. Post hunc ordinem reliquas naves subsidio distribuit: quæ quamque earum sequatur et cui subveniat. constituit atque imperat. Non dubitanter Alexandrini classem producunt atque instruunt: 20 in fronte collocant xvii. reliquas subsidiarias in secundo ordine constituunt. Magnum præterea numerum minorum na-

3. vii Palat. — 4. *quam plures* L. — 5. *quod* V. — 7. viii TL. *ceteri viii*. U<sup>viii</sup>. — 8. *uno incursu* L. — *Ægypto* TL. — 9. *Licias* TL. Petav. — *erant om.* Cujac.

XIV. — 13. *eorum* om. TLV. — 14. *classi* TLUFV. — 15-16. *Rhodios... Ponticos. Inter hos* TUFVD pr. Petav. Lov.:

*hos etiam* L. Alia ratio est infra c. 16. ubi post *naves Rhodias* inferitur: *Sustinent* IIII. — *locat* L. — 16. *his* (supraposito o) *ispatium* T. — *pedum* Lov. et alius Oud. — *reliquit* TL. *tres* Oud. — 18. *que quam quisque* D corr. δ. Lov. et alii rec. nonnulli sine *que*. — 18-19. *earum* L. inter versns. — 20. *atque institunt* V.

vigiorum et scapharum producunt cum malleolis ignibusque. si quid ipsa multitudo et clamor et flamma nostris terroris afferre possent. Erant inter duas classes vada transitu angusto, quæ pertinent ad regionem Africæ (sic enim prædicant, partem esse Alexandriae dimidiam Africæ), satisque diu inter ipsos est expectatum, ab utris transeundi fieret initium, propterea quod ei qui intrassent, et ad explicandam classem et ad receptum, si durior accidisset casus, impeditiores fore videbantur.

10 XV. Rhodiis navibus præerat Euphranor, animi magnitudine ac virtute magis cum nostris hominibus quam cum Græcis comparandus. Hic, ob notissimam scientiam atque animi magnitudinem, delectus est ab Rhodiis, qui imperium classis obtineret. Qui ubi cessari animum advertit, "Videris mihi,"  
 15 inquit, "Cæsar, vereri, si hæc vada primis navibus intraris, ne prius dimicare cogaris, quam reliquam classem potueris explicare. Nobis rem committe : nos prælium sustinebimus" (neque tuum iudicium fallemus), dum reliqui subsequantur. "Hos quidem diutius in nostro conspectu gloriari magno no-  
 20 bis et dedecori et dolori est." Cæsar illum adhortatus atque omnibus laudibus prosecutus dat signum pugnae. Progressas

1. *scapharum* A δ et alii rec.; *scaphas* v Lov., Buslid. — 5-6. *inter ipso se expect.* T. — 6. *fieret transeundi* TL. — 7. *ei antiquiores consensu, et V; eis* D et recentes. — 8. *expeditiores* TLUV, Cuj., Lov : *expedissores* F, *impeditiores* Dδ.

XV. — 12. *ob tatissimam* T, *no* inter versus. — 14. *Cæsaris animum advertit* codd., quod non recte dici multis ostendit Forchhammerus, et vel *dubitationem* ad-

dendum vel *dubitare Cæsarem* esse corrigendum. Recepti optimam emendationem Kraueri. — 15. *intraveris* D corr., δ et pars Oud. — 16. *putaveris* V. — 19. *Hostes quidem* D corr., δ et alii rec. — 21. *pugna* L cum sequentibus jungens, et V, cujus corrector *pugnandi*. — *Progressas* T pr., LUFV, Petav., Lov. Verum reliquæ naves postea demum subsecutæ sunt.

ultra vadum iv Rhodias naves circumstant Alexandrini, atque in eas impetum faciunt. Sustinent illi atque arte sollertiaque se explicant; ac tantum doctrina potuit, ut in dispari numero nulla transversa hosti objiceretur, nullius remi detergerentur, sed semper venientibus adversæ occurrerent. Interim sunt reli- 5 quæ subsecutæ. Tum necessario discessum ab arte est propter angustias loci, atque omne certamen in virtute constitit. Neque vero Alexandriae fuit quisquam aut nostrorum aut oppidanorum, [qui aut in opere aut in pugna occupatum animum haberent,] quin altissima tecta peteret, atque ex omni prospectu 10 locum spectaculo caperet, precibusque et votis victoriam suis ab diis immortalibus exposceret.

XVI. Minime autem par erat prælii certamen. Nostris enim pulsus neque terra neque mari effugium dabatur [victis], omniaque victoribus erant futura in incerto: illi, si superassent 15 navibus, omnia tenerent: si inferiores fuissent, reliquam tamen fortunam periclitarentur. Simul illud grave ac miserum videbatur, perpauca de summa rerum ac de salute omnium decertare: quorum si qui aut animo aut virtute cessisset, reli-

2. rate soll. TLV. — 3. doctriua (sic) T. — 4. nullicque remis detergerentur Bong. 3. — 7. consti... T. cum ras. — 9. in oppugnatione occup. δ et alii rec. — 9-10. haberet LDδ. Indicavi emblemata. — 10. peteret L inter versus. — 10-11. omni prospectando loco (hoc inter versus additum in D) spectaculum cap. Dδ et alii rec.; spectaculoque T, sed que expunctum; peteret (pro cap.) V, idemque Pal. pro exposceret. — 11-12. suis abditis T pr.

XVI. — 13. Minime enim D et tres

rec. — parebat prælii. L. — 14. dabatur ultimum, om. D corr., δ et alii rec. Vocem victis recte seclisit Forchhammerus. — 16-17. reliquum futurum quod pericli. D corr., δ et alii rec. — 18. perpauca ac de summa salute om. TL; perp. de summa ac de sal. omnium (dominium F compendio) UFVD, Petav., Lov.; rerum habet δ et haud dubie alii rec. — 19. si quis D δ et alii rec.; quoniam si ipsi ... cessissent Kranerus. — aut (ante animo) om. U pr., ead. m. suppletum — cessissent D pr.

quis etiam esset cadendum, quibus pro se pugnandi facultas non fuisset. Hæc superioribus diebus sæpenumero Cæsar suis exposuerat, ut hoc majore animo contenderent, quod omnium salutem sibi commendatam viderent. Eadem suum quisque  
 5 contubernalem, amicum, notum prosequens erat obtestatus, ne suam atque omnium falleret opinionem, quorum iudicio delectus ad pugnam proficisceretur. Itaque hoc animo est decertatum, ut neque maritimis nauticisque sollertia atque ars præsidium ferret, neque numero navium præstantibus multi-  
 10 tudo prodesset, neque electi ad virtutem e tanta multitudine viri virtuti nostrorum possent adæquare. Capitur hoc prælio quinquagemis una et biremis cum defensoribus remigibusque, et deprimuntur tres, nostris incolumibus omnibus. Reliquæ propinquam fugam ad oppidum capiunt; quas protexerunt ex  
 15 molibus atque aedificiis imminentibus et nostros adire propius prohibuerunt.

XVII. Hoc ne sibi sæpius accidere posset, omni ratione Cæsar contendendum existimavit, ut insulam molemq; ad insulam pertinentem in suam redigeret potestatem. Perfectis  
 20 enim magna ex parte munitionibus in oppido, etiam illa urbem

1. *cavendum* codd., *cadendum* edd. cum Aldo, quod non satisfacit. Probabiliter Vielhaberus illa *de summa rerum* in margine archetypi scripta, postea alieno loco restituta in seriem statuit, ita scribens: *perpaucos de salute omnium decertare, qui si animo aut virtute cessissent, reliquis etiam esset de summa rerum cavendum.* — 7. *est animo* L. — 8. *neque nauticis* L. — 9. *numerum* F. — 10. *neque flecti* codd. antiquiores; *neque flexi* Dδ et alii rec.; *electi*

Giacconius et Davisius, ut Bell. civ. III. 84, *electi milites ad pernicitatem.* — 11. *virtute* T pr. — *adæquare* UFLD pr.: *adæquarent* TV. Scal.: *adæquare* δ et non nominati Oud. — 12. *et x biremes* δ. Lov., Pal., Bong., etiam alia hic interpolantes. — *defens. suis* D, Voss.

XVII. — 17. *sibi* om. L. — 20. *in oppido et illa in urbem* (*urbe* UF) antiquiores omnes; *et oppidum et urbem* recentiores: *etiam illa urbem* Nipperdeius.

uno tempore tentari posse confidebat. Quo capto consilio cohortes x et levis armaturæ electos, quosque idoneos ex equitibus Gallis arbitrabatur, in navigia minora scaphasque imponit: alteram insulæ partem destinendæ manus causa constrictis navibus aggreditur, præmiis magnis propositis, qui primus 5 insulam cepisset. Ac primo impetum nostrorum pariter sustinerunt. Uno enim tempore et ex tectis ædificiorum propugnabant et litora armati defendebant, quo propter asperitatem loci non facilis nostris aditus dabatur, et scaphis navibusque longis quinque mobiliter et scienter angustias loci tuebantur. 10 Sed ubi primum, locis cognitis vadisque pertentatis, pauci nostri in litore constiterunt, atque hos sunt alii subsecuti constanterque in eos, qui in litore æquo institerant, impetum fecerunt, omnes Pharitæ terga verterunt. His pulsis, custodia portus relictæ naves ad litora et vicum applicarunt, seque ex 15 navibus ad tuenda ædificia eiecerunt.

XVIII. Neque vero diutius ea munitione se continere potuerunt, etsi erat non dissimile atque Alexandriæ genus ædificiorum, ut minora majoribus conferantur, turresque editæ et conjunctæ muri locum obtinebant, neque nostri aut scalis aut 20

1. *uno temptari* (sine tempore) TL —  
 2. *quos idoneos* codd., *quosque* Lipsius. —  
 4. *in alteram* codd. antiquiores (etiam D) præter Petav., qui *inde alt.* Recentium pars *inque alt.* Præpositionem eiecit Nipperdeius. — *destinendæ* TV, Lov. — *constrictis* T, V et D a pr., *contractis* V sec., Pal. — 5. *præmiisque* nostri omnes. — 6. *primum* TL. — 7. *ædif.* om. L. — 12. *constiterant* L. — 12-13. *constanterque* TV, *constanter* L. — 13. *constiterant* FL.

Petav. — 14. *Illi pulsati* D et tres rec. — 14-15. *custodiæ portus relictæ* codd., quod correxit Jurinius. — 15. *naves* om. L. — *applicaverunt* L, *applicuerunt* δ, Lov., *applicavit* D pr.

XVIII. — 17. *ex munitione* codd., *munitionibus* L pr.: *ea munitione* Davisius: *ipsi ex m.* D corr., δ et alii rec. — 18. *etsi diss. non erat* V. — 19. *minora minoribus* TLV, Lov. — *circumferantur* L. — 20. *munitione* L pr., superscripto *conjunctæ*.

eratibus aut reliquis rebus parati venerant ad oppugnandum. Sed terror hominibus mentem consiliumque eripit et membra debilitat, ut tum accidit. Qui se in æquo loco ac plano pares esse confidebant, iidem perterriti fuga suorum et cæde pau-  
 5 corum, *xxv* pedum altitudine in ædificiis consistere ausi non sunt seque per molem in mare præcipitaverunt et *cccc* passuum intervallum ad oppidum enataverunt. Multi tamen ex his capti interfectique sunt: sed numerus captivorum omnino fuit sexcenti.

10     *MX.* Cæsar, præda militibus concessa, ædificia diripi iussit castellumque ad pontem, qui propior erat Pharo, communit, atque ibi præsidium posuit. Hunc fuga Phariæ reliquerant: certiores illum propioremque oppido Alexandrini tuebantur. Sed eum postero die simili ratione aggreditur.  
 15 quod his obtentis duobus omnem navigiorum excursus et repentina latrocinia sublatum iri videbat. Jamque eos, qui præsidio eum locum tenebant, tormentis ex navibus sagittisque depulerat atque in oppidum redegerat, et cohortium trium instar in terram exposuerat (non enim plures consistere an-  
 20 gustiæ loci patiebantur); reliquæ copiæ in navibus stationem obtinebant. Quo facto imperat pontem adversus hostem præ-

3. *tunc* TLFV; in ceteris *tunc*. — 4. *idem* codd. — 5. *in alt. in* L. — *constare* Lov. (non L.). — 5-6. *non sunt ausi* L. — 6. *sed per* Scal. — *cccc* D. Nullus nostrorum *intervallo*. — 7. *ad opp.* om. L. — 9. *nc* vel *sexcenti* edd. primæ, codicum nullus, qui *vī* (L *vi*) vel litteris *sex mil.* (Cuj.), *sex milia* (Petav.).

*MX.* — 10. *militibus præda* U (non F). — 11. *qui ... prior* L. eraso compendio

*pro*, ejus vestigium cernitur; *prior* F. — 11-12. *communit* L. — 12. *præsidium ibi* V. — *Phar. fuga* F. — 13. *fortiorem* UFD et non nominati Oud. — *propinquioremque* D, Voss. — 15. *quod* om. TLFV; *qui* D; — *iis* UF; *Hisque obt.* δ. Lov. — 16. *videbantur* codd., nisi quod *videbatur* est in UF; *videbat* Th. Bentleius. — 19-20. *loci angust.* L. — 21. *hostem adversus* V.

vallari et, qua exitus navibus erat, fornice exstructo, quo pons sustinebatur, lapidibus oppleri atque obstrui. Quorum altero opere effecto, ut nulla omnino scapha egredi posset, altero instituto, omnes Alexandrinorum copiae ex oppido se ejecerunt et contra munitiones pontis latiore loco constiterunt, eodemque 5 tempore, quæ consueverant navigia per pontes ad incendia onerariarum emittere, ad molem constituerunt. Pugnabatur a nostris ex ponte, ex mole; ab illis ex area, quæ erat adversus pontem, et ex navibus contra molem.

XX. In his rebus occupato Cæsare militesque hortante, 10 remigum magnus numerus et classiariorum ex longis navibus nostris in molem se eiecit. Pars eorum studio spectandi ferebatur, pars etiam cupiditate pugnandi. Hi primum navigia hostium lapidibus ac fundis a mole repellebant ac multum proficere multitudine telorum videbantur. Sed postquam ultra 15 eum iocum ab latere eorum aperto ausi sunt egredi ex navibus Alexandrini pauci, ut sine signis certisque ordinibus, sine ratione prodierant, sic temere in naves refugere cœperunt. Quorum fuga incitati Alexandrini plures ex navibus egrediebantur nostrosque acrius perturbatos insequiebantur. Simul, 20 qui in navibus longis remanserant, scalas rapere navesque a terra repellere properabant, ne hostes navibus potirentur. Quibus omnibus rebus perturbati milites nostri cohortium trium, quæ in ponte ac prima mole constiterant, cum post se clamorem exaudirent, fugam suorum viderent, magnam vim 25

1. *navibus exitus* Petav. — *instructo* L.  
— 5-6. *Eodem tempore* V, sectione facta.  
— 6. *consueverant* D. — 7-8. *a nobis* codd :  
*nostris* edd. vet. — 8. *ex archa* L.

XX. — 11. *remigium* T. D corr., δ.  
— 18. *fugere* TL. *profugere* V; *temere se*  
*in naves receperunt* δ et alii rec. — 20.  
*perturbantes* TLV.

telorum adversi sustinerent, veriti ne ab tergo circumveni-  
rentur et discessu navium omnino reditu intercluderentur.  
munitionem in ponte institutam reliquerunt et magno cursu  
incitati ad naves contenderunt. Quorum pars proximas na-  
5 naves multitudine hominum atque onere depressa est, pars  
resistens et dubitans, quid esset capiendum consilii, ab  
Alexandrinis interfecta est; nonnulli feliciore exitu expeditas  
ad ancoram naves consecuti incolumes discesserunt, pauci  
allevatis scutis et animo ad conandum nisi ad proxima na-  
10 vigia adnatarunt.

XXI. Cæsar quoad potuit cohortando suos ad pontem ac  
munitiones continere, eodem in periculo versatus est; post-  
quam universos cedere animadvertit, in suum navigium se  
recepit. Quo multitudo hominum insecuta cum irrumperet,  
15 neque administrandi neque repellendi a terra facultas daretur,  
fore quod accidit suspicatus, sese ex navigio ejecit atque ad  
eas, quæ longius constiterant, naves adnatavit. Hinc suis la-  
borantibus subsidio scaphas mittens nonnullos conservavit.  
Navigium quidem ejus multitudine depressum militum una  
20 cum hominibus interiit. Hoc prælio desiderati sunt ex numero  
legionariorum militum circiter cccc et paulo ultra eum nu-  
merum classarii et remiges. Alexandrini eo loco castellum

1. *a tergo* L. — 2. *reditu* om. L. —  
3. *in pontem* codd. præter Bong. 3. qui  
*in ponte*. — 8. *paucis* U, expuncto *s*. —  
9. *allevati* D et recentes Oud. — *nisi* om.  
 $\delta$  et alii rec., delet corrector D. — 10.  
*adnatarunt* L.

XXI. — 12. *munitione* L. — *contendere*  
codd.; *continere* Lipsius et Jurinius. In  
archetypo *contenere* fuerit. — 13. *Cæsar*

*cedere* V. sectione ad *Postquam* facta. —  
15. *a terra* L. inter *versus*, item *naves*  
L. 17. *subsidio* L. 18. — 19-20. *una cum*  
*hom.* om. L.; *una* F in marg. — 21. *cccc*  
linea superducta antiquiores. — *paulo*  
*eum* codd. antiqui, F *eum* nota vitii:  
*prope eum* Petav. et Norvic.; *paulo post*  
*eum*  $\delta$ . Lov. et alii rec.: *ultra*, a Beroaldo  
insertum, fort. est in Cujac.



magnis munitionibus multisque tormentis confirmarunt atque egestis ex mari lapidibus, libere sunt usi postea ad mittenda navigia.

XXII. Hoc detrimento milites nostri tantum affuerunt ut perturbarentur, ut incensi atque incitati magnas accessiones 5 fecerint in operibus hostium expugnandis, in præliis quotidianis, quandocumque fors obtulerat, procurrentibus et erumpentibus Alexandrinis manum \*\*\* comprehendi multum operibus \*\*\* et ardentibus studiis militum, nec divulgata Cæsaris hortatio subsequi legionum aut laborem aut pugnandi poterat 10 cupiditatem, ut magis deterrendi et continendi a periculosissimis essent dimicationibus quam incitandi ad pugnandum.

XXIII. Alexandrini, cum Romanos et secundis rebus confirmari et adversis incitari viderent, neque ullum belli tertium casum nossent, quo possent esse firmiores, ut conjectura con- 15 sequi possumus, aut admoniti a regis amicis, qui in Cæsaris erant præsidiis, aut suo priore consilio per occultos nuntios

1. *tormentisque multis* F, Petav.

XXII. — 4. *fuertit* TLV, Scal.; *affuer.* UF, *abf.* pars Oud.; *tantammodo sunt perturbati, sed inc.* D in ras.,  $\delta$  et alii rec. — 5. *incessi* L. — *accensiones* F. — 6. *fecerunt* Petav. — *præliisque* D corr.,  $\delta$ . Reg. Lond. — 8. *comprehendendi* Buslid. — *militum op.* L. Lacunas aliis rectius indicavit Nipperdeius, rem sic exponens: «*Manum superioribus adungere licet, ut deinde excidisse statuamus conserentes vel simile quid. Verba comprehendendi multum operibus reliquæ sunt hujusmodi sententiæ, Cæsarem comprehendendi multum operibus noluisse, id quod, cum milites Alexandrinos*

premerent et repellerent, necessario consequeretur. Proxima et ardentibus studiis militum extrema fuerunt deperditi enuntiatum: nam nec cum superioribus coherent, et a sequentibus nec divulgata novum enuntiatum incipit, quod superiori illi conjunctum fuit. » — 10. *exhortacio* V.

XXIII. — 13. *cum* om. T. — 14-15. *casum tertium* L.; *tunc uim* (hoc expunctum) *casum* D, et «*quidam*» Oud. qui *tunc c.* Bong. *inde c.* — 15. *noscerent* D, Petav., tres rec. — *qui poss.* TLFV, Scal. — 16. *incitati a* Pet., Norvic. — 17. *erant ante in* L, deinde *aut priore cons. suo per occ. regis nunt.*

regi probato, legatos ad Cæsarem miserunt, ut dimitteret regem transireque ad suos pateretur : paratam enim omnem multitudinem esse, confectam tædio puellæ, fiduciario regno, dominatione crudelissima Ganymedis, facere id quod rex imperasset; quo si auctore in Cæsaris fidem amicitiamque venturi essent, nullius periculi timorem multitudini fore impedimento, quo minus se dederent.

XXIV. Cæsar, etsi fallacem gentem semperque alia cogitantem, alia simulantem, bene cognitam habebat, tamen pe-  
 10 tentibus dare veniam utile esse statuit, quod, si quo pacto sentirent ea quæ postularent, mansurum in fide dimissum regem credebat; sin, id quod magis illorum naturæ conveniebat, ducem ad bellum gerendum regem habere vellent, splendidius atque honestius se contra regem quam contra convenarum ac fugitivorum manum bellum esse gesturum. Itaque  
 15 regem cohortatus, ut consuleret regno paterno, parceret præclarissimæ patriæ, quæ turpibus incendiis et ruinis esset deformata, cives suos primum ad sanitatem revocaret, deinde conservaret, fidem populo Romano sibi que præstaret, cum  
 20 ipse tantum ei crederet, ut ad hostes armatos eum mitteret, dextra dextram tenens dimittere cœpit adulta jam ætate puerum. At regius animus disciplinis fallacissimis eruditus, ne a

1. *regis* codd.; *regi* aut Scal. cod. aut Ursini mss. — *mittunt* L. — 2. *omnem* om. TL. — 3-4. *fiduciario dominatione* TL, Scal., *fiduciaria* Nipperdeius; *fiduciario regno, domin.* ceteri codd. et edd., quod æque verum nec mutandum esse apparet ex cap. 33. — 5. *atque amicitiam* L. — 5-6. *ventura* T pr.

XXIV. — 8. *si* (non *etsi*) T. — 10. *constituit* D et quattuor rec. — 10-11. *quo facto sentiret* codd., correxit P. Manutius. — 11. *postularet* FDD et alii rec. — 12. *quod magis credebat* (spat. vacuum quinque litterarum) *conveniebat* L. — 15. *esse* om. V. — 16. *parceret et* TLD FV, Petav. — 22. *regis* D et tres rec.

gentis suæ moribus degeneraret, flens orare contra Cæsarem cœpit, ne se dimitteret : « non enim sibi regnum ipsum conspectu Cæsaris esse jucundius. » Compressis pueri lacrimis, Cæsar ipse commotus, celeriter, si illa sentiret, fore eum secum affirmans, ad suos dimisit. Ille, ut ex carceribus in liberum 5 cursum emissus, adeo contra Cæsarem acriter bellum gerere cœpit, ut lacrimas, quas in colloquio projecerat, gaudio videretur profudisse. Accidisse hoc complures Cæsaris legati, amici, centuriones militesque lætabantur, quod nimia bonitas ejus fallaciis pueri elusa esset. Quasi vero id Cæsar bonitate 10 tantum adductus ac non prudentissimo consilio fecisset.

XXV. Cum duce assumpto Alexandrini nihilo se firmiores factos aut languidiores Romanos animadverterent, eludentibusque militibus regis ætatem atque infirmitatem, magnum dolorem acciperent neque se quicquam proficere viderent, ru- 15 moresque existerent, magna Cæsari præsidia terrestri itinere, Syria Ciliciaque, adduci, quod nondum auditum Cæsari erat, commeatum, qui mari nostris supportabatur, intercipere stauerunt. Itaque expeditis navigiis locis idoneis, ad Canopum in statione dispositis [navibus], insidiabantur nostris commeati- 20 bus. Quod ubi Cæsari nuntiatum est, suam classem jubet expediri atque instrui. Præficit huic Tiberium Neronem. Proficiscun-

2. *sibi* om. V. — 3. *joc.* codd. — 7. *coll.* TL. *cont.* UF. — 10. *esset elusa* Petav.

XXV. — 13. *adverterent* TL. Scal. — 16. *Cæsar* TUVF. in quo expunctum. — 17. *Cybiaque* T. — 18. *commeatumque qui* V. — *mari* om. Pet. — 20-21. *commeatu* antiquiores, *commentum* D. Voss.; *commeatibus* δ et recentes Oud.; *commentuque*

Nipperdeius, quod non satisfacere Vielhaberis ostendit. Dum res restituatur, reliqui *commeatibus*, seclusi *navibus*, nam archetypi librarius a *dispositis* aberrare poterat ad *expeditis* et *navib'* per errorem scriptum, ut fil. non debebat. — 21. *est* om. F. — *unam classem* codd. præter recentissimos, qui *unam* omittunt; *suam el.* Nipperdeius. — 22. *Tyb.* TV.

tur in ea classe Rhodiæ naves atque in his Euphranor, sine quo nulla unquam dimicatio maritima, nulla etiam parum feliciter confecta erat. At fortuna, quæ plerumque eos, quos plurimis beneficiis ornavit, ad duriores casum reservat, superiorum temporum dissimilis, Euphranorem prosequebatur. Nam cum ad Canopum ventum esset, instructaque utrimque classis conflisset, et sua consuetudine Euphranor primum prælium commisisset et quadriremem hostium perforasset ac demersisset, proximam longius insecutus, parum celeriter insequentibus reliquis, circumventus ab Alexandrinis est. Cui subsidium nemo tulit, sive quod in ipso satis præsidii pro virtute ac felicitate ejus putarent esse, sive quod ipsi sibi timebant. Ita qui unus ex omnibus eo prælio bene rem gessit, solus cum sua quadriremi victrice periit.

XXVI. Sub idem tempus Mithridates Pergamenus, magnæ nobilitatis domi scientiæque in bello et virtutis, fidei dignitatisque in amicitia Cæsaris, missus in Syriam Ciliciamque initio belli Alexandrini ad auxilia arcessenda, cum magnis copiis, quas celeriter et propensissima civitatum voluntate et sua diligentia confecerat, itinere pedestri, quo conjungitur Ægyptus Syriæ, Pelusium adducit, idque oppidum firmo præsidio oc-

1. *in his* L inter versus. — 2. *marina* L. — 4. *plurimos* T pr. — 5. *persequetur* LVδ, Scal. et alii nonnulli Ond. — 7. *classe* L. — 8. *et illi tiriemem* nostri. Cuj., Petav. et alii; pauci rec. *illie*. Scripsi *et III remem* (i. e. *quadriremem*), ut sæpe codd. v *remem*. Cap. 13 XXI *quadriremes* Alexandrinorum memorantur. — 8-9. *perforassent ac demersissent* codd. præter unum Leid. 2. propter præcedens *illi*. —

10. *est om.* TLUF. — 13. *Itaque* codd.: *Ita qui* Hauptius. — 14. *perit* Petav. et nostri præter LVδ, qui *periit cum pluribus*, ut videtur, Ond.

XXVI. — 15. *Mitrid.* codd. prope constanter. — 17. *missis* TLV, Pet. — *initiu* T pr.; *initi* L. — 19. *impens.* D. — *civitatum* TUF, Scal. — 20. *Ægyptos* UF, et cum T mox L. 2, p. 227. — 21. *advenit* Davisius.

cupatum Achillæ propter opportunitatem loci (namque tota Ægyptus maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio velut claustris munita existimatur), repente magnis circumdatum copiis, multiplici præsidio pertinaciter propugnantibus et copiarum magnitudine, quas integras vulneratis defessisque subiciebat, 5 et perseverantia constantiaque oppugnandi, quo die est aggressus, in suam redegit potestatem, præsidiumque ibi suum collocavit. Inde re bene gesta Alexandriam ad Cæsarem contendit, omnesque eas regiones, per quas iter faciebat, auctoritate ea, quæ plerumque adest victori, pacarat atque in ami- 10 citiam Cæsaris redegerat.

XXVII. Locus est fere regionum illarum nobilissimus non ita longe ab Alexandria, qui nominatur Delta; quod nomen a similitudine litteræ accepit: nam pars quædam fluminis Nili derivata [inter se] duobus itineribus paulatim medium inter 15 se spatium relinquens diversissimo ad litus intervallo mari conjungitur. Cui loco cum appropinquare Mithridaten rex cognovisset et transeundum ei flumen sciret, magnas adversus eum copias misit, quibus vel superari delerique Mithridaten vel sine dubio retineri posse credebat. Quemadmodum autem 20 optabat eum vinci, sic satis habebat interclusum a Cæsare a se retineri. Quæ primæ copię flumen a Delta transire et

1. *Achiliæ* TUF. *Achille* Petav.; *ab Achilla* D corr.,  $\delta$ . — 2. *maritimos* T pr.; *maritima* U a sec. — 3. *magnis* om. L. — 4. *pernaciter* (a correctore inter versus) *pugnantibus* L. — 5. *pugnandi* L. — 6-7. *egressus* D. — 8. *Alexandream* T, Scal. Item c. seq. — 10. *ea* om. V, in L inter versus ante *auct.* — *placarat* codd. præter D et Voss.

XXVII. — 13. *ita* om. L. — 14. *accepit* TL, Lov.; *cepit* ceteri, *cepit* U. — 15. *uire deriv.* in nullo nostrorum, esse in tribus suis «et aliis» refert Oud. Quod sequitur *inter se* casu repetitum et delendum esse censeo. — 16. *a mari* codd. præter L et Norvic., qui sine *a*. — 17. *rex Mitr.* L. — 21-22. *se* (sine *a*) V, *et se*  $\delta$ . — 22. *primo* D $\delta$ . — *ad  $\Delta$  delta* V.

Mithridati occurrere potuerunt, praelium commiserunt, festi-  
 nantes praeferre subsequentibus victoriae societatem. Quorum  
 impetum Mithridates magna cum prudentia [constantiaque  
 virtutum et Alexandrinorum imprudentia] consuetudine nostra  
 5 castris vallatis sustinuit: cum vero incaute atque insolenter  
 succedere eos munitionibus videret, eruptione undique facta  
 magnum numerum eorum interfecit. Quod nisi locorum noti-  
 tia reliqui se texissent partimque in naves, quibus flumen  
 transierant, recepissent, funditus deleti essent. Qui ut paulum  
 10 ab illo timore se recrearunt, adjuncti his qui subsequebantur  
 rursus oppugnare Mithridaten coeperunt.

XXVIII. Mittitur a Mithridate nuntius Caesari, qui rem ge-  
 stam perferret. Cognoscit ex suis eadem haec accidisse rex. Ita  
 paene sub idem tempus et rex ad opprimendum Mithridaten  
 15 proficiscitur et Caesar ad recipiendum. Celeriore fluminis Nili  
 navigatione rex est usus, in quo magnam et paratam classem  
 habebat. Caesar eodem itinere uti noluit, ne navibus in flumine  
 dimicaret, sed circumvectus est eo mari, quod Africae partis  
 esse dicitur, sicuti supra demonstravimus: prius tamen regis  
 20 copiis occurrit, quam is Mithridaten aggredi posset, eumque  
 ad se victorem incolumi exercitu recepit. Considerat eum

3. *cum potentia* T, suprascripto *prud.*  
 — Uncis inclusa absunt a primis editt. et  
 ~fort. a Lov., uti et codicibus a Vascosano  
 inspectis. ~ Oud. — 4. *militum* (pro *virtu-*  
*tum*) cod. Ciaccon. Hirtii esse poterit vo-  
 cabulum *constantiaque*, cetera ingruerunt  
 ex argumento in margine posito hujus-  
 modi: *Virtutes Mithridatis. Alexandrino-*  
*rum imprudentia.* — 5. *caute* TLV. — *et*  
*insol.* V. — 6. *viderat* F pr. — 9. *paulu-*

*lum* Dδ. — 10. *adjunctis iis* U, *adjunctis*  
*his* FDδ. — *sequebantur* L.

XXVIII. — 13. *haec eadem* UF, Petav.:  
*haec om.* L. — *Itaque* L. — 16. *in qua*  
 antiquiores consensu; *in quo* D corr., δ et  
 alii rec. — 17. *noluit* T pr. — 18. *cir-*  
*cumventus* D pr., δ, Pal.; *circum erectus*  
 Lov. — *est om.* FV. — 19. *regis* D,  
 Voss., Bong. 3. — 21. *recipit* Pet. —  
*Considerat* TFVDL, hic supraposito *e.*

copiis rex loco natura munito, quod erat ipse excelsior planitie ex omnibus partibus subjecta; tribus autem ex lateribus varii generis munitionibus tegebatur: unum latus erat adjectum flumini Nilo, alterum editissimo loco ductum, ut partem castrorum obtineret, tertium palude cingebatur. 5

XXIX. Inter castra et Cæsaris iter flumen intercedebat angustum altissimis ripis, quod in Nilum influebat; aberat autem ab regis castris millia passuum circiter VII. Rex cum hoc itinere venire Cæsarem comperisset, equitatum omnem expeditosque delectos pedites ad id flumen misit, qui transitu Cæsarem pro- 10 hiberent et eminus ex ripis prælium impar inirent: nullum enim processum virtus habebat, aut periculum ignavia subibat. Quæ res incendit dolore milites equitesque nostros, quod tam diu pari prælio cum Alexandrinis certaretur. Itaque eodem tempore equites Germani dispersi vada [fluminum] quærentes 15 partim demissioribus ripis flumen tranarunt, et legionarii, magnis arboribus excisis, quæ longitudine utramque ripam conlingerent, projectis iis repentinoque aggere injecto, flumen transierunt. Quorum impetum adeo pertimuerunt hostes, ut in fuga spem salutis collocarent, sed id frustra: namque ex 21

1. *copiis* A. ex TLV, D pr.; *copiis* ex UF, D corr. — *planitie* T, *planitia* UFV, om. L, cuius corrector *planitiæ* intulit ante *ex laterib.* — 2-3. *variis generum* codd. præter recentissimos quosdam, qui *genere*, ut  $\delta$ ; OEhlerus *variis generis*. — 3. *objectum* D et aliquot rec. — 4-5. *in partem c. obtinebat* D corr.,  $\delta$  et alii rec. Sed est i. q. tueretur.

XXIX. — 8. *regis* D, Voss.; *a castris regis* Petav.,  $\delta$  et duo rec. ap. Fabr., non

*plerique*, ut Oud. — *cum* T inter versus. — 13. *nostros* om. L. — 14. *certaretur* T (*n* expuncto) UV; *certarent* FD $\delta$  et alii rec.; *decertarent* L. — *Itaque* om. V. — 15. *fluminis* nostrorum unus  $\delta$ . Secluserunt critici. — 16. *transarunt* D, *transatarunt* Lov.,  $\delta$ . — 18. *et projectis repentino*  $\delta$  et alii rec., unus V *projecto*. A Nipperdeio insertum est *iis*, cuius ommissio ipsius scriptori an librariis tribuenda sit ambiguum.

ea fuga pauci ad regem refugerunt, pæne omni reliqua multitudine interfecta.

XXX. Cæsar re præclarissime gesta, cum subitum adventum suum iudicaret magnum terrorem Alexandrinis injecturum, 5 profinus victor ad castra regis pertendit. Hæc cum et opere magno vallata et loci natura munita animadverteret, confer- tamque armatorum multitudinem collocatam in vallo videret, lassos itinere ac præliando milites ad oppugnanda castra suc- cedere noluit. Itaque non magno intervallo relicto ab hoste 10 castra posuit. Postero die castellum, quod rex in proximo vico non longe a suis castris munierat brachiisque cum opere castrorum conjunxerat vici obtinendi causa, Cæsar aggressus omnibus copiis expugnat, non quo id minore numero militum consequi difficile factu putaret, sed ut ab ea victoria perter- 15 ritis Alexandrinis profinus castra regis oppugnaret. Itaque eo cursu, quo refugientes Alexandrinos ex castello in castra sunt milites insecuti, munitionibus successerunt acerrimeque emi- nus præliari cœperunt. Duabus ex partibus aditus oppugnatio- nis nostris dabatur: una, quam liberum accessum habere de- 20 monstravi; altera, quæ mediocre intervallum inter castra et flumen Nilum habebat. Maxima et electissima multitudo Alexan- drinorum defendebat eam partem, quæ facillimum aditum ha-

1. pauci equites Lipsius.

XXX. — 3. *præclarissima re gestu* UF, Petav. — 6. *animum adv.* Scal., *ad- verteret* L. — 6-7. *consertamq.* V. — 8. *ac præl.* om. L. — 10. *Postero vero die* FV et fort. D pr. — 11. *suis* L inter ver- sus post *castris*. — *bracchiisq.* T, *brchiisq.* (sic) F. — 12. *commiserat* Bong. 3. — 13. *non quod* TL; *non quo* F et secun-

dum Ond. Petav., quem omittere utram- que vocem refert Fabr.; *non quo id* UV, recte; *non quod id* D, sed *id* ex *a* factum videtur;  $\delta$  *quod ul*, lapsu; *quod* vel *quod id* mei mss.  $\tau$  Ond. — 14. *facium* L. — 15. *regis castra* V. — 17-18. *eninus* L inter versus. — 21. *multitudo* a sec. m. additum in U. Tota periodus in *habebat* desinens abest ab L.



bebat: plurimum proficiebant in repellendis vulnerandisque nostris qui regione fluminis Nili propugnabant: diversis enim telis nostri figebantur, adversi ex vallo castrorum, aversi ex flumine, in quo multæ naves instructæ funditoribus et sagittariis nostros impugnabant. 5

XXXI. Cæsar, cum videret milites acrius præliari non posse, nec tamen multum profici propter locorum difficultatem, cumque animum adverteret excelssimum locum castrorum relictum esse ab Alexandrinis, quod et per se munitus esset, et studio partim pugnandi partim spectandi decurrissent in 10 eum locum, in quo pugnabatur, cohortes illo circumire castra et summum locum aggredi jussit, iisque Carfulenum præfecit, et animi magnitudine et rei militaris scientia virum præstantem. Quo ut ventum est, paucis defendentibus munitionem, nostris contra militibus acerrime pugnantibus, diverso clamore 15 et prælio perterriti Alexandrini trepidantes in omnes partes castrorum discurrere cœperunt. Quorum perturbatione nostrorum animi adeo sunt incitati, ut pane eodem tempore ex omnibus partibus, primi tamen editissimum castrorum locum caperent: ex quo decurrentes magnam multitudinem hostium 20 in castris interfecerunt. Quod periculum plerique Alexandrini fugientes acervatim se de vallo præcipitarunt in eam partem.

1. *plurimum autem* Dδ et alii rec. — 2. *Nili* L inter versus. — 3-4. *aversi ex flum.* unus cod. Brantii; *mersi ex fl.* TUFVD; *et* (inter versus) *ex fl.* L sine participio; *mersique flum.* Cujac., Pal., δ sine præpositione; *mersique in fl.* Petav., Bong. 3; *-mersi* vel *mersique flum.* mei mss. - Oud.

XXXI. — 7. *tamen* om. L. — 8. *animo*

corrector T; *animadv.* LV. Petav. et duo alii Oud. — *excellentissimum* L, D pr. — 9. *et ipse mun.* V. — 10. *decurr.* Dδ et alii rec. — 11. *circuire* LVDδ. — 12. *isque* TUFV; *hisque* LDδ; *iisque* Petav. — *Carfulenum* V. — 18. *adeo* om. V. — 19. *locum castrorum* UF, et eo loco L *castrorum* inter versus. — 21. *Alexandrinorum* L.

quæ flumini erat adiuuncta. Horum primis in ipsa fossa munitio-  
nis magna ruina oppressis, ceteri faciliorem fugam habuerunt.  
Constat fugisse ex castris regem ipsum, receptumque in na-  
vem multitudine eorum, qui ad proximas naves adnatabant.  
5 demerso navigio perisse.

XXXII. Re felicissime celerrimeque gesta, Cæsar magnæ  
victoriæ fiducia, proximo terrestri itinere, Alexandriam cum  
equitibus contendit atque ea parte oppidi victor introit, qua  
præsidio hostium tenebatur. Neque eum consilium suum fe-  
10 fellit, quin hostes eo prælio audito nihil jam de bello essent  
cogitaturi. Dignum adveniens fructum virtutis et animi ma-  
gnitudinis tulit. Omnis enim multitudo oppidanorum, armis  
projectis munitionibusque suis relictis, veste ea sumpta, qua  
supplices dominantes deprecari consuerunt, sacrisque omnibus  
15 prolatis, quorum religione precari offensos iratosque animos  
regum erant soliti, advenienti Cæsari occurrerunt seque ei  
dediderunt. Cæsar in fidem receptos consolatus, per hostium  
munitiones in suam partem oppidi magna gratulatione venit  
suorum; qui non tantum bellum ipsum ac dimicationem, sed  
20 etiam talem adventum ejus felicem fuisse lætabantur.

XXXIII. Cæsar Ægypto atque Alexandria potitus reges con-  
stituit, quos Ptolemæus testamento scripserat atque obtestatus

5. *dimerso* V, ut fere solet in his.

XXXII. — 6. *celeriterque* L. — 7. *victoriæque* T. *que* eraso. Valde probabiliter *magna victoriæ fiducia* Ciaconius. — *Alexandream* hic TF, Scal. — 8. *introit* UF, Petav.; *intrat* L., Bong. 3. — 10. *auditu* U. — 11-12. *animi multitudinis*

TL, Scal. — 14. *dominationes* L. — *sacris* L. — 15. *prolatis* Buslid. — *religione* U. — 20. *cis fel.* D.

XXXIII. — 21-22. *constituit ut* antiquiores omnes et pars recentium: sine particula Dδ Pal., Bong. 3 et haud dubie Leid. 2.

erat populum Romanum, ne mutarentur. Nam majore ex duobus pueris, rege amisso, minori tradidit regnum majorique ex duabus filiis, Cleopatrarum, quae manserat in fide praesidiisque ejus; minorem, Arsinoen, cujus nomine diu regnasse impotenter Ganymeden docuimus, deducere ex regno statuit, ne qua  
 5 rursus nova dissensio, priusquam diuturnitate confirmarentur regibus imperia, per homines seditiosos nasceretur. Legiones ibi, veterana sexta secum reducta, ceteras reliquit, quo firmitus esset eorum regum imperium, qui neque amorem suorum habere poterant, quod fideliter permanserant in Caesaris  
 10 amicitia, neque vetustatis auctoritatem paucis diebus reges constituti. Simul ad imperii nostri dignitatem utilitatemque publicam pertinere existimabat, si permanerent in fide reges, praesidiis eos nostris esse tutos; si essent ingrati, posse iisdem praesidiis coerceri. Sic rebus omnibus confectis et collocatis  
 15 ipse [itinere terrestri] profectus est in Syriam.

XXXIV. Dum haec in Aegypto geruntur, rex Dejotarus ad Domitium Calvinum, cui Caesar Asiam finitimasque provincias

1. erat *pr* T compendio; *pater* L. —  
 3. *filiabus* LV, Bong., Petav. a sec. m. —  
 6. *diuturnitates* T pr., UVV; *diuturnitatis* D pr., Voss. — *confirm.* om. F. —  
 7. *regi* TLV, Lov.; *regis* UFD, Petav.; *regnum* δ, Palat.; *regum* Stephanus; *regibus* Kranerus. — *imperio* UF. — 7-8. *Legiones ibi* sive *Legione sibi* TLV, Lov. et pars recentium, qui et *Legiones sibi*. Sed UFD, Petav., Voss. *Legione ibi* —  
 8. *veteranas* T (eraso s) V et pars recentium. — *quod f.* TL. — 9. *eorum esset* V. — *regnum imp.* T; *regnum et imperium* D a sec., Pal. — 14. *praesidiis eos nostris*

*esset ut hos, si* TUFV, item L pr., qui a correctore *praesidio eis nostros esse ut hos si* L; *essent hos si essent* Petav., Fabr., sec. Oud. *esse ut hos si* Petav. et Lov., *esse tutos et hos* Scal. D in ras., δ, Pal., Bong. 3: *praesidiis quoque nostris fore eos* (om. Bong.) *tutos, et* (om. B.) *si essent*. Vulgo *tutos, et hos*, quorum *hos* servat Em. Hoffmannus. — *isdem* TU, *hisdem* FVD, *eisdem* L. — 16. *itinere pedestri* D, Voss. A criticis pluribus notata est haec interpolatio, nam *classe* in Syriam venisse Caesarem Hirtius ipse auctor est infra c. 66.

administrandas tradiderat, venit oratum, ne Armeniam minorem, regnum suum, neve Cappadociam, regnum Ariobarzanis, possideri vastarique pateretur a Pharnace; ~ quo malo nisi liberarentur, imperata se facere pecuniamque promissam Cæsari non posse persolvere. ~ Domitius non tantum ad explicandos sumptus rei militaris cum pecuniam necessariam esse judicaret, sed etiam turpe populo Romano et C. Cæsari victori sibi que infame esse statueret regna sociorum atque amicorum ab externo rege occupari, nuntios confestim ad Pharnacem 10 misit, ~ Armenia Cappadociaque decederet, neve occupatione belli civilis populi Romani jus majestatemque tentaret. ~ Hanc denuntiationem cum majorem vim habituram existimaret, si propius eas regiones cum exercitu accessisset, ad legiones profectus unam ex tribus xxxvi secum ducit, duas in Egyptum 15 ad Cæsarem mittit, litteris ejus evocatas; quarum altera in bello Alexandrino non occurrit, quod itinere terrestri per Syriam erat missa. Adjungit Domitius legioni xxxvi duas ab Dejotaro, quas ille disciplina atque armatura nostra complures annos constitutas habebat, equitesque c. totidemque ab Ariobarzane sumit. Mittit P. Sestium ad C. Plætorium quæstorem, ut legionem adduceret, quæ ex tumultuariis militibus in Ponto confecta erat, Quintumque Patisium in Ciliciam ad auxilia arcessenda. Quæ copiae celeriter omnes jussu Domitii Comana convenerunt.

XXXIV. — 1-2. *minorem* L. in marg. — 2. *Aribarz.* L. sed infra recte. — 4. *promissam* om. L. — 5. *posset* corrector in T. — 7. *sed et t.* L.; *turpẽ p̃r* TV. — 8. *statuerat* L. Bong. — 9. *Pharnacem* U nostrorum solus, plures infra c. 65. 69. — 14. *tribus et δ.* Lov. — XVII Dδ. item mox. — 15. *advoc.* D. *vocatas* δ.

Lov. — 17. *Cn. Domitius* codd., G. D. Voss. Sed prænomen nec supra additum, nec infra. — *leg̃.* TLUFD. *legiones* V. — 20. *Mittitque* L. — *Sestium* TL. Voss.; *Festium* V. ceteri *Sectium*. — *Pletor.* codd. — 22. *Quinctumque* P. Manutius — *Pacisium* δ. *Pausium* D. *Pausium* Bong. — *Ciliciciam* F. *Siliciam* V.

XXXV. Interim legati a Pharnace responsa referunt: "Cappadocia se decessisse, Armeniam minorem recepisse, quam paterno nomine jure obtinere deberet. Denique ejus regni causa integra Cæsari servaretur: paratum enim se facere quod is statuisset." Domitius, cum animadverteret eum Cappadocia de- 5  
cessisse non voluntate adductum, sed necessitate, quod facilius Armeniam defendere posset subjectam suo regno, quam Cappadociam longius remotam, quodque omnes tres legiones adducturum Domitium putasset, ex quibus cum duas ad Cæsarem missas audisset, audacius in Armenia substitisse, perseverare 10  
cœpit, ut eo quoque regno decederet: "neque enim aliud jus esse Cappadociæ atque Armeniæ, nec juste eum postulare, ut in Cæsaris adventum res integra differretur: id enim esse integrum, quod ita esset, ut fuisset." His responsis datis, cum iis copiis, quas supra scripsi, profectus est in Armeniam, locis- 15  
que superioribus iter facere instituit: nam ex Ponto a Comanis jugum editum silvestre est pertinens in Armeniam minorem, quo Cappadocia finitur ab Armenia: ejus itineris has esse certas opportunitates \*vidit\*, quod in locis superioribus nullus impetus repentinus accidere hostium poterat, et quod 20

XXXV. — 1. *responsa* om. L pr. — 3. *jure* Linter versus. — 3-4. *jussa int.* F. — 4. *servaretur* L in marg. — 5. *p;* *Domitius* T: *P. Dom.* UVV et alii; *Cn. Dom.* D in ras.; *G. δ.* C. Voss. Sine prænominē L. — *adverteret* L. — *Cappadocie* U. — 5-6. *discessisse* TL. D pr. — 6. *abductum* TVDδ. Lov. — *quo fac.* Dδ et alii rec. — *regno suo* TLV. — 8. *iii* U. *tris* Bong. — 9. *putarisset* L. — 10-11. *substitisset et perser.* TLV et quattuor rec., sine et UFD et alii rec.; *substitisse, perser.* Thom. Bentleius. — 13. *deferr.* L. —

13-14. *esset integrum* L. — 15. *his* codd. — *supra e* (vel *di*) *ii scripsi* F. ancipiti ductu. Ut sæpe fit, non delevit *diri* ex errore natum, quamquam subjecta voce genuina. — 16-17. *ex Com.* T, sed *a* suprapositum. — 17. *silvestre* TUVV et erasa lineola L. unde *est* Aldus; *silvestre* ceteri. — 18. *qua Capp.* D. — 18-19. *hæ erant certe opp., quod δ* et edd. primæ. Nam infinitivus non est hujus loci; unde post *opportunitates* in Bong. 3 additum *constat*, a Forelhammero *vidit*, quod verbum etiam e. 6o excidisse videbatur Aldo.

Cappadocia his jugis subjecta magnam commeatus copiam erat subministratura.

XXXVI. Complures interim legationes Pharnaces ad Domitium mittit, quæ de pace agerent regiaque munera Domitio  
 5 ferrent. Ea constanter omnia aspernabatur, nec sibi quicquam fore antiquius quam dignitatem populi Romani et regna socio-  
 rum recuperare legatis respondebat. Magnis et continuis itinere-  
 ribus confectis cum adventaret ad Nicopolim, quod oppidum  
 positum in Armenia minore est plano ipsum loco, montibus  
 10 tamen altis ab duobus lateribus objectis, satis magno intervallo  
 ab oppido remotis, castra posuit longe a Nicopoli circiter mil-  
 lia passuum VII. Quibus ex castris cum locus angustus atque  
 impeditus esset transeundus, Pharnaces in insidiis delectos  
 pedites omnesque pæne disposuit equites, magnam autem  
 15 multitudinem pecoris intra eas fauces dissipari jussit, paganos-  
 que et oppidanos in his locis observari: ut, sive amicus sive  
 inimicus Domitius eas angustias transiret, nihil de insidiis  
 suspicaretur, cum in agris et pecora et homines animadver-  
 teret versari tanquam amicorum adventu: sin ut in hostium  
 20 fines veniret, præda diripienda milites dissiparentur dispersi-  
 que cæderentur.

1. *Cappadociam* ... *subjectam* L., in sequentibus nihil mutans.

XXXVI. — 3-4. *ad Domicium* V. — 5. *deferrent* F, Pet. — *omnia constanter* TL. — 7. *reciperare* TUF, *recipere* Scal. — 11. *excastru* TV, *extra castra* L., *vi castra* D. — 12. *passus* V, ut solet. — 14. *diposuit* L. — 15. *intra has* L. — 16. *observari* TLV, Bong. — 16-17. Verba *sive inimicus* egregii critici contra mentem Hirtii

videntur aut prorsus eiecisse aut infra posuisse l. 19: *sive inimici ut in host.* Statim ostendit scriptor in utramque partem valuisse consilium Pharnacis, neque contradictio in sequentibus. — 18. *animu adv.* TUF, Lov. — 19. *adventus ut in* TLUFV, D pr., Scal., Voss.; *adventus expectaretur, si ut in* Pet.; *adventus, sin vero in* D corr., δ et multi rec.; *adventu, sin ut* Em. Hoffm., *sive ut* Forchhammerus.

XXXVII. Hæc cum administraret, numquam tamen intermittebat legatos de pace atque amicitia mittere ad Domitium, cum hoc ipso crederet facilius eum decipi posse. At contra spes pacis Domitio in eisdem castris morandi attulit causam. Ita Pharnaces, amissa proximi temporis occasione, cum vereretur 5 ne cognoscerentur insidiæ, suos in castra revocavit. Domitius postero die propius Nicopolim accessit castraque oppido contulit. Quæ dum muniunt nostri, Pharnaces aciem instruxit suo more atque instituto. In fronte enim simplici directa acie cornua trinis firmabantur subsidiis : eadem ratione hæc media 10 collocabantur acie, duobus dextra sinistraque intervallis simplicibus ordinibus instructis. Perfecit inceptum castrorum opus Domitius parte copiarum pro vallo constituta.

XXXVIII. Proxima nocte Pharnaces interceptis tabellariis, qui de Alexandrinis rebus litteras ad Domitium ferebant, cognoscit Cæsarem magno in periculo versari, flagitarique ab Domitio, ut quam primum Cæsari subsidia mitteret, propiusque ipse Alexandriam per Syriam accederet. Qua cognita re Pharnaces victoriæ loco ducebat, si trahere tempus posset, cum discedendum Domitio celeriter putaret. Itaque ab oppido, 20

XXXVII. — 1. *tañ ñ* TV. — 3. *ipse* V. — 5. *cum* (*ñ*) om. codd. præter  $\delta$  et Lov. — *revertetur* Scal. et nostri præter UFD, qui *veritus*, quod dedit Oud. non nominatis auctoribus. Margo U : *quare*. — 7. *in oppido* F. — 7-8. *contulit rex. Quæ* TV. D pr., L. in quo *rex* a sec. inter versus; *contulit. Rex quæ* UF; *contulit res* Voss. et fort. D pr. Vocem non eut post *Pharnaces* olim insertam, sed ex argumento marginali (*Rex aciem instruit*) reliquam esse puto. — 8. *nostris* TV. —

9. *directa* TLUF, Pet. — 12. *instructis perfecit. Incept.* T. — 13. *instituta* codd.: *constituta* Nipperdeius; *instructu* vett. edd.

XXXVIII. — 16. *flagitare* nullus nostrorum. — 16-17. *a Dom.* L. — 17. *Cæsari* nostri præter D, qui *sibi*, ut Oud., illud ex Petav., Pal. et Lov. modo afferens, quos Fabr. retulerat. — *subdia* L. — 19. *ducere* U pr., ead. m. correctus. Inter *trahere* et *tempus* quattuor litt. deletæ in T. — 20. *Domitium* D. *discessurum Domitium*  $\delta$ , Bong.

qua facillimum accessum et æquissimum ad dimicandum nostris videbat, fossas duas directas, non ita magno medio intervallo relicto, v pedum altitudinis in eum locum deduxit, quo longius constituerat suam non producere aciem. Inter has  
 5 fossas aciem semper instruebat, equitatum autem omnem ab lateribus extra fossam collocabat, qui neque aliter utilis esse poterat, et multum numero anteibat nostrum equitatum.

XXXIX. Domitius autem, cum Cæsaris magis periculo quam suo commoveretur, neque se tuto discessurum arbitraretur, si  
 10 conditiones, quas rejecerat, rursus appeteret, aut sine causa discederet, ex propinquis castris in aciem exercitum eduxit; xxxvi legionem in dextro cornu collocavit, Ponticam in sinistro, Deiotari legiones in mediam aciem contulit, quibus tamen angustissimum intervallum frontis reliquit, reliquis cohortibus  
 15 in subsidiis collocatis. Sic utrimque acie instructa processum est ad dimicandum.

XL. Signo sub idem tempus ab utroque dato concurritur: acriter varieque pugnatur. Nam xxxvi legio, cum extra fossam in equites regis impetum fecisset, adeo secundum præ-  
 20 lium fecit, ut mœnibus oppidi succederet fossamque transiret, aversosque hostes aggrederetur. At Pontica ex altera parte le-

1. *fallantem acc.* U pr., eadem m. corr. — 2. *directas* TLUFV, Petav.; *rectas* U pr. — 2-3. *intervallo medio* L. — 3. *iii ped'* L. — 5. *semper aciem* L.

XXXIX. — 8-9. *magis quam suo peric.* L. — 10. *Sine causa*, ut quidem Pharnaci videri debebat, quem Cæsaris rerum ignarum esse credidit Domitius. Qualis discessus paratissimum Pharnacem ad

ipsum persequendum exiturus erat. — 13. *leg.* L, non *legionem*. — 15. *in insidiis* UFL $\delta$  et D correctus; *insidiis* TVD pr.; alterum utrum "omnes" ap. Fabr. et Oud., non distincte referentes; *in subsidiis* unus Norvic.

XL. — 19. *equitatum* nostrorum unus  $\delta$ . — 21. *aversosque* et mox *aversa* D  $\delta$ , cum aliis rec.



gio, cum paulum aversa hostibus cessisset, fossam autem circumire ac transcendere conata esset, ut aperto latere aggrederetur hostem, in ipso transitu fossæ confixa et oppressa est. Dejotari vero legiones vix impetum sustinuerunt. Ita victrices regiae copiae cornu suo dextro mediaque acie converterunt se ad xxxvi legionem. Quæ tamen fortiter vincentium impetum sustinuit, magnis copiis hostium circumdata, præsentissimo animo pugnans in orbem se recepit ad radices montium: quo Pharnaces insequi propter iniquitatem loci noluit. Ita Pontica legione pæne tota amissa, magna parte Dejotari militum interfecta, xxxvi legio in loca se superiora contulit, non amplius ccl desideratis. Ceciderunt eo prælio splendidi atque illustres viri nonnulli, equites Romani. Quo tamen incommodo Domitius accepto reliquias exercitus dissipati collegit, itineribusque tutis per Cappadociam se in Asiam recepit.

15

MLL. Pharnaces rebus secundis elatus, cum de Casare ea quæ optabat speraret, Pontum omnibus copiis occupavit, ibique et victor et crudelissimus rex, cum sibi fortunam paternam feliciore eventu destinaret, multa oppida expugnavit, bona civium Romanorum Ponticorumque diripuit, supplicia constituit in eos qui aliquam formæ atque ætatis commendationem habebant ea quæ morte essent miseriora, Pontumque

1. paulum etiam T; paululum recentes. — 1-2. circumire (circuire L, circumreuire D) acies secundo conata codd.; accessu secundo Em. Hoffmannus; ac transcendere Nipperdeius (quod fere necessarium est ob sequentia in ipso transitu fossæ); acie excedendo OEblerus: consilio secundo Vielhaberns coll. B. C. III, 42. — 3. hostem L inter versus. — et oppr. om.

D pr., Voss. et duo alii rec. — 5. regis in nullo nostrorum. — 7. præsentissimoque D corr., δ et alii rec. — 8. urbem L, V pr., T a correctore. — 11. legio om. TLFV. D pr., Lov. — 15. in As. se Pet.

MLL. — 17. obtabat TUF. — 17-18. et ibi vict. V; et om. L. — 20. suppliciaque Seal. — 21. atque T inter versus. — 22. essent morte L.

nullo defendente, paternum regnum glorians se recepisse, obtinebat.

XLII. Sub idem tempus in Illyrico est incommodum acceptum; quæ provincia superioribus mensibus retenta non  
 5 tantum sine ignominia, sed etiam cum laude erat. Namque commissus æstate cum duabus legionibus Q. Cornificius, Cæsaris quaestor, pro prætore, quamquam erat provincia minime copiosa ad exercitus alendos, et finitimo bello ac dissensionibus confecta et vastata, tamen prudentia ac diligentia sua, quod  
 10 magnam curam suscipiebat, ne quo temere progrediretur, et recepit et defendit. Namque et castella complura locis editis posita, quorum opportunitas castellanos impellebat ad decursiones faciendas et bellum inferendum, expugnavit, eaque præda milites donavit, quæ etsi erat tenuis, tamen in tanta  
 15 provinciæ desperatione erat grata, præsertim virtute parta: et cum Octavius ex fuga Pharsalici prælii magna classe in illum se sinum contulisset, paucis navibus Iadertinorum, quorum semper in rempublicam singulare constiterat officium, dispersis Octavianis navibus erat potitus, ut vel classe dimicare  
 20 posset, adjunctis captivis navibus sociorum. Cum diversissima parte orbis terrarum Cn. Pompeium Cæsar victor sequeretur, compluresque adversarios in Illyricum propter Macedoniae propinquitatem se reliquiis ex fuga collectis contulisse

1. *detendente* T, *contendente* Scal. pro var. lect., *decedente* L.

XLII. — 3. *Illir.* codd. constanter. — 4. *retenta* om. V. — 8. *exercitum alendos* TU (non F) V, *alendum* Lov. — 9. *sua* om. L. — 10. *neque vero tem.* TLV, Scal. (*compendiis neq; ù*). — 15. *parte* TUFV.

— 16. *Pharsalici belli* Dδ, Voss. — 17. *Iadertinorum* codd., *Iiad.* Cuj. — 18. *reþ.* UF, *republica* D, Voss. — 19-20. *celle dimicare classe posset* L. — 20. *posset* om. V. — Nullus nostrorum et cum. — 21. *Gu.* VD, Lov., etiam alibi. — 22. *complures* L. — 23. *reliquis* nostri con-

audiret, litteras ad Gabinium mittit, uti cum legionibus tiro-  
num, quæ nuper erant conscriptæ, proficisceretur in Illyri-  
cum, conjunctisque copiis cum Q. Cornificio, si quod pericu-  
lum provinciæ inferretur, depelleret; sin ea non magnis copiis  
tuta esse posset, in Macedoniam legiones adduceret : omnem 5  
enim illam partem regionemque vivo Cn. Pompeio bellum  
instauraturam esse credebat.

XLIII. Gabinus, ut in Illyricum venit, hiberno tempore  
anni ac difficili, sive copiosorem provinciam existimans, sive  
multum fortunæ victoris Cæsaris tribuens, sive virtute et scien- 10  
tia sua confisus, qua sæpe in bellis periclitatus magnas res  
et secundas ductu auspicioque suo gesserat, neque provinciæ  
facultatibus sublevabatur, quæ partim erat exinanita, partim  
infidelis, neque navibus intercluso mari tempestatibus com-  
meatus supportari poterat, magnisque difficultatibus coactus 15  
non ut volebat, sed ut necesse erat bellum gerebat. Ita cum  
durissimis tempestatibus propter inopiam castella aut oppida  
expugnare cogere, crebro incommoda accipiebat, adeoque  
est a barbaris contemptus, ut Salonam se recipiens, in oppidum  
maritimum, quod cives Romani fortissimi fidelissimique inco- 20  
lebant, in agmine dimicare sit coactus. Quo prælio duobus  
millibus militum amplius amissis, centurionibus xxxviii, tri-

sensu, ap. Oud. "edd. quædam." —  
p. 240, l. 23. *coupulisse* vel *compulisse*  
nostri præter L., et ceteri ut videtur præ-  
ter Bong. 3. — 2. *erant conscisceretur* in  
F pr. — 2-3. *Yllir.* U., et c. 44. — 4-5.  
*si in ea magnis c. t. esse non poss.* L.

XLIII. — 8. *ut* om. L. — 9. *difficillimo*  
L. — 10. *victoris* om. L. — 14. *que* U a

pr., D a sec.; *quibus* δ. Lov. — 12. *ductu*  
*ausuque* codd. "constanter" (Oud.); *auspi-*  
*cioque* Lipsius, quod confirmant TLV, qui  
*ausioque*. Sic iidem *prædio*, *subdia*, pro  
*præsidio*, *subsidiu*. — 15. *supportare* Nip-  
perdeius. — 17. *utque opp.* Petav. — 18.  
*crebra* Dδ et alii rec. — 19. *contentus* TL.  
— in om. Scal. — 21. *Quod* TFV.

bunis iv. cum reliquis copiis Salonam se recepit. summaque  
 ibi difficultate rerum omnium pressus paucis mensibus morbo  
 periit. Cujus et infelicitas vivi et subita mors in magnam spem  
 Octavium adduxit provinciæ potiundæ: quem tamen diutius  
 5 in rebus secundis et fortuna, quæ plurimum in bellis potest,  
 diligentiaque Cornificii et virtus Vatini versari passa non est.

XLIV. Vatinius Brundisii cum esset, cognitis rebus quæ  
 gestæ erant in Illyrico, cum crebris litteris Cornificii ad auxi-  
 lium provinciæ ferendum evocaretur, et M. Octavium audi-  
 10 ret cum barbaris fœdera percussisse, compluribusque locis  
 nostrorum militum oppugnare præsidia partim classe per se,  
 partim pedestribus copiis per barbaros, etsi gravi valetudine  
 affectus vix corporis viribus animum sequebatur, tamen virtute  
 vicit incommodum naturæ difficultatesque et hiemis et subitæ  
 15 præparationis. Nam cum ipse paucas in portu naves longas  
 haberet, litteras in Achaïam ad Q. Calenum misit, uti sibi clas-  
 sem mitteret. Quod cum tardius fieret quam periculum no-  
 strorum flagitabat, qui sustinere impetum Octavii non pote-  
 rant, navibus actuariis, quarum numerus erat satis magnus,  
 20 magnitudine quamquam non satis justa ad præliandum, rostra  
 imposuit. His adjunctis navibus longis et numero classis aucto,

1. *Salonem* TV hoc loco, *Salonam* ipse D, *se ipse* corrector. — *recepit* TLUFVD, nimirum *p* per errorem lineola trajecto. — 1-2. *summam ibi difficultatem omn. rer.* L. — 2. *passus* TLX. — 4. *adducit* D, Voss. — 5. *quæ plerumque plurimum* F. — 6. *et* (ac D) *diligentia* D, Voss.

XLIV. — 7. *Vatinius* L, δ fere constanter, c. 45 etiam D, sed iidem *Vatiniiani*. — *Brundis.* TUFV, per *u* LD et rec. —

8. *Illyricum* codd., *Illyrico* Stephanus. — 9. *Octavianum* V. — 11. *classem* TUFVD. — 13. *subsequatur* D. — 14. *et* (ante *hiem.*) om. nostrorum unus L. — 15. *longas naves* F. — 16. *in Achaïam atque Cal.* UFDδ et alii rec.: *ad Q. Cal. in Achaïam* L. *Caelenum* T. — *ut* TLVD. — 17. *periculi* T pr. — 19. *erat numerus* F. — 20. *quam* D, om. Lov. — *non* om. TLVδ, Scal. — *juxta* TLX: *magna* δ. — 21. *Hus*

militibus veteranis impositis, quorum magnam copiam habebat ex omnibus legionibus, qui numero ægrorum relicti erant Brundisii, cum exercitus in Græciam transportaretur, profectus est in Illyricum, maritimas nonnullas civitates, quæ defecerant Octavioque se tradiderant, partim recipiebat, partim remanentes in suo consilio prætervehebatur, nec sibi ullius rei moram necessitatemque injungebat, quin quam celerrime posset ipsum Octavium persequeretur. Hunc oppugnantem Epidaurum terra marique, ubi nostrum erat præsidium, adventu suo discedere ab oppugnatione coegit, præsidiumque nostrum 10 recepit.

XLV. Octavius, cum Vatinius classem magna ex parte confectam ex naviculis actuariis habere cognosset, confusus sua classe substitit ad insulam Tauridem: qua regione Vatinius insequens navigabat, non quo Octavium ibi restitisse sciret, 15 sed quod eum longius progressum insequi decreverat. Cum propius Tauridem accessisset distentis suis navibus, quod et tempestas erat turbulenta et nulla suspicio hostis, repente adversam ad se venientem navem antennis ad medium malum demissis instructam propugnatoribus animum advertit. Quod 20 ubi conspexit, celeriter vela subbuci demittique antennis jussit et milites armari, et vexillo sublato, quo pugnandi dabat

*adjunctas* codd., unus T *His*. Vasconius *adjunctis*. — 4. *Illyrico* T. — 7. *quam tum cel.* D.

XLV. — 12. *eum Vat.* T. — *classe* TV. — *magnam* F. Pet. — 13. *cognovisset* Lδ; *cognosceret* D, Voss. — 15. *quo* TLV (hic *ibi Oct.*). Scal.; *quod* UFD et ceteri. — 17. *dispersis* TLV, Scal.; *distensis* UFD et plures Oud., *discensis* δ; *dis-*

*teutis* Em. Hoffmannus: *dispersis* Nipperdeius. — 18-19. *rep. venientem ad se adversam* L; *adv.* om. D. — 19. *antempnis* L, qui ita solet. — 20. *dimissis* Dδ et rec. — *animum advertit* TUF, Norvic.; *advertit* L, Petav.; ceteri *animade*. — 21. *dimitt.* codd. nostri et Oud. «plerique.» — 22. *jussit* nostri præter δ et «plerique» Oud. Vulgo *jubet*.

signum, quæ primæ naves subsequabantur, idem ut facerent, significabat. Parabant se Vatiniiani repente oppressi: parati deinceps Octaviani ex portu procedebant. Instruitur utrinque acies, ordine disposita magis Octaviana, paratior militum animis Vatiniiana.

XLVI. Vatinius, cum animum adverteret neque navium se magnitudine neque numero parem esse, fortuitæ dimicationi [fortunæ] rem committere noluit. Itaque primus sua quinque-remi in quadriremem ipsius Octavii impetum fecit. Celerrime  
 10 fortissimeque contra illo remigantē, naves adversæ rostris concurrerunt adeo vehementer, ut navis Octaviana, rostro dis-  
 cusso, ligno contineretur. Committitur acriter reliquis locis prælium, concurriturque ad duces maxime: nam cum suo  
 15 quisque auxilium ferret, magnum comminus in angusto mari prælium factum est. Quantoque conjunctis magis navibus con-  
 fligendi potestas dabatur, tanto superiores erant Vatiniiani: qui admiranda virtute ex suis navibus in hostium naves transilire non dubitabant et dimicatione æquata longe superiores virtute  
 rem feliciter gerebant. Deprimitur ipsius Octavii quadriremis, multæ præterea capiuntur aut rostris perforatæ mergun-

1. ut idem L. — 2. significabant TV. — 3. de portu V.

XLVI. — 6. animadverteret VDδ. — 8. fortuitæ dimicationi (dimicationis F cum nota vitii, Petav., Norvic, fort. V a correctore) fortunæ rem committit, maluit UFVDδ, Petav., Norvic. De suis nihil Oud. Contra TL, Scal. fortunæ rem (res L. ead. m. correctum) comm. noluit, postremum etiam Ursini quidam, quod est Hirtii. Seclusi varietatem fortunæ. — 8-9.

quisque remi L. — 9. issius Oct. TV. — 9-10. celerrimeque fortissime T. — 10. illum V. D corr., δ et alii rec. — remigantem TLUV, Lov., sed FD remigante. — 10-11. occurrerunt L. cucurrerunt Voss., concurrunt Dδ et alii rec. — 13. maxime nautum suo TLV, in L duobus punctis super u (in nau) positis, sed nihil in marg. — 14. in angustiiori loco F, quo expuncto quod nunc legitur repositum. — 16. erant om. TLV.

tur: propugnatores Octaviani partim in navibus jugulantur, partim in mare præcipitantur. Ipse Octavius se in scapham confert; in quam plures cum confugerent, depressa scapha vulneratus tamen adnatat ad suum myoparonem. Eo receptus, cum prælium nox dirimeret, tempestate magna velis profugit. 5 Sequuntur hunc suæ naves nonnullæ, quas casus ab illo periculo vindicarat.

XLVII. At Vatinius, re bene gesta, receptui cecinit, suisque omnibus incolumibus, in eum se portum victor recepit, quo ex portu classis Octavii ad dimicandum processerat. Capit ex 10 eo prælio penterem unam, triremes duas, dicrotas viii, compluresque remiges Octavianos, posteroque ibi die, dum suas captivasque naves reficeret, \* consumpto\*, post diem tertium contendit in insulam Issam, quod eo se recepisse ex fuga credebat Octavium. Erat in ea nobilissimum regionum earum 15 oppidum conjunctissimumque Octavio. Quo ut venit, oppidani supplices se Vatino dederunt, comperitque ipsum Octavium parvis paucisque navigiis vento secundo regionem Græciæ petisse, inde ut Siciliam, deinde Africam caperet. Ita brevi spatio, re præclarissime gesta, provincia recepta et Cornificio red- 20

1. Octavii L. — 4. annatat L; ad suum adnatat F. Petav. — 5. velis om. D pr., vix δ. — 6. Secuntur LVD. — 7. vindicaverat L.

— XLVII. — 8. Vinius T pr., Vatius corr. — 10. ex om. L. — 11. periculo (pro prælio) U. — penterem Scal. et Leid. 2: penteremem UVV et tres ap. Oud.; pentirem TLBδ et alii Oud. — triremes T. — dicrotas δ, dicrotas Voss. — 12. ibi om. L. — 13. consumpto Petav. et Norvic.,

om. reliqui. — 14. Yssam L. — ex fuga om. L. — 15. in eā TUFV, meum Scal., Maum Norvic. et edit. princeps, tanquam nomen oppidi (ignotum), sed ibi desideraretur; in ea LDδ, Voss. et alii rec., in eam Lov. Oppidum quoque erat Issa. — 16. conjunctissimum D, Voss. — 17. comperit L. — Octavianos U pr., ead. m. anos in un mutato — 19. Ad caperet D inter versus: \*T peteret.\* — brevissimo TL.

dita, classe adversariorum ex illo toto sinu expulsa, victor se Brundisium incolumi exercitu et classe recepit.

XLVIII. His autem temporibus, quibus Cæsar ad Dyrrhachium Pompeium obsidebat et Palæpharsali rem feliciter gerebat, Alexandriae cum periculo magno tum etiam majore periculi fama dimicabat, Q. Cassius Longinus in Hispania pro prætore provinciae ulterioris obtinendae causa relictus, sive consuetudine naturae suae, sive odio quod in illam provinciam susceperat quæstor ex insidiis ibi vulneratus, magnas odii sui  
 10 fecerat accessiones, quod vel ex conscientia sua, cum de se mutuo sentire provinciam crederet, vel multis signis et testimoniis eorum, qui difficulter odia dissimulant, animum advertere poterat, et compensare offensionem provinciae exercitus amore cupiebat. Itaque, cum primum in unum locum exercitum con-  
 15 duxit, sestertios centenos militibus est pollicitus, nec multo post, cum in Lusitania Medobregam oppidum montemque Herminium expugnasset, quo Medobregenses confugerant, ibique imperator esset appellatus, sestertiis centenis milites do-

1. *illa* T pr.

XLVIII. — 3. *Is* TV, *Hüs* L., *His* FDδ.  
 — 4. *Palæpharsali* T. In U S positum super P. — 5. *Quæ* Cass. TV (sic majusc.), Scal. — 7. *opt.* TUFV, *obt.* L. — 10. *accessiones* F, u positum super ss. — *quo vel* nostri consensu et ~quinque-Oud. — *ex* om. L. — 11. *mutis* F pr., Cnjac.; *mutis* D corr., δ, Lov. — 12. *dissimulabant* vulgo receptum ex Scal., Reg. Lond. et Dorv., sed de genere hominum loquitur, quibus natura difficile est dissimulare odia. — *animum advertere* (non *adv.*, ut F) TULV, Lov.; *animadvertere* Dδ. — 15. *se.* (T *se...*, erasis ut

videtur si) R. C. mil. TL, Scal.; *sesterç.* C. UF, unde librarius V: *condurisset romanus Cassius mil.* In D. Voss. *sestertium centies*, δ, Lov. *sestertia* C. Conf. c. 52. — *est* om. L. — 16. *postquam* in codd., ortum ex *quom.* — *illisit animadobregam* TUFV, sed editum habent L et m. sec. U. *Medobrigam* δ et quattuor rec. Oud., ut mox ipsi optimi — 16. *Herminium* Dδ. — 17. *Medobrig.* nostri consensu, non per *e.* — 18. *esset* om. TLV, Lov. — *appellatus*, *ihc.* c. TUF (hic cum nota), *ihc.* c. LV, hic pro *e.* ultimo *Cesar*, Omisit D, qui in marg. *iterum sestertiis centum*, ut δ et alii rec.



navit. Multa præterea et magna præmia singulis concedebat: quæ speciosum reddebant præsentem exercitus amorem, paulatim tamen et occulte militarem disciplinam severitatemque minuebant.

XLIX. Cassius, legionibus in hiberna dispositis, ad jus di- 5  
cendum Cordubam se recepit, contractumque in ea æs alienum  
gravissimis oneribus provinciæ constituit exsolvere: et ut largi-  
tionis postulat consuetudo, per causam liberalitatis speciosam  
plura largitori quærebantur. Pecuniæ locupletibus impera- 10  
bantur, quas Longinus sibi expensas ferri non tantum patieba-  
tur, sed etiam cogebat: in gregem locupletium, simultatium  
causa, tenues conjiciebantur, neque ullum genus quæstus aut  
magni et evidentis, aut minimi et sordidi, prætermittebatur,  
quo domus et tribunal imperatoris vacaret. Nemo erat, qui modo  
aliquam jacturam facere posset, quin aut vadimonio teneretur, 15  
aut in reos referretur. Ita magna etiam sollicitudo periculo-  
rum ad jacturas et detrimenta rei familiaris adjugebatur.

L. Quibus de causis accidit ut, cum Longinus imperator  
eadem faceret quæ fecerat quæstor, similia rursus de morte  
ejus provinciales consilia inirent. Horum odium confirmabant 20  
nonnulli familiares ejus: qui, cum in illa societate versarentur

1. Inter *magna et præmia* in T *erasum æra.* — 4. *minuebat* nostri et «quinque» Ond. (in quibus Petav., Lov.) — sed supra omnes *reddebant.*

XLIX. — 5. *hibernia* TV, Lov. — 7-8. *ut et larg.* TL. — 9. *plurima* L. — *largitorum* D pr. — 11. *locupletum* Dδ et alii rec. — *simultantium* F. *simultatum* LDδ et alii rec. — 12. *causa* TLV, Lov.; *cause*

vel *causæ* ceteri. — *coic.* TLUFV. — *quæstius* TV, pro *quæstuis.* — 13. *aut evid.* TL, Scal., Lov. Post *evidentis* tres litt. *erasa* in T. — *prætermittebantur* TL. — 14. *at trib.* T a pr.; *aut trib.* Scal., Pet. — 15. *qui aut* nostri præter δ. — 16. *inter reos* δ.

L. — 19. *similia.* Rursus T. — 20-21. *confirmabant.* Nonnulli T.

rapinarum, nihilo minus oderant eum cuius nomine peccabant, sibi que quod rapuerant acceptum referebant, quod intercederat aut erat interpellatum Cassio assignabant. Quintam legionem novam conscribit. Augetur odium et ipso delectu et sumptu  
5 additæ legionis. Complentur equitum in millia maximisque ornantur impensis; nec provinciæ datur ulla requies.

LI. Interim litteras accepit a Cæsare, ut in Africam exercitum trajiceret perque Mauritaniam ad fines Numidiæ perveniret, quod magna Cn. Pompeio Juba miserat auxilia majoraque  
10 missurus existimabatur. Quibus litteris acceptis insolenti voluptate efferebatur, quod sibi novarum provinciarum et fertilissimi regni tanta oblata esset facultas. Itaque ipse in Lusitaniam proficiscitur ad legiones arcessendas auxiliaque adducenda; certis hominibus dat negotium, ut frumentum navesque c præ-  
15 pararentur, pecuniæque describerentur atque imperarentur, ne qua res, cum redisset, moraretur. Reditus ejus fuit celerior omnium opinione: non enim labor aut vigilantia cupienti præsertim aliquid Cassio deerat.

LII. Exercitu coacto in unum locum, castris ad Cordubam  
20 positis, pro concione militibus exponit, quas res Cæsaris jussu

3. *Quartam* D. Voss. — 4. *ulscribit* T, supraposito *con* ead. m.: *scribit* V. Omnes *novam conscribit*, qui ordo signis indicatus in T, cuius pr. m. *conscr. novam*, ut L. — *et ipso* nostri consensu, et quattuor rec. ap. Oud.; vulgo *et ex ipso*; sed præpositionis non ulla refertur auctoritas. — *dilecto* L pr. — 5. *legiones complentur* TV. — 6. *ornantur* L a sec. inter versus. — *dabatur* L.

LI. — 7. *ut iã Afr.* T. — 8. *duceret* (pro *traic.*) L. — *Numidiæ* T pr. — 9. *maturaque* TLV. *matureque* Lov. — 10-11. *voluntate* eodd.; *voluptate* Aldus. — 12. *Lusitaniã* TUV. Lov. — 14-15. *compararentur* L sine *centum*, quod etiam Lov. omittit. — 15. *discriberentur* F. — 16. *morarentur* U. sed expunctum *u*. — 18. *de ea* (pro *deerat*) TLV. *de eis* Lov.

gerere deberet, polliceturque iis, cum in Mauritaniam trajecisset, sestertios centenos se daturum; quintam fore in Hispania legionem. Ex concione se Cordubam recepit, eoque ipso die tempore postmeridiano, cum in basilicam iret, quidam Minucius Silo, cliens L. Racilii, libellum, quasi aliquid ab eo postularet, ut miles ei tradidit, deinde post Racilium (nam is latus Cassii tegebat), quasi responsum peteret, celeriter dato loco, cum se insinuasset, sinistra corripit versum dextraque bis ferit pugione. Clamore sublato fit a conjuratis impetus universis. Munatius Flaccus proximum gladio trajicit fictorem; hoc intercepto, Q. Cassium legatum vulnerat. Ibi T. Vasius et L. Mergilio simili confidentia Flaccum, municipem suum, adjuvant: erant enim omnes Italicenses. Ad ipsum Longinum L. Licinius Squillus involat jacentemque levibus sauciat plagis.

LIII. Concurritur ad Cassium defendendum: semper enim Berones compluresque evocatos cum telis secum habere consueverat. A quibus ceteri intercluduntur, qui ad caedem faciendam subsequerentur; quo in numero fuit Calpurnius Salvianus et Manilius Tuscus. Minucius inter saxa, quæ jacebant in itinere, fugiens opprimitur et, relato domum Cassio, ad eum

LII. — 1. *is* T, *js* U, *is* V, *his* FLBδ. — 2. *sestertiorum se* T, *sestertior se* L, *sestercios se* UFV, Scal., Cuj. (quem bis citat Fabr., semel cum *c.*), *sestertia centum se* Petav. et «quidam» Oud.; *sestertia se* Dδ, Conf. c. 48. — *Hispaniam* TUV. — 4. *postmeridianam* T. — 4-5. *Minucius* codd., *Minuturus* an *-tius* L. ambiguum. — 5. *L.* om. V. — 6 *tradit* UF et non nominati ap. Oud. — 8. *cum se in sinistram partem insinuasset corripit* L. — *verso* U, *usum* V, *eum* D corr., δ. —

9. *universus* TLV. — 11. *Tusius* TL, *tuasius* V. — 11-12 *Mergercio* (sic Fabr.) Lov., sed *Mergelio* c. 55; *Mergerio* duo rec. Oud. — 13. *ipsum* om. V. — 13-14. *L. Licinius quibus* V. — 14. *plagis sauciat* L.

LIII. — 16. *benes* F et *ro* inter versus. — *complures* V. — *contelius* L (pro *cum telis*). — 16-17. *consueverat* FLD. — 17. *ceteris* T, *Cesaris* L. — 19. *Manlius* D. — *Tuculus* V, *Tisculus* Lov. — 20. *refugiens* TLV.

deducitur. Racilius in proximam se domum familiaris sui confert, dum certum cognosceret, confectusne Cassius esset. L. Laterensis, cum id non dubitaret, accurrit lætus in castra militibusque vernaculis et secundæ legionis, quibus odio sciebat  
 5 præcipue Cassium esse, gratulatur: tollitur a multitudine in tribunal, prætor appellatur. Nemo enim aut in provincia natus, ut vernaculæ legionis milites, aut diuturnitate jam factus provincialis, quo in numero erat secunda legio, non cum omni provincia consenserat in odio Cassii: nam legiones *xxx* et *xxi*  
 10 paucis mensibus in Italia scriptas Cæsar attribuerat Longino, quinta legio nuper ibi erat confecta.

LIV. Interim nuntiatur Laterensi vivere Cassium. Quo nuntio dolore magis permotus quam animo perturbatus reficit se celeriter et ad Cassium visendum proficiscitur. Re cognita, *xxx* legio  
 15 signa Cordubam infert ad auxilium ferendum imperatori suo. Facit hoc idem *xxi*. Subsequitur has *v*. Cum duæ legiones reliquæ essent in castris, secundani veriti ne soli relinquerentur, atque ex eo, quid sensissent, judicatur, secuti sunt factum superiorum. Permansit in sententia legio vernacula nec ullo  
 20 timore de gradu dejecta est.

LX. Cassius eos, qui nominati erant conscii cædis, jubet

1-2. *se* ante *confert* repetit V. — 2. *L.* om. antiquiores, fort. præter Petav.: in D inter versus. — 3-4. *a militibusque* (LF *que* inter versus) TLUF et alii, sine a VD. Scal. — 7. *aut vern.* codd., *ut vern.* Nipperdeius. — *legiones* nostri præter  $\delta$ , in quo *leg.* — *milites* nostri consensu et -quattuor- Oud.: *miles* edd. primæ, ex vitiosa scriptura *aut*, qua correctæ Nip-

perdeius *miles* servare non debebat. — 9. *legionem* UF. — 10. *conscriptus* C. *attulerat* L. — 11. *erat ibi* TL.

LIV. — 12. *Interim* om. V. — *Laterensis* U pr. — 13. *modis* T pr., *magis* corr. — 16. *quinta* D. — 16-17. *reliq.* (sic) T. — 18. *indicaretur* TUFV  $\delta$  et edd.: *jud.* LD et -nonnulli- Oud. — 19. *neque* nullus. — 20. *ejecta* F.

comprehendi; legionem v in castra remittit, cohortibus xxx re-  
tentis. Indicio Minucii cognoscit L. Racilium et L. Laterensem  
et Annum Scapulam, maximæ dignitatis et gratiæ provincia-  
lem hominem, sibi que tam familiarem quam Laterensem et  
Racilium, in eadem fuisse conjuratione; nec diu moratur dolo- 5  
rem suum, quin eos interfici jubeat. Minucium libertis tradit  
excruciandum, item Calpurnium Salvianum; qui profitetur in-  
dicium conjuratorumque numerum auget, vere, ut quidam  
existimant: ut nonnulli queruntur, coactus, lisdem cruciatibus  
affectus L. Mergilio \*\*\* Squillus nominat plures; quos Cassius 10  
interfici jubet, exceptis iis qui se pecunia redemerunt. Nam  
palam us LX cum Calpurnio paciscitur et cum Q. Sestio L. Qui  
si maxime nocentes sunt multati, tamen periculum vitæ dolor-  
que vulnerum pecuniæ remissus crudelitatem cum avaritia cer-  
tasse significabat.

15

LVI. Aliquot post diebus litteras a Cæsare missas accipit,  
quibus cognoscit Pompeium in acie victum, amissis copiis,  
fugisse. Qua re cognita mixtam dolore voluptatem capiebat.  
Victoriæ nuntius lætitiā exprimebat; confectum bellum licen-

LV. — 1. *legioñ.* T, *leg.* L. *legiones*  
FA, Lov. — 2. *Minici* TV. — 6. *Minic.*  
T. *Munitium* UFV. — *tradidit* D. — 7.  
*ad cruciandum* V. — *Calpurn.* Dδ. — 7-  
8. *indictum* TLUFV, Petav., Lov. — 9.  
*coactus idem* TL, hic *idem* in marg.; *Isdem*  
UFV. — 10. *adfecit* UF, *affecit* D, Petav.,  
Ciacc. et pro var. lect. Cujac. — *Mercelio*  
TLUF, Petav. et alii, *Mercellio* V, *Mer-*  
*gellio* D. -*gelio* δ; *Mercilio* «multi» Oud.  
— *Scuillus* TV, Lacunam notavi auctore  
Nipperdeio; *sicut ille* OEhlers. — 11. *his*  
codd., *illis* D — 12. *shi* .x, TLUF, om. V

relicto spatio. Dδ et «plerique» Oud. *se-*  
*stertius* x vel *decem*. Correctum ex Valerio  
Max. IX, 4, § 2: *Calpurnium* . . *sexagies*  
*sestertium pactus dimisit*. Idem *quingages*  
*pactum* non *Sestium* refert, sed *SILVUM*,  
ut hæc excerptus Sestium cum *Squillo*  
confudisse videatur, qui *Scillus* scriptus  
abierit in *Silius*. — *cum* (alterum) L inter-  
versus. — *Sestio* D et alii rec.; Lov. et  
«quidam» Oud. *Sentio*. — 14. *pecunia* D  
corr., δ, et alii rec.

LVI. — 16. *postea* L. — 18. *dolori*  
UFD et pauci Oud.

tiam temporum intercludebat. Sic erat dubius animi, utrum nihil timere an omnia licere mallet. Sanatis vulneribus, arcessit omnes qui sibi pecunias expensas tulerant, acceptasque eas jubet referri; quibus parum videbatur imposuisse oneris, ampliore pecuniam imperat. Equitum autem Romanorum delectum instituit; quos ex omnibus conventibus coloniisque conscriptos transmarina militia perterritos ad sacramenti redemptionem vocabat. Magnum hoc fuit vectigal, majus tamen creabat odium. His rebus confectis, totum exercitum lustrat: 10 legiones, quas in Africam ducturus erat, et auxilia mittit ad trajectum. Ipse classem quam parabat ut inspiceret, Hispalim accedit ibique moratur, propterea quod edictum tota provincia proposuerat: "quibus pecunias imperasset, neque contulissent, se adirent." Quae evocatio vehementer omnes turbavit.

15 LVII. Interim L. Titius, qui eo tempore tribunus militum in legione vernacula fuerat, nuntiat eam a legione xxx, quam Q. Cassius legatus simul ducebat, cum ad oppidum Leptim

1. *animis* T, *animus* ceteri; *animi* Scaliger "ex suo, ut videtur, codice" et edd. primæ. — 2. *timeret* UFLA, Scal. — 3. *pec. sibi* L. — 5. *Æque* (*æque* V) autem nostri antiquiores, Scal., Cuj., Petav., Voss., Lov.; *Quem autem* D in ras.,  $\delta$  et alii rec.; *eq̃* L, solitum compendium vocis *equitum*, plene scriptæ in cod. Goduini et "aliis" ap. Clark. — *Romi* T, *Rom.* L, *Romæ* UVV, Petav., D $\hat{o}$  et alii; *Romano-ram* Cuj., Scal., codd. Brant. et Goduini. — 5-6. *dilectum* LV et "optimi" Oud.; *del.* TUF. — 6. *convenientibus* F. — *coloniisque* nostri præter D. — 7. *conscriptis* L. — *sacramenta* T pr. — 7-8. *religionem* corrector D. — 8. *fuit hoc* L. — 9. *crede-*

*bat* FA, Petav., Voss.; *cresebat* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — *notum exere*, nostri præter  $\delta$ , qui *totum* cum correctore D et nonnullis Oud.; *notum* F, Petav. — 10. *Africa* TULA et "tres" Oud. — *et ad* (hoc T inter versus) *auxilium* TLV, hic *auxilia*; UFD et ceteri *et ad auxilia*. — 12. *atque ibi* L. — 13. *ut quibus* codd. præter TLV, Scal.,  $\delta$  et duos alios rec., qui sine *ut*. — 14. *sed ad*, T. — *vocatio* T pr.

LVII. — 16. *nuntiat fama legione* codd. (ultima voce in L duobus punctis notata), *legionem* FVD $\delta$  et pars Oud.; *eam a legione* Jurinius. — *ELV* T. — *quam* om. TL, V inter versus ead. m. — 17. *Leptum* L.

castra haberet, seditione facta, centurionibus aliquot occisis, qui signa tolli non patiebantur, discessisse et ad secundam legionem contendisse, quæ ad fretum alio itinere ducebatur. Cognita re noctu cum v cohortibus unetvicesimanorum egreditur, mane pervenit. Ibi eum diem, ut quid ageretur perspiceret, moratus. Carmonem contendit. Hic cum legio xxv et xvi et cohortes iv ex v legione totusque convenisset equitatus, audit iv cohortes a vernaculis oppressas ad Obuculam cum his ad secundam pervenisse, omnesque ibi se conjunxisse et M. Thorium Italicensem ducem delegisse. Celeriter habito consilio, M. Marcellum quæstorem Cordubam, ut eam in potestate retineret, Q. Cassium legatum Hispaliem mittit. Paucis ei diebus affertur conventum Cordubensem ab eo defecisse Marcellumque aut voluntate aut necessitate abductum (namque id varie nuntiabatur) consentire cum Cordubensibus: duas cohortes legionis v, quæ fuerant Cordubæ in præsidio, idem facere. Cassius his rebus incensus movet castra et postero die Segoviam ad flumen

2. non om. TL, Scal. — 2-3. et alteram leg. L. — 3. deducebatur TV. — 4. undevicesimanorum codd., unde vincensim, TV, unetvicesimanorum Lipsius. — 5. manus perv. D corr., δ et alii rec. — Noctu ibi TFV; noctu. Ibi LD, Voss. Item U, cujus non indicatur distinctio. — 5-6. prospic. D, Voss. — 6. moratur U. — Carbonem TUFVD, Petav; Narbonem L, Carbonam δ, Lov. Tria indistincte ex suis Oud. — 7. cohortium TL, D pr. — et i L; ex ii D corr., δ; quatuor ex quinta legione Petav. — totus V. — 8. Obuculum TL, Scal., Voss. — 8. cum is TUF. — 9. se om. TL. — et intorium TUFV, uitorium L, mithorium H, i. e. M. Torium, quod ex Cuj. et Voss. affertur. T. Torium

Dδ et ᾠplerique Oud.; sine prænomine Petav. Recentes esse istos ᾠplerosque et M. scribi debere apparet. Sequenti cap. boni libri constanter Thorius. — 10. Italicensum TV. — 10-11 consilio, Marcellumque Cord. TLUFV et ᾠduo Oud., in quibus Lov.; ceteri Marcellum. Particulam ex voce quæstor saepe compendiose scripta superesse et prænomen M. addi debere ostendit Forchhammerus, coll. Dione Cass. xlii. 15. — 11. eam (sic) in potestatem U. — 12. q. (ante Cass.) T supraposito e (i. e. quæ), eodemque modo L, in quo erasum. — Paucisque ei diebus ut affertur D corr., δ et alii rec.; diebus ei L. — 14. iduriarie nunt. V. — 17. Segoviam TL, Scal.

Siciliense venit. Ibi habita concione militum tentat animos: quos cognoscit non sua, sed Cæsaris absentis causa sibi fidissimos esse nullumque periculum deprecaturus, dum per eos Cæsari provincia restitueretur.

5 LVIII. Interim Thorius ad Cordubam veteres legiones adducit, ac ne dissensionis initium natum seditiosa militum suaque natura videretur, simul ut contra Q. Cassium, qui Cæsaris nomine majoribus viribus uti videbatur, aequè potentem opponeret dignitatem, Cn. Pompeio se provinciam recuperare velle  
10 palam dictitabat. Et forsitan etiam hoc fecerit odio Cæsaris et amore Pompeii, cuius nomen multum poterat apud eas legiones, quas M. Varro obtinuerat. Sed id qua mente, communis erat conjectura: certe hoc præ se Thorius ferebat: milites adeo fatebantur, ut Cn. Pompeii nomen in scutis inscriptum habe-  
15 rent. Frequens legionibus conventus obviam prodit neque tantum virorum, sed etiam matrum familias ac prætextatorum, deprecaturque ne hostili adventu Cordubam diriperent: nam se contra Cassium sentire cum omnibus: contra Cæsarem ne facere cogentur, orare.

20 LIX. Tantæ multitudinis precibus et lacrimis exercitus com-

1. *Siliciense* D. Voss.; *Singiliense* Nipperdeius et Kiepertus, de Singuli flumine a Corduba non longe remoto, adjectivum de Singili oppido testatum. — 2. *atque cogn.* L. — 3. *deprecaturus* T pr.

LVIII. — 5. *Tor.* L. — *veterem leg.* TV, Lov.; *veteranas* L. — 8. *viribus* in F post *videbatur*. — 9. *recipere* antiquiores præter L. — 10. *forsan hoc* L; *etiam* D quoque et Voss. omittunt — 12. *Durum qua mente*, sine verbo. Ab interpolatore esse

totum enuntiatum. *Sed... conjectura*, censet Vielhaberus: mihi non minus suspecta sunt illa l. 10, *Et forsitan... Pompeii*, quibus sublatis recte jungitur *dictitabat, cuius nomen...* — 13. *praesentorinus fer.* L. — 14. *scriptum* VDô. — 17. *deprecatur quæ* TV, *deprecabaturque* L. — 18. *cousentire* nostri omnes. Petav., Voss. — 19. *facerent* (*facerentur* T) *orare* TL, Seal.

LIX. — 20. *Tantu* T pr. — 20 et l. p. 255. *commeatus* U pr.



motus cum videret ad Cassium persequendum nihil opus esse Cn. Pompeii nomine et memoria, tamque omnibus Cæsarianis quam Pompeianis Longinum esse in odio, neque se conventum neque M. Marcellum contra Cæsaris causam posse perducere, nomen Pompeii ex scutis detraxerunt, Marcellum, qui 5 se Cæsaris causam defensurum profitebatur, ducem adseiverunt prætoremque appellarunt et conventum sibi adjunxerunt, castraque ad Cordubam posuerunt. Cassius eo biduo circiter 10 iv millia passuum a Corduba citra flumen Bætum in oppidi conspectu loco excelso facit castra: litteras ad regem Bogudem in Mauritaniam et M. Lepidum proconsulem in Hispaniam Citeriorem mittit, "subsidio sibi provinciæque Cæsaris causa quam primum veniret." Ipse hostili modo Cordubensium agros vastat, ædificia incendit.

LX. Cujus rei deformitate atque indignitate legiones, quæ 15 Marcellum sibi ducem ceperant, ad eum concurrerunt, ut in aciem educerentur, priusque configendi sibi potestas fieret, quam cum tanta contumelia nobilissimæ carissimæque possessiones Cordubensium in conspectu suo rapinis, ferro flammaque consumerentur. Marcellus, cum configere miserrimum 20 putaret, quod et victoris et victi detrimentum ad eundem Cæsarem esset redundaturum, neque suæ potestatis esset, legiones Bætum traducit aciemque instruit. Cum Cassius contra pro

1. *esset* TUF. — 2. *tamquam* TLX. — 3. *in* om. L. — 6. *causa* F. — 6-7. *asciv.* L. — 7. *appellaverunt* L. — *et* om. V. — 9. *Betum* TLXD; *Bætum* F cap. seq. — 10. *Bogudem* U. — 12. *provinciaque* TV. — 14. *vastata* TV. *vastans* L.

LX. — 16. *ducem sibi fecerant* L. —

*concurrant* D. — 17. *educerentur orant* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — *contra bellandi sibi* D, Voss. — 17-18. *karissimæque* T. et a pr. m. *possestates*. — 21. *victores* TV. — 22. *potest. esse* L. — 23. *Cassium* codd. præter U et Regium Lond., qui *Cassius*.

suis castris aciem instruxisset loco superiore, causa interposita, quod is in æquum non descenderet. Marcellus militibus persuadet, ut se recipiant in castra. Itaque copias reducere cœpit. Cassius quo bono valebat Marcellumque infirmum esse sciebat, 5 aggressus equitatu legionarios se recipientes, complures novissimos in fluminis ripis interfecit. Cum hoc detrimento, quid transitus fluminis vitii difficultatisque haberet, cognitum esset, Marcellus castra Bætin transfert, crebroque uterque legiones in aciem educit; neque tamen confligitur propter locorum dif- 10 ficultates.

LXI. Erat copiis pedestribus multo firmior Marcellus: habebat enim veteranas multisque præliis expertas legiones. Cassius fidei magis quam virtuti legionum confidebat. Itaque, cum castra castris collata essent, et Marcellus locum idoneum ca- 15 stello cepisset, quo prohibere aqua Cassianos posset, Longinus, veritus ne genere quodam obsidionis clauderetur in regionibus alienis sibi infestis, noctu silentio ex castris proficiscitur, celerique itinere Uliam contendit, quod sibi fidele esse oppidum credebat. Ibi adeo conjuncta ponit mœnibus castra, ut

1. *instruxisse* codd., *instruxisset* Reg. et primæ edd., in quibus etiam *Cassius*. Post *superiore* corrector D inseruit *videret*, et sic δ Aldusque, et edd. inde omnes: *conspiceret* Norvic. Similis omissio supra e. 35, sed jam codex U rem dirimit. Etiam Fabricius *Cassius*, ., *instruxisset* ex aliquo codice Lipsii annotavit — 2. *his* T. — *in æquum* TDδ, L ead. m. in marg. — *milit. Marc.* L. — 3. *reciperent* TL, Scal. — *Ita* L. — 4. *infirmē* (hoc etiam F cum nota) ã U, et super hac voce ead. m. *eū*. Etiam D *eum* a pr. m. pro *esse*. — 6. *qui*

UFD, *quod* V. — 7. *uti* TLUV, cui in Scal. superscriptum *litatis*, Cajac. in serie *utilitatis*. F *usu uti*; Petav., D pr., Voss. *usus*. Recentes *vitii*. — *difficultatesque* TLUFV. — 9. *acie* U. — *ducit* V. — *nec* L.

LXI. — 11 *firmiores* U pr. — 14. *conlocata* vel *collocata* codd.; *collata* Stephanus. — 16. *quoddam* T. et in *claud.* punctis notatum a, ut esset *eluleretur*. — 17. *infestis* T pr. — *ex silentio* ex U, priore expuncto. — 18. *Ullam*, *Ulla* etc. codices constanter. — *esse* om. L.

et loci natura (namque Uliam in edito monte posita est) et ipsa munitione urbis undique ab oppugnatione tutus esset. Hunc Marcellus insequitur et quam proxime potest Uliam castra castris confert, locorumque cognita natura, quo maxime rem deducere volebat, necessitate est deductus, ut neque confligeret (cujus si rei facultas esset, resistere incitatis militibus non poterat) neque vagari Cassium latius pateretur, ne plures civitates ea paterentur, quæ passi erant Cordubenses. Castellis idoneis locis collocatis operibusque in circuitu oppidi continuatis, Uliam Cassiumque munitionibus clausit. Quæ priusquam perficerentur, Longinus omnem suum equitatum emisit: quem sibi usui fore credebat, si pabulari frumentarique Marcellum non pateretur, magno autem fore impedimento, si clausus obsidione et inutilis necessarium consumeret frumentum.

LXII. Paucis diebus Cassii litteris acceptis rex Bogud cum copiis venit, adjungitque ei legioni, quam secum adduxerat, complures cohortes auxiliarias Hispanorum. Namque, ut in civilibus dissensionibus accidere consuevit, ita temporibus illis in Hispania nonnullæ civitates rebus Cassii studebant, plures Marcellum fovebant. Accedit cum copiis Bogud ad exte-

1. *est loci* codd. (etiam T), *loci est* V; *et loci* Lov. et Aldus. — *ut ipsa* codd., *et ipsa* Aldus. — 2. *ad* TV, sed hic solus *oppugnationem*. — 3. *locorum cognitaque* L. — 4. *valebat* L. — *eductus* TV, Scal., *doctus* L., *eductus* UFδ, Lov. et fort. D, qui ex corr. *adductus*, Nipperdeius *deductus*. — *confligere* TV, D corr., Lov. et «duo» Oud.; *confugere* L. — 5. *latius* om. L. — 6-7. *ea paterentur civitates* UF, Petav. — 8. *passæ* TFV, Lov. — 9. Ante *in* quinque litt. in T erasæ, quarum ultima *e*.

LXII. — 15. *Paucisque* TLV et «duo» Oud. — *diebusque Cass.* U, Lov.; *Q. Cassii* F, Petav. — *Bogus* codd. hic et infra: *Beghus*, et *Boghus* D. — 16-17. *legionem* (*leg.* L) .. *compluresque* codd., *legioni* .. *complures* Jurinius. — 17. *auxiliariis* nostri antiquiores; *auxiliarias* corrector D et δ. De suis tacent Fabr. et Oud. — 19. *in Hisp.* L inter versus post *civ.* — 20. *complures* D. — *Marcello favebant* UFD et non nominati Oud. — *Accedit* T pr.

riores Marcelli munitiones. Pugnatur utrinque acriter, crebroque id accidit fortuna sæpe ad utrumque victoriam transfere[n]te; nec tamen unquam ab operibus depellitur Marcellus.

LXIII. Interim Lepidus ex citeriore provincia cum cohortibus legionariis xxxv magnoque numero equitum et reliquorum auxili-  
 5 bus legionariis venit ea mente Uliam, ut sine ullo studio contentiones Cassii Marcellique componeret. Huic venienti sine dubitatione Marcellus se credit atque offert; Cassius contra suis se tenet præsi-  
 10 diis, sive eo, quod plus sibi juris deberi quam Marcello existimabat, sive eo, quod ne præoccupatus animus Lepidi esset obsequio adversarii verebatur. Ponit ad Uliam castra Lepidus neque habet a Marcello quicquam divisi. Ne pugnetur, interdicit; ad exeundum Cassium invitat fidemque suam in re omni interponit. Cum diu dubitasset Cassius, quid  
 15 sibi faciendum quidve Lepido esset credendum, neque ullum exitum consilii sui reperiret, si permaneret in sententia, postulat uti munitiones disjicerentur, sibi que liber exitus daretur. Non tantum induciis factis, sed prope jam \*pace\* constituta, opera \*cum\* complanarent, custodiaeque munitionum essent  
 20 deductæ, auxilia regis in id castellum Marcelli, quod proximum erat regis castris, neque opinantibus omnibus (si tamen in omnibus fuit Cassius : nam de hujus conscientia dubita-

1. Marcelli om. TL. — 1-2. acriter crebroque. Id F; ut acc. D. — 2. ad utrinque TV. — 2-3. transfere[n]tem TUV. — 3. nec unquam tamen TL; unquam hoc loco U, alibi unq.

LXIII. — 4-5. cohortibus legionibus V. — 9. se recepit tenetque præsi. T, Scal. — juris F inter versus. — 10. nec pr. UF. — 11. Lepidi T. — 12. quicquam L. —

15. sibi om. V. — quid vel L. — Lipido T. — 17. disjicerentur TLUFδ. Cuj., Lov.; discisserentur D; disicerentur V, disjicerentur Petav. — 18-19. pace (de quo jam Lipsium cogitavisse refert exempl. Fabric.) inseruit Nipperdeius, cum Aldus, Margo U ter siglis : quære. — 19. cum planarent Petav. — 22 et 1. p. 259. dubitatur L.

batur) impetum fecerunt, compluresque ibi milites oppresse-  
runt. Quod nisi celeriter indignatione et auxilio Lepidi pro-  
lium esset diremptum, major calamitas esset accepta.

LXIV. Cum iter Cassio patefactum esset, castra Marcellus  
cum Lepido conjungit. Lepidus eodem tempore Marcellusque 5  
Cordubam cum suis, Cassius proficiscitur Carmonam. Sub  
idem tempus Trebonius proconsul ad provinciam obtinendam  
venit. De cuius adventu ut cognovit Cassius, legiones, quas  
secum habuerat, equitatumque in hiberna distribuit; ipse om-  
nibus suis rebus celeriter correptis Malacam contendit, ibi- 10  
que adverso tempore navigandi naves conscendit, ut ipse præ-  
dicabat, ne se Lepido et Trebonio et Marcello committeret;  
ut amici ejus dictitabant, ne per eam provinciam minore cum  
dignitate iter faceret, cujus magna pars ab eo defecerat; ut  
ceteri existimabant, ne pecunia illa ex infinitis rapinis con- 15  
fecta in potestatem cujusquam veniret. Progressus secunda ut  
hiberna tempestate cum in Hiberum flumen noctis vitandæ  
causa se contulisset, inde paulo vehementiore tempestate ni-  
hilo periculosius se navigaturum credens profectus, adversis  
fluctibus occurrentibus ostio fluminis in ipsis faucibus, cum 20  
neque flectere navem propter vim fluminis neque directam  
tantis fluctibus tenere posset, demersa nave periit.

1. *milites ibi* L., *equites ibi* D., Voss. —  
3. *direptam* L.

LXIV. — 6. *Cassius cum suis* Scal.  
— *Narbonam* TLU, «vetustiores» Oud.,  
*Varbonem* FVDδ et alii rec.; *Carmonam*  
Glandorpius. — 7. *optinendam* pror. V. —  
8. *venit* L., D inter versus, δ; omittunt  
TUFV, cum vitii defectusve nota U. —  
11. *navis* codd. — 13. *ejus am.* V. —

14. *pars magna* et paulo post *confecta ra-*  
*pinis* in U signis transposita, marg. *quare*.  
— 15. *in* (pro *ne*) *pec.* L. — *infinitimis* T.  
— 16. *ut expungit* corrector D, om. δ.  
Lov. et «quidam» Oud. — 17. *in* om.  
FLV, Scal. — 18-19. *nihil* nostri præter  
δ. Etiam Petav. *nihilo*. — 19. *adversus* F  
pr. — 21. *navem* UF, ceteri fere *navim*.  
— *dereptam* TLUF, *direptam* D, Voss.

LXV. Cum in Syriam Cæsar ex Ægypto venisset, atque ab  
 iis qui Roma venerant ad eum cognosceret litterisque urbanis  
 animadverteret multa Romæ male et inutiliter administrari,  
 neque ullam partem reipublicæ satis commode geri, quod et  
 5 contentione tribuniciiis perniciosæ seditioes orerentur, et  
 ambitione atque indulgentia tribunorum militum et qui legio-  
 nibus præerant multa contra morem consuetudinemque milita-  
 rem fierent, quæ dissolvendæ disciplinae severitatisque essent,  
 eaque omnia flagitare adventum suum videret, tamen præfe-  
 10 rendum existimavit, quas in provincias regionesque venisset,  
 eas ita relinquere constitutas, ut domesticis dissensionibus  
 liberarentur, jura legesque acciperent, externorum hostium  
 metum deponerent. Hæc in Syria, Cilicia, Asia celeriter se  
 confecturum sperabat, quod hæ provinciæ nullo bello preme-  
 15 bantur: in Bithynia ac Ponto plus oneris videbat sibi impen-  
 dere. Non excessisse enim Ponto Pharnacem audiebat, neque  
 excessurum putabat, cum secundo prælio vehementer esset  
 inflatus, quod contra Domitium Calvinum fecerat. Commora-  
 tus fere in omnibus civitatibus, quæ majore sunt dignitate,  
 20 præmia bene meritis et viritim et publice tribuit, de contro-  
 versiis veteribus cognoscit ac statuit: reges, tyrannos, dynastas  
 provinciæ finitimos, qui omnes ad eum concurrerant, receptos  
 in fidem conditionibus impositis provinciæ tuendæ ac defen-  
 dendæ dimittit et sibi et populo Romano amicissimos.

LXV. — 2. *his* codd. — «*Litteris urba-  
 nis*, imo *urbanorum*.» Lipsius in exempl.  
 Fabric. — 4. *re .j.* TU; R. P. L. —  
*commoda egeri* TLV. — 5. *oriventur* F a  
 sec., LVD et rec. — 6. *atque indiligentia*  
 codd. præter L. — *et* om. Petav. — 7-8.  
*morem militarem consuetudinemque* L. —

14. *facturum* L. — *hæc* U *hæc* F. —  
 15. *plus* om. TL. Scal. — 16. *Nam*  
*err. enim* U. — *Pharnacem* U, ceteri -cê.  
 — 18. *Calvinium* L. — 19. *majore erant*  
 L. — 22. *finitimosque* codd., particulam  
 delendam esse monuit Ondendorpius. —  
*concurrerent* L.

LXVI. Paucis diebus in ea provincia consumptis. Sextum Cæsarem, amicum et necessarium suum, legionibus Syriæque præfecit; ipse eadem classe, qua venerat, proficiscitur in Ciliciam. Cujus provinciæ civitates omnes evocat Tarsum, quod oppidum fere totius Ciliciæ nobilissimum fortissimumque est. 5 Ibi rebus omnibus provinciæ et finitimarum civitatum constitutis, cupiditate proficiscendi ad bellum gerendum non diutius moratur, magnisque itineribus per Cappadociam confectis, biduum Mazacæ commoratus, Comana venit, vetustissimum et sanctissimum in Cappadocia Bellonæ templum, quod tanta 10 religione colitur, ut sacerdos ejus deæ majestate, imperio, potentia secundus a rege consensu gentis illius habeatur. Id homini nobilissimo Lycomedi Bithyno adjudicavit; qui regio Cappadocum genere ortus propter adversam fortunam majorum suorum mutationemque generis jure minime dubio, 15 vetustate tamen intermisso, sacerdotium id repetebat. Fratri autem Ariobarzanis Ariarathi, cum bene meritis uterque eorum de republica esset, ne aut regni hereditas Ariarathen sollicitaret, aut heres regni terreret Ariobarzanem, attribuit qui sub ejus imperio ac ditone essent. Ipse iter inceptum si- 20 mili velocitate conficere cœpit.

LXVI. — 5. *est fere* T. — 6. *finitimarum regionum* L. *civitatum* UF. — 9. *Matace* L. — *Comana* T, Pet. — *venit*, quod abest ab antiquioribus libris, ante *vetust.* posuit Nipperdeius, ubi excidisse ostendit varietas  $\delta$ : *venit Comana* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — 9-10. *tutissimum et scitissimum*  $\delta$ . — 11. *ejus* om. V. — *deæ magis imperio* nostri. Scal., Petav., Lov., etc.; *majestate* ex nullo nominatim affertur. — 13. *homini* om. L. — *Licom.* L et rec., *Nicomedi* D et primæ edd., quod etiam

ap. Appianum Mithrid. c. 121 olim legabatur. — *Bythino* U, *Bithino* F, Petav., Lov., *Bithyno* Voss., ceteri *Bithinio*. — *judic.* L. — 14. *Cappadocia* Lov., T pr., *cum* suprascripto. — 16. *intermisso sacerdotio* FD, Petav., Voss. — 18. *her.* TUF, non *her.* — 19. *homines* (compendio pro *heres*) L. — *terreret. Ariobarzani attrib.* (TU) vel *attrib.* codd.; *terreret Ariobarzanem, attrib.* Jurinius. — 20. *esset* codd.; *essent* Em. Hoffmannus. — *iter inceptum* TL.

LXVII. Cum propius Pontum finesque Gallogræciæ accessisset, Dejotarus, tetrarches Gallogræciæ tum quidem pænetolius, quod ei neque legibus neque moribus concessum esse ceteri tetrarchæ contendebant, sine dubio autem rex Armeniae minoris ab senatu appellatus, depositis regiis insignibus neque tantum privato vestitu, sed etiam reorum habitu supplex ad Cæsarem venit oratum ut sibi ignosceret, quod in ea parte positus terrarum, quæ nulla præsidia Cæsaris habuisset, excitus imperiis in Cn. Pompeii castris fuisset: neque enim se debuisse iudicem esse controversiarum populi Romani, sed parere presentibus imperiis.

LXVIII. Contra quem Cæsar cum plurima sua commemorasset officia, quæ consul ei decretis publicis tribuisset, cumque defensionem ejus nullam posse excusationem ejus imprudentiæ recipere coarguisset, quod homo tantæ prudentiæ ac diligentiae scire potuisset, quis Urbem Italiamque teneret, ubi senatus populusque Romanus, ubi respublica esset, qui denique post L. Lentulum, C. Marcellum consules, tamen se concedere id factum superioribus suis beneficiis, veteri hospitio atque amicitiae, dignitati ætati que hominis, precibus eorum qui frequentes concurrissent hospites atque amici Dejotari ad

LXVII. — 1. *ponte* T pr. — 2. *tetriarches* T, *tetharces* UF, item mox; *thetrarches* L. — 3. *tum* nostri præter δ, qui *tunc*, quod editur. — 4. *autem* om. Pet. — 5. *regis* TLU, a pr. FD; *regibus* V. — 6. *tanto* nostri præter Dδ. — 7. *ea* in D. — 8. *parte* om. V. — 9. *exercitiibus imperiisque* codd.; *exercitusque imperiis* Marklandus, sed *que* adjectum est post commissum errorem. — 10. *esse* om. F.

LXVIII. — 14. *defectionem* D inter versus, tres rec. ap. Oud. — 15. *cognovisset* L. — 17. *qui* TLV, *quis* UFDδ, Oud. sine var. — 17-18. *deinde* codd., *denique* Nipperdeius. — 18. *consules* nostri, Lov. «quattuor» Oud., qui retinuit *consul esset*, quod est in F. — *sese tamen se* D. corr. *sed*. — 19. *id factum* om. L. — *beneficiis suis* F. — 21. *frequenter* V, Lov.



deprecandum, de controversiis tetrarcharum postea se cogniturum esse dixit, regium vestitum ei restituit. Legionem autem eam, quam ex genere civium suorum Dejotarus armatura disciplinaque nostra constitutam habebat, equitatumque omnem ad bellum gerendum adducere jussit. 5

LXIX. Cum in Pontum venisset copiasque omnes in unum locum coegisset, quæ numero atque exercitatione bellorum mediocres erant (excepta enim legione sexta, quam secum adduxerat Alexandria veteranam multis laboribus periculisque functam, multisque militibus partim difficultate itinerum ac 10 navigationum, partim crebritate bellorum adeo deminutam, ut minus mille hominibus in ea esset, reliquæ erant tres legiones, una Dejotari, duæ, quæ in eo prælio, quod Cn. Domitium fecisse cum Pharnace scripsimus, fuerant), legati a Pharnace missi Cæsarem adeunt atque imprimis deprecantur, 15 ne ejus adventus hostilis esset : facturum enim omnia Pharnacem quæ imperata essent. Maximeque commemorabant nulla Pharnacem auxilia contra Cæsarem Pompeio dare voluisse, cum Dejotarus, qui dedisset, tamen ei satisfacisset.

LXX. Cæsar respondit se fore æquissimum Pharnaci, si 20 quæ polliceretur repræsentaturus esset. Monuit autem, ut

3. *eum* om. L. — *matura* TV. Scal.: *natura* UF et ceteri; *armatura* Cujacins.

LXIX. — 8. 11 UV. — 8-9. *abduxerant Alexandriam* V. *abduxerat* UF, Lov. Margo U; *quere*. — 10. *difficultate bellorum*, *itin*. L. — 11. *celebritate* F pr. — *demin*. TUV. *din*. ceteri et «plerique» Oud. — 12. *minus cū hominibus* TUFV. Cuj., Lov. (qui *minus* omittere videtur):

pro *cum* Scal., Petav. *en*. L c; D corr. *mille*. δ M. Sive *cio*. unde *cū*. — 13. *quas* FV. — 14. *Farn*. T hic. — 14-15. *ab Ph*. D. Voss.: *ad Pharnacē* U. F pr. — 15. *ad Cæs*. D. *ad expuncto*. — 16. *adventus ejus* V. — 18. *Pharnacem* hic quoque TULV.

LXX. — 20. *respond* T compendio ambiguo. — *se amicum fore Ph*. L.

solebat, militibus verbis legatos, ne aut Dejotarum sibi objicerent, aut nimis eo gloriarentur beneficio, quod auxilia Pompeio non misissent. ~ Nam se neque libentius facere quicquam quam supplicibus ignoscere, neque provinciarum publicas injurias condonare iis posse, qui fuissent in se officiosi. Quin id ipsum, quod commemorarent, officium fuisse utilius Pharnaci, qui providisset ne vinceretur, quam sibi, cui dii immortales victoriam tribuissent. Itaque se magnas et graves injurias civium Romanorum, qui in Ponto negotiati essent, quoniam in integrum restituere non posset, concedere Pharnaci. Nam neque interfectis amissam vitam neque exsectis virilitatem restituere posse: quod quidem supplicium gravius morte cives Romani subissent. Ponto vero decederet confestim, familiasque publicanorum remitteret, ceteraque restitueret sociis civibusque Romanis, quæ penes eum essent. Si fecisset, jam tunc sibi mitteret munera ac dona, quæ bene rebus gestis imperatores ab amicis accipere consuessent. ~ Miserat enim Pharnaces coronam auream. His responsis datis, legatos remisit.

20 LXXI. At Pharnaces liberaliter omnia pollicitus, cum festinantem ac præcurrentem Cæsarem speraret libentius etiam

1. *militibus* T pr., *militibus urbis* L. —  
2. *eo* U a sec. m. — *gloriantur* TLV. Lov.  
— 3. *libentius quicq. fac.* F. — 5. *iis* U,  
ceteri *his*, om. L. — *qui non* codd.; *non*  
delevit Vascosanus. — *Quam* TUFVD, *qu*  
(*quoniam*) L, Scal., om.  $\delta$  et alii rec.;  
*quod id* Petav. *Quin* Nipperdeius. — 6.  
*ad ips.* D. — *commemorassent* L $\delta$  et rec.  
Oud. — 8. *se* om. TLV. — 10. *in integr.*  
om. L. — 11. *exsectis* U, F pr. — 12.

*restituere non posset* U. *t* expuncto: *posset*  
etiam V, et *non* inter versus ead. m. —  
13-14. *familias* L. — 14-15. *civibus* V.  
— 16. *nunc mitt. sibi* V. — *gestis reb.* L.  
— 17. *enim ei* UF.

LXXI. — 21. *ac præcurrentem* codd.,  
*procurr.* cod. Victor.; *properantem* Davi-  
sius, *percurrentem* Kranerus, *præfestinan-*  
*tem ac currentem* Nipperdeius; *ac in pro-*  
*vinciam recurrentem* Em. Hoffmannus; *ac*

creditorum suis promissis, quam res pateretur, quo celerius honestiusque ad res magis necessarias proficisceretur (nemini enim erat ignotum plurimis de causis ad Urbem Cæsarem revocari), lentius agere, decedendi diem postulare longiorem, pactiones interponere, in summa frustrari cœpit. Cæsar, cognita calliditate hominis, quod aliis temporibus natura facere consuevit, tunc necessitate fecit adductus, ut celerius omnium opinione manum consereret.

LXXII. Zela est oppidum in Ponto, positu ipso ut in plano loco satis munitum: tumulus enim naturalis veluti manu factus excelsiore undique fastigio sustinet murum. Circumpositi sunt huic oppido magni multique intercisi vallibus colles; quorum editissimus unus, qui propter victoriam Mithridatis et infelicitatem Triarii detrimentumque exercitus nostri magnam in illis partibus habet nobilitatem, superioribus locis atque itineribus pæne conjunctus est oppido, nec multo longius millibus passuum in abest ab Zela. Hunc locum Pharnaces, veteribus paternorum felicium castrorum relictis operibus, copiis suis omnibus occupavit.

*prætervolantem* Viellhaberus, qui *prætercurrentem* respuerit, ut quarto demum sacculo testatum. — p. 264, l. 21. *sperrasset* L. — 2. *proficisceretur existimabat* UFH, Voss., D, in quo corrector expungit. — 3. *pluribus* D. — *de rebus* V — 4. *dies p. longiores* F. — 7. *consuevit* L. — 8. *ma* δ relicto spatio lato. — *conferrret* δ, *conferrret* L, Lov., et duo alii Oud.

LXXII. — 9. *Zella* D, marg. : "al. *tela*." et sic δ. — *positum* (hic distinguit T), *ipsam* codd; *positu ipso* Aldus. — 10. *velut* UF. — 12. *hoc opp.* nostri anti-

quiores. Pet., Lov.: *huic* Dδ, et non nominati Oud. — 13. *colles* L ante *intercisi*. — 14. *Traiari* V, et fort. D a pr., capite seq. ipsi UF. — 14-16. *nostri*, *superioribus locis atque itineribus pene conjunctus oppido magnam in illis partibus habet nobilitatem, nec multo* codd. et edd. Temere turbatum ordinem restituit Viellhaberus. — 16. *est* eodem auctore additum. — *oppida* U pr. — 17. *a quidam* Oud., om. V. — 18. *relicet* D et *tum* in ras. septem octove litterarum; *relictum* δ, duo rec. Oud.

LXXIII. Cæsar cum ab hoste millia passuum v castra posuisset videretque eas valles, quibus regia castra munirentur, eodem intervallo sua castra munituras, si modo ea loca hostes priores non cepissent, quæ multo erant propiora regis castris, 5 aggerem comportari jubet intra munitiones. Quo celeriter collato, proxima nocte, vigilia quarta legionibus omnibus expeditis impedimentisque in castris relictis, primâ luce neque opinantibus hostibus cum ipsum locum cepit, in quo Mithridates secundum prælium adversus Triarium fecerat. Huc om- 10 nem comportatum aggerem ex castris servitia agerent jussit, ne quis ab opere miles discederet, cum spatio non amplius passuum mille intereisa valles castra hostium divideret ab opere incepto [Cæsaris castrorum].

LXXIV. Pharnaces, cum id repente prima luce animadvertisset, copias suas omnes pro castris instruxit. Quas, interposita 15 tanta locorum iniquitate, consuetudine magis pervulgata militari credebat instrui Cæsar vel ad opus suum tardandum, quo plures in armis tenerentur, vel ad ostentationem regiæ fiducia, ne munitione magis quam manu defendere locum Pharnaces videretur. Itaque deterritus non est quo minus, prima 20 acie pro vallo instructa, reliqua pars exercitus opus faceret. At

LXXIII. — 3. *eodem in vallo* L. — *munituras* TLV (hic *munitur* a pr.). Lov.; *munitura* Dδ et «tres» Oud. — 3-4. *ea priores loca host.* F, pr. *host.* etiam V. — 4. *non* om. TLV, Cuj. et unus Oud. — 5-6. *coll.* UV. *collocato* D corr., δ. «tres» Oud. — 8. *cum ips.* L. — 9. *Triarium* UVV, D pr. — *Hoc* UF, D pr., Lov., *Hunc* L. — 10. *agerentur* codd. præter unum Petav. Margo U: *quere.* — 12.

*passum* TV, *passuum* Uδ. Scal. et fort. Voss.; *pass.* F (cum defectus nota) D. *pass.* III L. unus δ recte *passuum* ☉ (sive *cio*). — *valles* etiam D pr., *vallis* V. — 13. *incerto* TV. Sequentia recte secludit Kramerus.

LXXIV. — 18. *tenerentur, id fieri credebatur* UFII, quæ interpolatio aliunde non affertur. — 20. *videretur id fieri* «ms. Ursini.» non U. — 21. *opus* om. V.

Pharnaces impulsus sive loci felicitate, sive auspiciis et religionibus inductus, quibus obtemperasse eum postea audiebamus, sive paucitate nostrorum, qui in armis erant, comperta, cum more operis quotidiani magnam illam servorum multitudinem, quæ aggerem portabat, militum esse credidisset, sive etiam fiducia veterani exercitus sui, quem *xxii* in acie conflixisse et vicisse legati ejus gloriabantur, simul contemptu exercitus nostri, quem pulsum a se Domitio duce sciebat, inito consilio dimicandi descendere prærupta valle cœpit. Cujus aliquamdiu Cæsar irridebat inanem ostentationem et eo loco militum coartationem, quem in locum nemo sanus hostis subiturus esset : cum interim Pharnaces eodem gradu, quo in proclivem descenderat vallem, ascendere adversus arduum collem instructis copiis cœpit.

LXXV. Cæsar incredibili ejus vel temeritate vel fiducia commotus, neque opinans imparatusque oppressus, eodem tempore milites ab opere vocat, arma capere jubet, legiones opponit aciemque instruit; cujus rei subita trepidatio magnum terrorem attulit nostris. Nondum ordinibus instructis, falcatae regiae quadrigæ permixtos milites perturbant; quæ

1. *Faru.* U. — 5. *militēs* Lov., δ et alii rec. — 6. *veterana* codd., *veterani* Stephanus. — *quem xxii* TLV. Scal., Lov., quod Scaliger intellexit esse *vicies bis*. In ceteris interpolatum *cum legione quem xxii* UFH, *quem cum legione xxii* in reliquis. — 8. *a se* om. L. — 11. *coartationem* codd., *coortat.* F. *coartationem* Brutus. — *loco* TUFV; *quo in loco* Lov. — 11. *hoste* D. — 11-12. *esset subiturus* V. — 12-13. *quo in prælium desc.* TLδ, "plerique" Oud.; *quo in bellum desc.* V;

*quo præruptam in prælium desc.* UFH, Petav. Lov., voce corrupta *prælium* ex superioribus correctæ, quod intellexit librarius D, qui sic : *quo in præruptam desc.*, expulsa voce *prælium*. In U *vallem descenderat*, altero ordine signis reducto, Hirtii manum, *proclivem*, Nipperdeius restituit.

LXXV. — 16. *oppressos* UFD pr., Petav., Voss. — 17. *operibus* FVDδ, Oud. sine var. — 19-20. *nostris nondum ord. instructis. Falcate* distinguunt TL.

tamen celeriter multitudine telorum opprimuntur. Insequitur  
 has acies hostium, et clamore sublato confligitur. multum  
 adjuvante natura loci, plurimum deorum immortalium beni-  
 5 guitate; qui cum omnibus casibus belli intersunt, tum præci-  
 pue eis quibus nihil ratione potuit administrari.

LXXVI. Magno atque acri prælio comminus facto, dextro  
 cornu, quo veterana legio sexta erat collocata, initium victo-  
 riæ natum est. Ab ea parte cum in proclivi detruderentur  
 hostes, multo tardius, sed tamen eisdem diis adjuvantibus,  
 10 sinistro cornu mediaque acie totæ profligantur copię regis.  
 Quæ quam facile subierant iniquum locum, tam celeriter  
 gradu pulsæ premebantur loci iniquitate. Itaque multis mili-  
 tibus partim interfectis, partim suorum ruina oppressis, qui  
 velocitate effugere poterant, armis tamen projectis vallem  
 15 transgressi, nihil ex loco superiore inermi proficere poterant.  
 At nostri victoria elati subire iniquum locum munitionesque  
 aggredi non dubitarunt. Defendentibus autem iis cohortibus  
 castra, quas Pharnaces præsidio reliquerat, celeriter castris  
 hostium sunt potiti. Interfecta multitudine omni suorum aut  
 20 capta, Pharnaces cum paucis equitibus profugit; cui nisi ca-  
 strorum oppugnatio facultatem attulisset liberius profugiendi,  
 vivus in Cæsaris potestatem adductus esset.

LXXVII. Tali victoria toties victor Cæsar incredibili est

2. *confligit* nostri et "duo": Oud. —  
 4. *bellis* codd., *belli* P. Manutius, *bel-  
 licis* Stephanus. — 4-5. *intersint*, *tamen*  
*pr.* L. — 5. *eis* om. TLV, *eius* UH.

LXXVI. — 8. *factum est* L. — *in* om.  
 TLV. — *declivi* L. — 10. *medicque* U. F

*pr.* — 11. *inicum* D. — 15. *transpro-  
 gressi* V. — *inermes* correctores F et L et  
 D. — 17. *his* codd. — 18. *castris quas* T.  
*quas castris* L. — 21. *attulisset* om. T.  
*attribuisset* V, *dedisset* L.

LXXVII. — 23 et 1 p. 269. *letitia est* FL.

lætitia affectus, quod maximum bellum tanta celeritate confecerat, quodque subiti periculi recordatione lætior victoria facilis ex difficillimis rebus acciderat. Ponto recepto, præda omni regia militibus condonata, postero die cum expeditis equitibus ipse proficiscitur, legionem sextam decedere ad præmia atque honores accipiendos in Italiam jubet, auxilia Dejotari domum remittit; duas legiones cum Cælio Viniciano in Ponto reliquit.

LXXVIII. Ita per Gallogræciam Bithyniamque in Asian iter facit, omniumque earum provinciarum de controversiis 10 cognoscit et statuit: jura in tetrarchas, reges, civitates distribuit. Mithridaten Pergamenum, a quo rem feliciter celeriterque gestam in Ægypto supra scripsimus, regio genere ortum, disciplinis etiam regiis educatum (nam eum Mithridates, rex Asiæ totius, propter nobilitatem Pergamo parvulum secum 15 asportaverat in castra multosque retinuerat annos), regem Bospori constituit, quoad sub imperio Pharnacis fuerat, provinciasque populi Romani a barbaris atque inimicis regibus interposito amicissimo rege munivit. Eidem tetrarchian [legibus] Gallogræcorum jure gentis et cognationis adjudicavit. 20

2. *lætior*, quod *victoria* codd.; quod additum et delendum esse vidit Eui. Hoffmannus. — 3. *recepta*, *pr.* L. — 5-6. *ad primam* Scal. — 7. *Vinit.* TLδ; *Minutio* D in ras. et duo rec. — 8. *relinquit* F. Norvic., Voss. Clarkii.

LXXVIII. — 9. *Itaque* L. — 11. *ac stat.* Dδ. «tres» Oud. — *inter tetrarchas* L. — *civitates* om. F. — 12. *quo* codd., *a quo* Stephanus. — 12-13. *celeriter feliciterque* L. — 14. *nam eum M.* nostri consensu etiam edd. ante Oudend., quo in-

vito *eum* excidisse videtur. — 15. *secum parvulum* TL. — 16. *retinuerat* nostri (etiam T). Petav., Lov., Voss.; unus δ *tennerat*. — 17. *Bospori* TLUF, *Bosf.* V et alii. — *quod sub* codd., *qui sub* Vindob. 2; *que* Lipsius; *quoad* OEhlerus. Vid. Strab. XI. 2. § 11. p. 495. Krauerus conj. *qui ad id.* — 19. *interposita* U. — *munierat* Petav., nostri præter δ, qui *munierat* cum non nominatis Oud. — *tetrarchian* TV, ceteri -iã. — 19-20. *legibus* jam olim secluserunt Giaccinius et Jos. Scaliger.

occupatam, et possessam paucis ante annis Dejotaro. Neque tamen usquam diutius moratus est quam necessitas urbanarum seditionum pati videbatur. Rebus felicissime celerissimeque confectis, in Italiam celerius omnium opinione venit.

1. *a Deiot.* L $\delta$ : sine prapos. ceteri nostri. Petav. — 3. *videretur* L.



INCERTI AUCTORIS  
BELLUM AFRICANUM.

---

1. Caesar itineribus justis confectis, nullo die intermisso, a. d. xiv kal. Jan. Lilybæum pervenit, statimque ostendit sese naves velle conscendere, cum non amplius legionem tironum haberet unam, equites vix dc. Tabernaculum secundum litus ipsum constituit, ut prope fluctus verberaret. Hoc eo consilio 5 fecit, ne quis sibi moræ quicquam fore speraret, et ut omnes in dies horasque parati essent. Incidit per id tempus, ut tempestates ad navigandum idôneas non haberet. Nihilominus in navibus remiges militesque continere et nullam prætermittere occasionem profectionis : cum præsertim ab incolis ejus 10 provinciæ nuntiarentur adversariorum copiæ, equitatus infinitus, legiones regiæ iv, levis armaturæ magna vis, Scipionis legiones v, elephantum cxv, classesque esse complures; tamen non deterrebatur, animoque et spe confidebat. Interim in dies et naves longæ adaugeri, et onerariæ complures eodem con- 15

1. — 2. *ad VIII* codd., ut solent; *III* D; *ad* om. L. — *Libeum* codd. — 4. *que* *vix* V, *equitesque* *vix* F. — 6. *ferre* (pro *fore*) T pr., *ferre* unus Lipsii in exempl. Fabric., omittit L. — 8. *tamen*

om. Dδ et alii rec. — 9-10. *prætermittet* TFFV. — 12. *legiones regionis III* unus Lipsii; *tres* Voss., in D pr. hic versus omissus. — 13. *II* F pr., eraso L. — *esse* om. LF. — 15. *eadem* om. L.

currere, et legiones tironum convenire, in his veterana legio quinta, equitum ad ii millia.

II. Legionibus collectis vi et equitum ii millibus, ut quæque prima legio venerat, in naves longas imponebatur, equites  
5 autem in onerarias. Ita majorem partem navium antecedere jussit et insulam petere Aponianam, quæ abest a Lilybæo \*\*\* commoratus bona paucorum publice vendit, deinde Alieno prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcipit et de reliquo exercitu celeriter imponendo. Datis mandatis ipse  
10 navem conscendit a. d. vi kal. Jan. et reliquas naves statim est consecutus. Ita vento certo celerique navigio vectus post diem quartum cum longis paucis navibus in conspectum Africae venit : namque onerariæ reliquæ præter paucas vento dispersæ atque errabundæ diversa loca petierunt. Clupeam classe præ-  
15 tervehitur, dein Neapolim; complura præterea castella et oppida non longe a mari reliquit.

2. *equitum* om. L. *equitatus* UF, Pet. In UF .ñi. sine *mil.* Atque ita solet codex U.

II. — 3. *mil.* FLV et alii, *milìa* T. — 3-4. *utque pr.* L. — 6. *Apononiam* L. — *que non* D corr., δ et alii rec. — *abest* F a sec. inter versus. — *a Lilybæo* UF, ille cum nota vitii, uterque in marg. : *quære*. T *Lilybæo*, cui *m* ultra extremum versum adjectum; *lilibi eo* V. Inde *Eo commor.* D corr., δ, Lov. (non *eoque*, ut ap. Oud.). Mensuram distantiae excidisse apparet. L *a Lilybæo*. *Bona pauc.*, omisso *comm.* Supplementum in cod. Norvic. : *ipse parum commor.*, quod edebatur. — 7. *Alieno* codd., *aliena* D; *Allieno* Ursinus. — 8. *rebus scribit* L. — 9. *Datis* om. L et Cuj.; *Datus* Petav. (qui mox *naves*). — *mandatis* supplementum a correctore D in recentibus modo

legitur. In U nota vitii defectusve. — *ipse* om. Cuj. — 10. *naves consc.* TLFV, Petav. : om. D pr., Voss — 11. *secutus* L. — 13. *feliciter venit* D corr., δ et alii rec., *celeriter* Voss., haud dubie a sec. Deinde *onerariæ* secluserat Kranerus, hoc et *præter paucas* Vielhaberus; servatis *reliquisque* edidit Nipperdeus. Sed scriptoris potius quam librariorum indiligentiam hic deprehendi assentimur Em. Hoffmanno. *Vectus* autem *vento certo* de fausto initio profectionis et majore parte itineris fausta intelligendum est nec minus recte dicitur quam diceretur *profectus vento certo*. — 13. *disperso* L. — 14. *petiverunt*, *Cluppeam* L. — 14-15. *prætervehitur* F, et aliquoties in similibus. — 15. *deinde* Dδ. — 16. *relinquit* FV.

III. Postquam Adrumetum accessit, ubi præsidium erat adversariorum, cui præerat C. Considius, et a Clupeis secundum oram maritimam cum equitatu [Adrumetum] Cn. Piso, cum Maurorum circiter tribus millibus, apparuit, ibi paulisper Cæsar ante portum commoratus, dum reliquæ naves convenirent, exponit exercitum, cujus numerus in præsentia fuit peditum III millia, equites CL, castrisque ante oppidum positis, sine injuria cujusquam consedit cohibetque omnes a præda. Oppidani interim muros armatis complent, ante portam frequentes considunt ad [se] defendendum; quorum numerus duarum legionum instar erat. Cæsar circum oppidum vectus, natura loci perspecta, rediit in castra. Nonnemo culpæ ejus imprudentiæque assignabat, quod neque certum locum gubernatoribus præfectisque, quem peterent, præceperat, neque, ut mos ipsius consuetudoque superioribus temporibus fuerat, tabellas signatas dederat, ut in tempore his perfectis locum certum peterent universi. Quod minime Cæsarem fesellerat. Namque nullum portum terræ Africæ, quo classes decurrerent, pro

III. — 1. *Adrumetum* «mss. plerique semper» Oud., nostri Dδ, Lov. In reliquo opere U sæpe *Adrymetum* vel cum F *Adrimetum*, iidem capite 62 cum ipso T bis *Hadrinetum*, L *Hadrinetium*. — 2. *C. Considius* L. — *Clupea* δ et pauci rec. — 3. *Adrumetum* in margine annotatum fuisse videtur et merito seclusum est ab Em. Hoffmanno. *Adrumetium* conj. Oudendorp. — 4. *Mauro* TV, *Mauri* U cum nota vitii, in marg. *quære* et aliquid erasum; *Mauris* F et reliqui. «omnes» Oud.; *Maurorum* Scaliger. — 7. *equitum* L. D corr., δ et alii rec.; *cl* in Dδ et aliis rec. pro *d* acceptum, *v* exhibentibus. —

9. *portum* codd. præter unum Giaeconii, alium Lipsii. — 10. *considerent* TUFV, Scal. — *sese* «tres» Oud. Ex interpolatione esse *se* observavit Forchhammerus, nec legitur in V. — 11. *intus erat* codd., litteræ *us e* D in rasura; *instar* Walchius. — 13. *circum* (*circa* V) *loca* codd., *certum locum* Aldus. — 14. *quid pet.* codd., *quem p.* Stephanus. — 15. *more ipsius consuetudo sup.* codd., etiam L *more* (non *mos*), quod vel in hoc scriptore non ferendum; Vascosamus *mos ipsius consuetudoque*. — *superioribus* om. F, inter versus D. — 16. *dediderat* TV, Petav. — *iis* U. — *perfectis* D, *perfectis* V. — 18. *Afr. terræ* L.

certo tutum ab hostium præsidio fore suspicabatur, sed fortuito oblatam occasionem egressus aucupabatur.

IV. L. Plancus interim legatus petit a Cæsare, uti sibi daret potestatem cum Considio agendi, si posset aliqua ratione per-  
 5 duci ad sanitatem. Itaque data facultate litteras conscribit et eas captivo dat perferendas in oppidum ad Considium. Quo simulatque captivus cum pervenisset litterasque, ut erat man-  
 datum, Considio porrigere cœpisset, priusquam acciperet ille, — Unde, — inquit, — istas? — Tum captivus: — Imperatore a Cæ-  
 10 — sare. — Tunc Considius, — Unus est, — inquit, — Scipio imperator — hoc tempore populi Romani: — deinde in conspectu suo statim captivum interfici jubet, litterasque nondum perlectas, sicut erant signatæ, dat homini certo ad Scipionem perferendas.

V. Postquam una nocte et die ad oppidum consumpta  
 15 neque responsum ullum a Considio dabatur, neque ei reliquæ copię succurrebant, neque equitatu abundabat, et ad oppidum oppugnandum non satis copiarum habebat et eas tironum, neque primo adventu convulnerari exercitum volebat, et oppidi egregia munitio et difficilis ad oppugnandum erat accessus,  
 20 et nuntiabatur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias

1. *fortuito* TUF, Scal., *fortuito casu* L.; *fortuito* ceteri.

IV. — 3. *petiit* V; *interim legatus petit interim* L., priore *interim* deleto. — *ut* FD et rec. — 4. *facultatem* nostrorum unus δ. — 7. *cum* F inter versus, om. Petav. — *atque litteras* V. — 9. et seq. *inquit* TV, non UF. — *Immo a* codd., *quo* nonnulli; *Venio a* D corr., δ et alii rec.; Casp. Barthius *imperatore a*, etiam in exempl.

Fabric. annotatum adscripto «Gruterus et Bushid.» — 10. *Tum* UFL. — 11. *hoc temp.* om. V, non L. — 12. *interf. capt.* L.

V. — 14. *et die* om. V. — 15. *reliquæ ei* V. — 16. *equitatus* Dδ, «tres» Oud. — 17. *expugnandum* L. — 19. *pugn.* L. — *erat post difficilis* in V. — *ascensus* D, Lov. nec pauci rec. — 20. *nuntiaban- tur* FD.

venire, non est visa ratio ad oppugnandum oppidum commo-  
randi, ne, dum in ea re Cæsar esset occupatus, circumventus  
a tergo ab equitatu hostium laboraret.

VI. Itaque castra cum movere vellet, subito ex oppido eru-  
pit multitudo, atque equitatus subsidio uno tempore eis casu 5  
succurrit, qui erat missus a Juba ad stipendium accipiendum,  
castraque, unde Cæsar egressus iter facere cœperat, occupant,  
et ejus agmen extremum insequi cœperunt. Quæ res cum ani-  
madversa esset, subito legionarii consistunt, et equites, quam-  
quam erant pauci, tamen contra tantam multitudinem audacis- 10  
sime concurrunt. Accidit res incredibilis, ut equites minus xxx  
Galli Maurorum equitum n millia loco pellerent fugarentque  
in oppidum. Postquam repulsi et coniecti erant intra muni-  
tiones, Cæsar iter constitutum ire contendit. Quod cum sæpius  
facere et modo insequerentur, modo rursus ab equitibus in 15  
oppidum repellerentur, cohortibus paucis ex veteranis, quas  
secum habebat, in extremo agmine collocatis et parte equita-  
tus, iter leniter cum reliquis facere cœpit. Ita quanto longius  
ab oppido discedebatur, tanto tardiores ad insequendum erant  
Numidæ. Interim in itinere ex oppidis et castellis legationes 20

2. *ea* (sine *re*) TL. — *est occ.* TLA δ  
(hic *est C.*), Lov., Dorv

VI. — 5-6. *eis Cassii* L, qui deinde *erat*  
inter versus. Post *succurrit* spatium va-  
cuum 10 fere litt. in F. — 7. *et iter*  
TLVδ, D a sec., Lov. — *occupat* TVδ,  
om. L. — 11. *concurrerunt* L. — *minus*  
*cc* Nipperdeius, coll. c. 3, ubi *equites cl.*;  
quorum LXX Galli fugæ hostilis auctores  
fuisse poterant. — 12. *fugerentque* TV,  
cod. Victor., Lov. (sec. Fabr.); *fuga-*

*renturque* Cuj.; *refugerentque* D, Voss.,  
Lov. (sec. Oud.); *urgerentque* UF, Petav.  
(ortum postquam littera F a T præcedente  
absorpta erat). — 13. *conjecti erant et*  
*repulsi* F, Petav. — 16. *et* (L in ras) *re-*  
*teranis* TL; *paucis quas secum habebat ex*  
*vet.* Petav. — 17. *ex parte* V. — 18. *iter*  
*leniter agere cum reliquis cœpit* L. — 19-  
20. *erant Numidia interim* TV. *Numide in-*  
*terim ex opp.* L. et *in itin.* a sec. m. inter  
versus.

venire et polliceri frumentum paratosque esse quæ imperasset facere. Itaque eo die castra posuit ad oppidum Ruspianam, kal. Januariis.

VII. Inde movit et pervenit ad oppidum Leptim, liberam  
 5 civitatem et immunem. Legati ex oppido obviam veniunt, libenter se omnia facturos quæ vellet pollicentur. Itaque centurionibus ad portas oppidi et custodiis impositis, ne quis miles in oppidum introiret aut injuriam faceret cuiquam incolæ, non longe ab oppido secundum litus facit castra. Eodemque naves  
 10 onerariæ et longæ nonnullæ casu advenerunt; reliquæ, ut est ei nuntiatum, incertæ locorum Uticam versus petere visæ sunt. Interim Cæsar a mari non digredi neque mediterranea petere propter navium errorem, equitatumque in navibus omnem continere, ut arbitror, ne agri vastarentur; aquam in naves  
 15 jubet comportari. Remiges interim, qui aquatam e navibus exierant, subito equites Mauri neque opinantibus Cæsarianis adorti, multos jaculis convulnerarunt, nonnullos interfecerunt. Latent enim in insidiis cum equis inter convalles et subito existunt, non ut in campo comminus depugnent \*\*\*.

20 VIII. Cæsar interim in Sardiniam nuntios cum litteris et in reliquas provincias finitimas dimisit, ut sibi auxilia, commea-

1. et om. FDδ. Petav. et pars Oud. — frumentumque paratosque D; paratos T (qui paratū a pr.) LV. — 2. Usurpinam codd. omnes, sed recte c. 9 et seqq.

VII. — 4. Leptim fort. V, ŷ TLUF, im Dδ. — 5. obviam om. L, veniunt obviam D, Oud. sine var. — 6. vellet om. TL, Seal. — polliceretur TL. — 11. ei om. L. — 12. ad (sic) mari U. — 14. derast. V.

— 15. ex nav. L. — 17. ad ora multos V. — 18. in om. L. — in convalles T, in convallibus L. — 19. exeunt D corr., δ. — depugnant D. Finem enuntiali perisse indicavit Nipperdeins. Sed fortasse nihil perit, quæ est Em. Hoffmanni sententia, corrigentis ut subito existant, non ut, etc.

VIII. — 20. cum litt. F inter versus.

tus, frumentum, simulatque litteras legissent, mittenda curarent, exoneratisque partim navibus longis Rabirium Postumum in Siciliam ad secundum commeatum arcessendum mittit: \*\*\* interim cum x navibus longis ad reliquas naves onerarias conquirendas, quæ deerrassent, et simul mare tuendum ab hostibus jubet proficisci. Item C. Sallustium Crispum prætorem ad Cercinam insulam versus, quam adversarii tenebant, cum parte navium ire jubet, quod ibi magnum numerum frumenti esse audiebat. Hæc ita imperabat unicuique, ita præcipiebat, uti fieri possent nec locum excusatio ullum haberet, nec moram 10 tergiversatio. Ipse interea ex perfugis et incolis cognitis conditionibus Scipionis et qui cum eo bellum contra se gerebant, miserari (regium enim equitatum Scipio ex provincia Africa alebat) tanta homines esse dementia, ut malint regis esse vectigales, quam cum civibus in patria in suis fortunis esse 15 incolumes.

IX. Cæsar a. d. iii non. Jan. castra movet; Lepti sex co-

1. *frumentum mitterent. Qui simul litt. L.* — 2. *ex onerariis partim L.* — *Postumum UFL*, ceteri fere *Postumium*. — 4. Ante *interim* excidisse nomen hominis ad naves conquirendas missi statuit Nipperdeus. *interim* depravatum esse ex *Vatinius* Davisius; posse quidem hæc omnia ad Rabirium referri demonstranti Emm. Hoffmanno nec orationis formam favere observat Kranerus et obstare quod est infra: *Hæc ita imperabat unicuique.* — 4-5. *requirendas L.* — 6. *Salust. FLVD.* — 7. *Cercinam TLFV, Caerinam U, Cerniam Petav., Cellemam D, Celerinam Lov., Celerinam δ.* Similia in mss. Oud., ap. quem *Cerriam* typorum mendum pro *Cer-*

*niam*. Aliter variant c. 34. — 8. *frumentum T.* — 9. *ita* (alterum) *ou. V.* — 10. *ut si D corr., δ et alii rec.* — *posset necne* *codd. neque D corr., δ, neve Norvic.* Inter *ne* et *nec* variatum fuisse videtur, unde *necne*. — *nullum* antiquiores omnes; *ullum D* (eraso quidem *n* vel *ñ*) *δ, Lov., Dory.* — 11. *profugis FL.* — 12. *Inter se et gerebant* in *U* nota vitii vel defectus. — 13. *Scipio L* inter versus ante *alebat.* — *et prov. F.* — 14. *esse regis FV; esse ou. Lov., delet corrector D.* — 15. *in patria suis fortunis L.*

IX. — 16. *movet Leptim codd.; Leptimque* nonnulli Oudendorpianorum, nullus nostrorum.

hortium praesidio cum Saserna relicto, ipse rursus, unde pri-  
 die venerat, Ruspina cum reliquis copiis convertit, ibique  
 sarcinis exercitus relictis, ipse cum expedita manu proficis-  
 citur circum villas frumentatum, oppidanisque imperat ut  
 5 plostra jumentaue omnia sequantur. Itaque magno numero  
 frumenti invento Ruspina redit. Huc eum ideo existimo  
 recepisse, ut maritima oppida post se ne vacua relinqueret.  
 praesidioque firmata ad classim receptacula muniret.

X. Itaque ibi relicto P. Saserna, fratre ejus, quem Lepti  
 10 proximo oppido reliquerat, cum legione jubet comportari  
 ligna in oppidum quamplurima; ipse cum cohortibus vii.  
 quae ex veteranis legionibus in classe cum Sulpicio et Vatinio  
 rem gesserant, ex oppido Ruspina egressus proficiscitur ad  
 portum, qui abest ab oppido millia passuum duo, ibique clas-  
 15 sem sub vesperum cum ea copia conscendit. Omnibus in exer-  
 citu insciis et requirentibus imperatoris consilium, magno  
 metu ac tristimonia sollicitabantur. Parva enim cum copia et  
 ea tironum, neque omni exposita in Africa, contra magnas  
 copias et insidiosae nationis equitatumque innumerabilem se  
 20 expositos videbant, neque quicquam solatii in praesentia nepe-  
 que auxilium in suorum consilio animum advertabant nisi in

3. *exercitui* TLFV, Voss. (non D). —  
 4. *vallas* U pr. — *frumentatumque* T, *fru-*  
*mentumque* LV. — *oppidanis* LU, hic *que*  
 supplens ead. m. — 5. *plostra* TFV, U  
 pr., *plaustra* ceteri. — 5. *Rupina* TV.  
 — *Hoc* codd., *Huc* Davisius. — 7. *fecisse*  
 D corr. et recentes, sed  $\delta$  *recepisse*. — *ne*  
*marit.* UFD et non nominati Oud., omisso  
*ne* quod mox sequitur. — 8. *classim* TL,  
 Scal., Voss.; *classem* V, *classi* U, *classis*

FD $\delta$  et alii rec., quorum Lov. et duo  
*ar classis*.

X. — 9. *Seserna* TLUFV, Lov. —  
*fr. suo* L. — *Lepti* codd. — 10. *relique-*  
*rat* U. — 14. *mil. pass.* TLUF, *passus* V,  
 Lov. — 17. *tristicium* UF, Petav.; *tristi-*  
 Voss., D, in quo *monia* inter versus po-  
 situm. — 20. *solatium* TUFV, Scal., Pet.  
 — 20-21. *nec auxilii* L. — 21. *animad-*  
*vert.* VD $\delta$ .



ipsius imperatoris vultu, vigore mirabilique hilaritate : animum enim altum et erectum præ se gerebat. Huic acquiescebant homines, et in ejus scientia et consilio omnia sibi proclivia omnes fore sperabant.

VI. Cæsar, una nocte in navibus consumpta, jam cælo 5 albente cum proficisci conaretur, subito navium pars, de qua timebat, ex errore eodem conferebatur. Hac re cognita, Cæsar celeriter de navibus imperat omnes egredi atque in litore armatos reliquos advenientes milites expectare. Itaque sine mora navibus eis in portum receptis et advectis militum equi- 10 tumque copiis, rursus ad oppidum Ruspina[m] redit, atque ibi castris constitutis ipse cum cohortibus expeditis xxx frumentatum est profectus. Ex eo est cognitum Cæsar[is] consilium, illum cum classe navibus onerariis, quæ deerrassent, subsidio ire clam hostibus voluisse, ne casu imprudentes suæ naves in 15 classem adversariorum inciderent, neque eam rem eos voluisse scire, qui in præsidiis relictis sui milites fuissent, ne hi propter suorum paucitatem et hostium multitudinem metu deficerent.

VII. Interim cum jam Cæsar progressus esset a castris circiter millia passum III, per speculatores et antecessores equites 20 nuntiatur ei copias hostium haud longe ab sese visas. Et her-

1. vulgu T, vultus L. — 2. præsa-  
gebat L. — Hic TLV, Scal., Lov. — 3.  
omnes et LV. — 3-4 procliva Lov., δ et alii  
recentes.

VI. — 6. albescente V. — subito T. —  
9. milites om. Dδ. «duo» Oud. — 10-11.  
equitatumque LV, equitatumque FDδ. om.  
Lov. — 11. oppidum om. L. — 12. expedi-

tis om. D, «duo» Oud. — 14. onerarias  
T pr. — 15. hostibus om. L. — 16. eo  
vol. U. — 17. qui om. TV, in præsidiis  
qui L. — fuissent, nihil TLV, Scal.; uti  
nihil UFD, Cuj., Petav., Voss.; ne δ; ne  
hi restituit Nipperdeins.

XII. — 19. Cæsar jam LD. — 20. spi-  
cul. L. — 21. haut T. aut V.

cule cum eo nuntio pulvis ingens conspici cœptus est. Hac re  
 cognita, Cæsar celeriter jubet equitatum universum, cujus co-  
 piam habuit in præsentia non magnam, et sagittarios, quorum  
 parvus numerus, ex castris arcessiri atque ordinatim signa se  
 5 leniter consequi; ipse antecedere cum paucis armatis. Jamque  
 cum procul hostis conspici posset, milites in campo jubet ga-  
 leari et ad eam pugnam parari: quorum omnino numerus  
 fuit xxv cohortium cum equitibus cccc. sagittariis cl.

XIII. Hostes interim, quorum dux erat Labienus et duo  
 10 Pacidii, aciem dirigunt mirabilem in longitudinem non pedi-  
 tum, sed equitum confertam, et inter eos levis armaturæ Nu-  
 midas et sagittarios pedites interposuerant et ita condensa-  
 verant, ut procul Cæsariani pedestres copias arbitrarentur:  
 dextrum ac sinistram cornu magnis equitum copiis firmave-  
 15 rant. Interim Cæsar aciem dirigit simplicem, ut poterat propter  
 paucitatem: sagittarios ante aciem constituit, equites dextro  
 sinistroque cornu opponit et ita præcipit, ut providerent ne  
 multitudine equitatus hostium circumvenirentur: existimabat  
 enim se acie instructa cum pedestribus copiis dimicaturum.

3. *non magnam* om. L; *non* (a pr. m. U suppletum) *magnam* U, D pr., Lov. — 4. *parvus ex castris numerus arc.* V; *parvus ex castris exierat numerus arc.* UFDδ; *arcessi* UF, Pet., Lov., *arcessit* D corr. (pr. -iri) δ. — 8. *cum* nostrorum unus habet δ. — *equitum* D corr., δ. — *sagittariis et hostis* TL, Voss.; *sagittariis et hostibus* UVV; *et sagittariorum et hostes* δ. Lov. et alii rec.; *et sag.* om. D, qui a pr. *hostibus*. Cod. Scal. *ei hostes*. Numerum probabiliter posuit Oudendorpius, de varietate suorum in voce *host.* referre oblitus.

XIII. — 9. *Hostes*. In hac voce quomodo turbatum fuerit in parte codicum, referendum erat in nota præcedente. — 10. *Pacidei* codd., U cum nota vitii et *quære* in marg.; F et Petav. *Pancidei*. — *mirabilem* UVV, D pr., Voss.; om. TL, Scal., ceteri *mirabili*; præpositionem *in* addidit Forehammerus. — *longitudinẽ* T (sed hic lineola puncto notata) L, Scal.: ceteri *longitudine*. — 11. *consertam* L. — 12. *interposuerunt* D corr., δ. Lov. — 14. *equitatum* TLUF, *equitatum* D, Voss. — 17. *ac sinistro* D.

XIV. Cum utrimque expectatio fieret, neque Cæsar sese moveret et cum suorum paucitate contra magnam vim hostium artificio magis quam viribus decernendum videret, subito adversariorum equitatus sese extendere et in latitudinem promovere collesque complecti et Cæsar's equitatum extenuare, 5 simulque ad circumeundum comparare se cœperunt. Cæsariani equites eorum multitudinem ægre sustinebant. Acies interim mediæ cum concurrere conarentur, subito ex condensis turmis pedites Numidæ levis armaturæ cum equitibus procur- runt et inter legionarios [pedites] jacula conjiciunt. Hic cum 10 Cæsariani in eos impetum fecissent, illorum equites refugiebant: pedites interim resistebant, dum equites rursus cursu renovato peditibus suis succurrerent.

XV. Cæsar novo genere pugnæ oblato, cum animum adverteret ordines suorum in procurrendo turbari (pedites enim, 15 dum equites longius ab signis persequuntur, latere nudato a proximis Numidis jaculis vulnerabantur; equites autem hostium pilum militis cursu facile vitabant), edicit per ordines, ne quis miles ab signis iv pedes longius procederet. Equitatus interim Labieni, suorum multitudine confisus, Cæsar's pau- 20 citatem circuire non moratur; equites Juliani pauci, multitu-

XIV. — 1-2. *se removeret* codd., *sese mov.* Lipsius. — 4. *equitatum* UF, *equites* T pr., Petav., et hic rursus l. 5. — 5. *extenuari* nostri et «quattuor» Oud. — 6. *circumveniendum* L. — *se* om. L. — *cœperunt* unus L; *cœperant* reliqui. — 9. *turmis castris ped.* V. — *Numidiæ* T. — *cum equitata* UF, Pet. — 9-10. *procurrerunt* L, *concurrunt* V, Lov. — 10. *pedites* de glossa esse monuit Oud.: *militēs* Norvic.

XV. — 14. *pugnæ gen.* L. — 14-15. *animad.* VDδ. — 16. *persec.* TD. *prosecuntur* L. — 18. *palam milites* nostri præter UF. — *facili* V. — 21. *non conatur* TLV, Scal., Lov., δ; *conatur* UF, D pr. et alii; *non moratur* Nipperdeius, ut variatum B. G. VIII, 34. — *qui equites* codd., et eq. Leid. 2; *qui eiecit* Aldus, *equites Juliani* Forchhammerus tanquam explanationem. — *Mauri* (pro pauci) D.

dine hostium defessi, equis convulneratis paulatim cedere: hostis magis magisque instare. Ita puncto temporis omnibus legionariis ab hostium equitatu circumventis Cæsarisque copiis in orbem compulsis, intra cancellos omnes coniecti pugnare  
5 cogebantur.

XVI. Labienus in equo capite nudo versari in prima acie: simul suos cohortari, nonnumquam legionarios Cæsaris ita appellare: "Quid tu," inquit, "miles tiro? tam feroculus es? «Vos quoque iste verbis infatuavit? In magnum mehercule vos  
10 "periculum impulit. Misereor vestri." Tum miles, "Non sum," inquit, "tiro, Labiene, sed de legione v veteranus." Tum Labienus, "Non agnosco," inquit, "signa decumanorum." Tum ait miles: "Jam me, qui sim, intelliges:" simul cassidem de capite dejecit, ut cognosci ab eo posset, atque ita pilum viri-  
15 bus contortum, dum in Labienum mittere contendit, equi graviter adverso pectori affixit et ait: "Labiene, decumanum militem, qui te petit, scito esse." Omnium tamen animi in terrorem coniecti et maxime tironum: circumspicere enim Cæsarem neque amplius facere nisi hostium jacula vitare.

20 XVII. Cæsar interim, consilio hostium cognito, jubet aciem in longitudinem quam maximam porrigi, et alternis conversis

1. *defessis* L. — 2. *magis ac magis* Lov. — *temporis horæ* nostri præter δ, qui sine *horæ*, quod in «L. et Voss.» modo vidit Oud. — 4. *inter* V. Margo U: *Intra cancellos. Insolentissima admodum jactantia Labieni.*

XVI. — 8. *ferox* D pr., Voss.: *ferus oculis* L. — 9. *Nos* Lov. — *verbis iste* F. — *meherculem* TL. — 10. *nostri* L. —

11. *et* ret. V. — 12. *decim.* L. — 13. *ait* om. unus nostrorum D; habent «tres» Oud — *quis sim* nostri præter D. *qui* «quattuor» Oud. — *intellige* L. — 14. *ejecit* L. — 16. *et ait* om. Scal. — *decimum* TUFVDδ, Petav.: *decimanum* L. eadem m. corrigente *decimanum*, ut Lov.

XVII. — 21. *longitudinē quam maximā* TLUFV (hic *-neū*). Lov.

cohortibus, ut una post, altera ante signa tenderet, ita coronam hostium dextro sinistroque cornu mediam dividit, et unam partem ab altera exclusam equitibus intrinsecus adortus cum peditatu telis coniectis in fugam vertit, neque longius progressus, veritus insidias, se ad suos recipit. Idem altera pars equitum peditumque Cæsaris fecit. His rebus gestis ac procul hostibus repulsis convulneratisque, ad sua præsidia sese, sicut erat instructus, recipere cœpit.

XVIII. Interim M. Petreius et Cn. Piso cum equitibus Numidis *unc* electis peditatuque ejusdem generis satis grandi ex itinere recta subsidio suis occurrunt. Atque hostes, suis ex terrore firmatis rursusque renovatis animis, legionarios conversis equitibus recipientes novissimos adoriri et impedire cœperunt, quo minus in castra se reciperent. Hac re animadversa, Cæsar jubet signa converti et medio campo redintegrari prælium. Cum ab hostibus eodem modo pugnaretur nec comminus ad manus rediretur, Cæsarisque equites jumenta ex nausea recenti, siti, languore, paucitate, vulneribus defatigata ad

1. *post alteram* codd., L. cum tenui puncto sub *m*, incertum consulto an casu; *post, altera* Ablancourt. — 1-2. *corona* TVδ, Lov. — 2. *mediam dimidiam* D. — 3. *equites intr.* UF, *equitesque* D. Voss., Leid. 2. — *adortatus* T. — 4. *connectis* U pr. — *convertit* L. — 5. *recepit* LVD. — *Ita alt.* L. — 6. *fecit* nostri consensu, tres modo ap. Oud.; a plerisque *facit* editur, quod non postulat præcedens *recipit*. — 8. *institutum* D corr., Buslid.

XVIII. — 9. *et M. Piso* L. — 10. *ccc* «omnes» Oud. et nostri præter UF qui ∞ *c. i. e. cīc.* sive *nc.* ut Aldus.

Infra c. 19 sunt *unc* sine varietate, quare certior numerus hic quoque positus. Numerum om. Scal., «nonnulli» Oud. inter *cum equit.* ponunt. — *electis* et *ejusd. generis* om. L. — 11. *recto* nostri præter UF et D pr., qui *recta*, item nonnulli Oud., qui alterum ex «quinque» suis afferat. — *subsidia* UF. — *occurrerunt* LD, *procurrunt* V. — *At cohortes suis* TLV. — 12-13. *conversis equis* D corr., δ, Lov. — 13. *adorti et* L. — *cæperant* F, U pr. — 15. *reintegr.* Dδ. — 17. *nausias* TV, *nausia* UFLD pr. et «plurimi» Oud. — 18. *recentis* (sic V) *sitis* D corr., δ et alii rec. — *languore* TUF.

insequendum hostem perseverandumque cursum tardiora haberent, dieique pars exigua jam reliqua esset, cohortibus equitibus circumdatis, cohortatur ut uno ietu contenderent neque remitterent, donec ultra ultimos colles hostes repulissent atque  
 5 eorum essent potiti. Itaque signo dato in hostes, languide tela negligenterque mittentes, subito immittit cohortes turmasque suorum; atque puncto temporis hostibus nullo negotio campo pulsus, post colle dejectis, nacti locum atque ibi paulisper commorati, ita uti erant instructi, leniter se ad suas recipiunt  
 10 munitiones. Itemque adversarii male accepti tum demum se ad sua praesidia contulerunt.

XIX. Interim ea re gesta et praelio dirempto ex adversariis perfugere plures ex omni genere hominum, et praeterea intercepti [hostium] complures equites peditesque. Ex quibus  
 15 cognitum est consilium hostium, eos hac mente et conatu venisse, uti novo atque inusitato genere praelii tirones legionarii paucique perturbati Curionis exemplo ab equitatu circumventi opprimerentur, et ita Jubam dixisse pro concione, tantam se

1. *tardiora* UFD, Voss., -fort. Petav., Scal., Lov.; *tardiorem* TL et alii. *tardiore* V. — 2-3 *equitibusque* codd., *equitatibusque* δ. Lov., *equitatibus* D; *equitibus* Aldus. — 3. *cohortatus* TUF; *cohortatus imperat* Petav.; *imperat* D (sine coh.). — *ut* L inter versus. — 4. *remitterent bellum* L. — *reppul.* TU, non F. — 5. *eis essent* V, Leid. 2. — *iam hostes* TL (hic hoste) V, Petav., Lov.; *cum iam h.* UFDδ. — *tale* UF. — 6. *mittendi* TV, Scal., Lov., *remittente* L, re expuncto; *mitterent* UFDδ; *in hostes...* *mittentis* sive *mittentes* Lipsius ap. Fabr. et Nipperdeius. — *turmas* TL, *turma* V, sine *que*. — 8. *colle* TV, *collem*

L, Scal., Lov.; *collemque* UFD et alii. — 9. *leniter* U pr., *que* ead. ut videtur m. addito. — 10. *male accepto* L.

XIX. — 13. *perfugere* vel *perfuge* codd.: *perfugere* Gudius ap. Fabr. — *et omni* Petav., nostri praeter unum L, qui *ex.* et post *omni* erasum *bus.* ut videtur: *et omnis generis* Lov., δ. — *et* (ante *praet.*) om. L. — 14. *hostium* proscrisit Oudendorpius. Quod mox sequitur *hostium* omittit Buslid. — 15. *eos* om. V. — 16. *ut* FLVD. — *legioniurique* D, Voss. (et *paucique*). — 17. *curiones* T pr. — *circumdatis* TL. — 18. *opprimebantur* V. — *Jubam* codd., de quo valde disceptatum est, sed gemi-

multitudinem auxiliorum adversariis Cæsaris subministraturum, ut etiam cædendo in ipsa victoria defatigati vincerentur atque a suis superarentur, quippe qui sine illorum \*ope\* sibi confideret, primum, quod audierat Romæ legiones veteranas dissentire neque in Africam velle transire; deinde, quod trien- 5 nio in Africa suos milites consuetudine retentos fideles sibi jam effecisset, maxima autem auxilia haberet Numidarum equitum levisque armaturæ. Præterea ex fuga prælioque Pompeiano Labienus [quos] secum a Brundisio transportaverat equites Germanos Gallosque, ibique postea ex hybridis, libertinis ser- 10 visque conscripserat, armaverat \*qui\* uti frenato condidicerant : [præterea regia auxilia, elephantum cxx equitatusque

num videtur: *Labienum* multæ edd. post Venetam 1482. — p. 284, l. 18. *sese* nostrorum unus V. — 1. *Cæsaris* TLUFVD. Voss., ceteri om. — 2. *cedendo* nostri omnes. — 3. *seperarentur* D. — *quippe quis in illorum* TLUFVDV, hic *in* omittens: *qui* Cujac.; *quippe non illorum* corrector D. δ: *quippe quis non* Norvic., *quippe qui non* Lov., Dorv., *quippe qui in nullo illorum* Leid. 2, "nonnulli" Clark. — 3-4. *sibi confideret* TUFVDδ, quibus *fide* præponit L, postponunt *multitudine* Scal., Cuj.: Petav., Norvic. Oudendorpius interpolationem libri L secutus *qui sine illorum fide sibi confideret*, codicum vestigia (ILLOROP) Forehammerus: *qui sine illorum ope sibi confideret*, Pompeianorum, ut Scipionis. Nipperdeius conjiciebat *qui in illa re sibi confid.*, Em. Hoffmannus *qui in illo rumore conf.* (ejecto sibi). Vielhaberus *qui successorum sibi conf.* — 4. *audierat ac R.* TV. — 6. *retenturos* U pr., ead. m correctum; margo: *quere*. Probabiliter Kranerus *retentos consuetudine fid.* — 7. *autem* om. Dδ. Lov. — *habere* L. — 7-8. *equitumque*

*levis* Cujac. sec. Oud., *levisque equitum* sec. Fabr. Quæ sequitur copiarum quas Labienus ducebat *ἀνακισθαλίωσις* multiplici interpolatione turbata probabiliter in integrum restitui non potest. — 9. *Labienus* delevit Aldus, Nipperdeius et alii secluserunt. — *quos* om. Buslid., jam in primis edd. ejectum: interpositum ab iis fuisse observat Vielhaberus, qui cum præcedentibus juncta ab *haberet* pendere putarent. Idem secluserit verba *a Brundisio*, sed in eo portu Labienus navium numerum sufficientem ad trajiciendos milites poterat sibi comparavisse. — *milites* (pro eq.) Lov. — 10. *ibi* T et *que* inter versus. — 11. *qui* addidit Em. Hoffmannus. — *equoque uti* D corr., δ et alii rec. — 11-12. *condidicerant*, quod scripsit Hoffm., præbebat F u expuncto; ceteri antiquiores *condidicerat*, D corr., δ, Lov. et alii rec. *condocuerat*, quæ fortasse vera est horum verborum correctio. — 12. *elephantis* codd., *elephantum* L, *elephantos* Scal., Petav. Vulgatum præbet unus nostrorum δ, qui *elefantes* 11.

innumerabilis. deinde legiones conscriptæ ex cuiusquemodi generis amplius XII millibus.] Hac spe atque ea audacia inflammatus Labienus cum equitibus Gallis Germanisque MDC. Numidarum sine frenis VII millibus, præterea Petreiano auxilio adhibito equitibus MDC., peditum ac levis armaturæ quater tanto, sagittariis ac funditoribus hippotoxotisque compluribus : his copiis pridie non. Jan. post diem VI, quam Africam attigit : in campis planissimis purissimisque ab hora diei quinta usque ad solis occasum est decertatum. In eo prælio Petreius gravi-  
10 ter ictus ex acie recessit.

XX. Cæsar interim castra munire diligentius, præsidia firmare copiis majoribus, vallumque ab oppido Ruspina usque ad mare ducere et a castris alterum eodem, quo tutius ultro  
15 citroque commeare auxiliaque sine periculo sibi succurrere possent, tela tormentaque ex navibus in castra comportare, remigum partem ex classe, Gallorum, Rhodiorum, epibataramque armare et in castra evocare, uti, si posset, eadem ratione, qua adversarii, levis armatura interjecta inter equites

1. *et cuij.* D corr., δ, Lov. — 1-2. *generere* V, Petav., Norvic. — 2. *mil.* codd. *milio* V. In his quoque tam structura quam res indicat interpolationem, partim ex cap. 1 ductam, quod monuit Vielhaberis. Manifesta fiet interpolatio comparanti Appian. B. Civ. II, 96. — *ea* om. Lδ, «duo» rec. Oud. — 3. *co.* (i. e. ∞ vel *cio*) *bc* TV, ceteri nostri cum Cuj., Petav. *MDC.*, ut erraverit Oud. in his : «*cccc*» Mss. et vett. edd. ; *Mcccc* ms. Ciaec. — 4. *vii* TLV, Scal. ; *viii* UFDδ. — *millibus* TV a pr., uterque expuncto *ti*. — 5. *co. bc* TV, ceteri *MDC.* — *quartum* TL

— 6. *tantis* D corr., δ et alii rec. — *hippotaxotisq.* TL. — 7. *pridie* codd. præter T qui *.ii.δ.*, et qui *ii* UL. — *diem tertium* sive *iii* codd. ; *diem vi* Ciaconius, quæ res erat. — 8. *plurimisque* TLV, *plurissimisque* VD pr., Scal. — 10. *lictus* UF. Valde diversæ narrat Appianus B. Civ. II, 95.

XX. — 12. *vallum* V. — 13. *deducere* Dδ, Oud. sine var. — *quotinus* T, *quotius* L. — 14. *commeatus aux.* UFD, Cuj., Petav., duo rec. — 15. *comportari* L. — 17. *si* om. L. — 18. *armatura interjecti* L. ; illud D corr., δ et alii rec.



suos interponeretur, sagittariisque ex omnibus navibus Ilyreis, Syris et cujusque generis ductis in castra compluribus frequentabat suas copias (audiebat enim Scipionem post diem tertium ejus diei, quo praelium factum erat, appropinquare, copias suas cum Labieno et Petreio conjungere: cujus copiae 5 legionum viii et equitum iii millium esse nuntiabantur), officinas ferrarias instruere, sagittas telaque uti fierent complura curare, glandes fundere, sudes comparare, litteras in Siciliam nuntiosque mittere, ut sibi crates materiemque congererent ad arietes, cujus inopia in Africa esset, praeterea ferrum, 10 plumbum mitteretur. Etiam animum advertebat frumento se in Africa nisi importato uti non posse: priore anno enim propter adversariorum delectus, quod stipendiarii aratores milites essent facti, messem non esse factam; praeterea ex omni Africa frumentum adversarios in pauca oppida et bene 15 munita comportasse omnemque regionem Africae exinanisse frumento: oppida praeter ea pauca, quae ipsi suis praesidiis tueri poterant, reliqua dirui ac deleri et eorum incolas intra sua praesidia coegisse commigrare, agros desertos ac vastatos esse.

20

XXI. Hac necessitate Caesar coactus privatos ambiendo et blande appellando aliquantum numerum frumenti in sua praer-

1. *interponerentur* TLV, Lov. — *sagittariisque* nostri omnes et tres rec. Oud. — *Ilyr.* TLV, *Ithiricis* D. — 5. *quorum cop.* TV, Scal., D corr.,  $\delta$ , Lov.; *eorum* L — 6. *iiii<sup>or</sup>* D, Voss.; *tria milia* V. — 9. *materiamque*  $\delta$ , non L. — *congeri* Scal., Petav., nostri praeter  $\delta$ . — 11. *plumbumque* D $\delta$  et alii rec.; *plurimum ferrum adduceretur* Buslid. — *Etiam animum adv.* T, Petav.,

Voss., *animadv.* LVD; *Et ad nimum etiam animum adv.* UF. — 12. *importato* TLD, quod fortasse correctoris est: *importatio* reliqui. — *enim anno* TL. — 13. *stipendii* TL, Scal. — 15. *intra* (ut videtur) D pr. — 17. *ipsis* UF. — 18. *dirui ac* (non *atque*) nostri praeter  $\delta$ ; Lov. *atque deseri.* — 19. *vacuatos* D, Voss., Busl.

XXI. — 22. *numerum* L inter versus.

sidia congesserat et eo parce utebatur. Opera interim ipse quotidie circumire et ad ternas cohortes in statione habere propter hostium multitudinem. Labienus saucios suos, quorum maximus numerus fuit, jubet in plostris deligatos Adrumetum  
 5 deportari. Naves interim Cæsaris onerariæ errabundæ male vagabantur incertæ locorum atque castrorum suorum; quas singulas scaphæ adversariorum complures adortæ incendebant atque expugnabant. Hac re nuntiata, Cæsar classes circum insulas portusque disposuit, quo tutius commeatus sup-  
 10 portari posset.

XXII. M. Cato interim, qui Uticæ præerat, Cn. Pompeium filium multis verbis assidueque objurgare non desistebat. "Tuus," inquit, "pater istuc ætatis cum esset et animadver-  
 "tisset rempublicam ab perditis sceleratisque civibus oppres-  
 15 "sani, bonosque aut interfectos aut exilio multatos patria civi-  
 "tateque carere, gloria et animi magnitudine elatus, privatus  
 "atque adolescentulus paterni exercitus reliquiis collectis pæne  
 "oppressam funditus et deletam Italiam urbemque Romanam  
 "in libertatem vindicavit, idemque Siciliam, Africam, Numi-  
 20 "diam, Mauritaniam mirabili celeritate armis recepit. Quibus

2. et alteras codd., *alternas* L. *ad tras* vel *trans* Lov.; *ad ternas* Lipsius. — 4. *plaustris* Dδ. — *delegatos* UFD, *dilegatos* Petav. — 5-6. *vacabantur* TV, *cacabant* Lov., non L. — 7. *singule* TLV, Lov., et a pr. m. F. — 7-8. *incenderant* nostri et aliorum: *incendebant* Petav., Lov., Norvic. et Ursini unus. — 8. *Cæsari* codd. nostri et plerique. om. D pr., *Cæsar* Scal., Lov. (Buslid. ap. Fabr.) et "alii" Oud. — 9. *disponit* L. — 9-10. *comportari possit* L.

XXII. — 13. *istius* V. — 13-14. *animum adv.* nullus. — 14. *ab uardais* TUF, Scal., *uardais* L, Cuj., Pet., Lov., Busl., Norv., *ardais* Dδ, Voss. et alii rec.; *perditis* Davisius, *nefariis* Em. Hoffmannus. ut in re desperata. — *hominibus* L. inter versus "et civibus." — 15. *senatoresque* (pro bon.) L. — 16-17. *privatasque aulol.* L. D corr., δ. — 17. *poene* U. — 18. *funditus del.* TL, Scal., *deletamque* δ, Lov., et *deletam* UFD. — *Romanam* L. — 20. *recepit* L in margine.

" ex rebus sibi eam dignitatem, quæ est per gentes clarissima  
 " notissimaque, conciliavit, adolescentulusque atque eques Ro-  
 " manus triumphavit. Atque ille non ita amplis rebus patris  
 " gestis, neque tam excellenti dignitate majorum parta, neque  
 " tantis clientelis nominisque claritate præditus in rempubli- 5  
 " cam est ingressus. Tu contra et patris nobilitate et dignitate  
 " et per te ipse satis animi magnitudine diligentiaque præditus  
 " nonne eniteris et proficisceris ad paternas clientelas auxilium  
 " tibi reiique publicæ atque optimo cuique efflagitatum? ~

XXIII. His verbis hominis gravissimi incitatus adolescen- 10  
 tulus cum naviculis cujusquemodi generis xxx, inibi paucis  
 rostratis, profectus ab Utica in Mauritaniam regnumque Bo-  
 gudis est ingressus, expeditoque exercitu numero servorum,  
 liberorum ii millium, cujus partem inermem, partem armatam  
 habuerat, ad oppidum Asecurum accedere cœpit; in quo oppido 15  
 præsidium fuit regium. Pompeio adveniente oppidani usque  
 eo passi propius accedere, donec ad ipsas portas ac murum ap-  
 propinquaret, subito eruptione facta prostratos perterritosque  
 Pompeianos in mare navesque passim compulerunt. Ita re male  
 gesta Gneus Pompeius filius naves inde avertit neque postea 20  
 litus attigit, classemque ad insulas Baleares versus convertit.

1. *ex* om. L. — 2. *adolescentulus* L.  
 — 3. *ille non* L. inter versus. — 3-4.  
*gestis patris* D. — 4. *neque tantis* TL,  
 Scal., omissis mediis vocibus sex. —  
*dignitate majorum* UVVδ, *maj. dign.* D.  
 ut vulgo. — 7. *parte* V. D pr. — *ipse* om.  
 D. — 8. *et aux.* δ aliique rec.; *auxi-*  
*liumque* D a sec. — 9. *et flag.* TUVV,  
*efflag.* L. Recentium librorum multi  
 erreres in hac voce.

XXIII. — 11. *navibus* D corr., δ et alii  
 rec. — *cujusmodi* L. *cujusque modo* Scal.  
 — 12. *rostratis* UF. — 12-13 *Bogude* D.  
 Voss. — 13. *numerum* TUVV pr., *nume-*  
*rorum* F pr., *delens or; ad numerum* Pe-  
 tav.; *numero* Lδ. — *suorum* Vδ. — 14.  
*milia* V. — 14-15. *hab. arm.* F. — 15.  
*Asecurum* L. — 16. *fuit præ.* V. — 17.  
*eum acc.* D corr., δ et pauci rec. — 20.  
*filius* om. L. — 21. *Balarias* U pr.

XXIV. Scipio interim cum iis copiis, quas paulo ante demonstravimus, Uticæ grandi presidio relicto, profectus primum Adrumeti castra ponit, deinde ibi paucos dies commoratus, noctu itinere facto cum Labieni et Petreii copiis se  
 5 conjungit, atque unis castris factis in millia passuum longe considunt. Equitatus interim eorum circum Cæsaris munitiones vagari atque eos, qui pabulandi aut aquandi gratia extra vallum progressi essent, excipere; ita omnes adversarios intra  
 10 munitiones continere. Qua re Cæsariani gravi annona sunt conflictati, ideo quod nondum neque ab Sicilia neque ab Sardinia commeatus supportatus erat, nec per anni tempus in mari classes sine periculo vagari poterant; neque amplius  
 millia passuum vi terræ Africæ quoquoversus tenebant, pabulique inopia premebantur. Qua necessitate coacti veterani mi-  
 15 lites equitesque, qui multa terra marique bella confecerant et periculis inopiaque tali sæpe essent conflictati, alga e litore collecta et aqua dulci eluta, et ita jumentis esurientibus data, vitam eorum producebant.

XXV. Cum hæc ita fierent, rex Juba, cognitis Cæsaris difficultatibus copiarumque paucitate, non est visum dari spatium  
 20 convalescendi augendarumque ejus opum. Itaque comparatis

XXIV. — 1. *his* codd. — 3. *Adrumetici* T. — 4. *castris* (pro *cop.*) L. — *se* om. nostri et aliorum præter V; \*quidam se ante *copiis* ponunt. \* Ond.; *copias suas* D corr., δ, Lov. — 6. *Cæsari* U. — 7. *aq. causa* L. — 9. *obtinerere* V. — 10. *neque* (prius) om. L. — *a Sic.* UF. — 11. *neque per nullus.* — 13. *similia pass.* T. — 14 U. alterum *i* expungens; *sex unus* ap. Fabr. — *quoquaversus* Buslid., *quoque-*

*versus* Nipperdeius. — 13-14. *tenebat...* *premebatur* TLVδ, Scal., Lov. — 15. *multi* TV, Lov. — 16. *confligati* U pr. — *algam* T pr., UVV; *alge* L sine *e.* — 17. *collectam* UF. — *eluta* D corr., δ et alii rec. — *datam* V, *data jugis* D pr., Voss. — 18. *ducebant* T pr., eadem manu correctum.

XXV. — 19. *Dum* codd. vitiose. — 21. *Ita* F pr.

equitum magnis peditumque copiis subsidio suis egressus, e regno ire contendit. P. Sittius interim et rex Bocchus conjunctis suis copiis, cognito regis Jubæ egressu, propius ejus regnum copias suas admove-re, Cirtamque, oppidum opulentissimum ejus regni, adortus paucis diebus pugnando capit et 5 præterea duo oppida Gætulorum; quibus cum conditionem ferret, ut oppido excederent idque sibi vacuum traderent, conditionemque repudiassent, postea ab eo capti interfectique sunt omnes. Inde progressus agros oppidaque vexare non destitit. Quibus rebus cognitis Juba, cum jam non longe ab 10 Scipione atque ejus ducibus abesset, capit consilium, satius esse sibi suoque regno subsidio ire, quam, dum alios adjuturus proficisceretur, ipse suo regno expulsus forsitan utraque re expelleretur. Itaque rursus se recipere, atque auxilia etiam ab Scipione abduxit, sibi suisque rebus timens, elephantisque xxv 15 relictis, suis finibus oppidisque suppetias profectus est.

XXVI. Cæsar interim, cum de suo adventu dubitatio in provincia esset, neque quisquam crederet ipsum, sed aliquem legatum in Africam cum copiis venisse, conscriptis litteris circum provinciam omnes civitates facit de suo adventu certiores. 20

1. *suis* om. L. — 2. *Sittius* codd., *Sicius* D, sed *Sittius* omnes c. 36. — *Bocchus* TLUFV, Petav. — 2-3. *conjunctis suis cop.* om. UF, post *egressu* habet Petav. aut Lov. ap. Fabr. *suis copiis conj.* — 3. *cognitos . . . egressus* T pr. — 4. *isque Cirtam* Em. Hoffmannus. — 5. *adorti . . . capiunt* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — 6. *conditione* U. — 7. *offerret* L, *ferrent* D $\delta$  et pars Oud. — *oppida* T pr. — *sibi* om. V. Buslid. — 8. *ab his* D a sec.,  $\delta$ ; *ab eis* re-

centes Oud. — *interfecti* L. — 9. *progressi* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — 10. *desistit* Voss., D pr., correctus *desistunt*, ut  $\delta$  et ceteri rec. — 12. *suosque* U pr. — 13. *pulsus* L. — 14. *rursus recipere* TLUFV pr., Voss., Lov., ut alibi loquitur hic scriptor: hoc quidem loco *se* facillime poterat excidere; *recepit* D corr.,  $\delta$  et alii rec.

XXVI. — 18. *esset* in F post *dubitatio* positum. — 19. *venisse cum cop.* L.

Interim nobiles homines ex suis oppidis profugere et in castra  
 Cæsaris devenire et de adversariorum ejus crudelitate acerbi-  
 lateque commemorare cœperunt. Quorum lacrimis querelisque  
 Cæsar commotus, cum antea constituisset e stativis castris  
 5 æstate inita cunctis copiis auxiliisque accitis bellum cum suis  
 adversariis gerere, \* jam nunc gerere \* instituit, litteris celeri-  
 ter in Siciliam ad Alienum et Rabirium Postumum conscriptis  
 et per catasopum missis, ut sine mora ac nulla excusatione  
 hiemis ventorumque quam celerrime exercitus sibi transpor-  
 10 taretur: « Africam provinciam perire funditusque everti ab suis  
 inimicis; quod nisi celeriter sociis foret subventum, præter  
 ipsam Africam terram nihil, ne tectum quidem, quo se recipe-  
 rent, ab illorum scelere insidiisque reliquum futurum. - Atque  
 ipse in tanta erat festinatione et expectatione, ut postero die,  
 15 quam misisset litteras nuntiumque, classem exercitumque mo-  
 rari diceret, dies noctesque oculos mentemque ad mare dis-  
 positos directosque haberet. Nec mirum. Animadvertibat enim

1. *fugere* L. — 4. *antea stare consti-  
 tuisset* D corr., δ. Buslid.; nullus nostro-  
 rum *constitisset*, neque ex «Petav., Lov.»  
 annotatum in nostro exempl. Fabr. —  
*e stativis* TLU, Scal., *æstatis* V, *stativis* Fδ.  
 Lov.; *in stat.* D et plures Oud. — 5. *inea*  
 U pr. — *agitis* TUFV, Scal. et si qui  
 alii integri, U cum nota corruptionis et  
*quare* in marg.; *accitis* restituit Scaliger:  
*aggeratis* (sic) L., *actis* Petav., Lov., δ et alii  
 rec., *cogitatis* Voss., D pr., *coactis* a corr.  
 — 6. *jam nunc gerere* inseruit Em. Hoff-  
 mannus, aliis aliter de manifesta lacuna  
 stantibus; nam *litterisque* codd. omnes,  
*litteris* Hoffm.; hoc recepi potius quam  
 infra *mittit*, quod correctoris esse videtur,  
 quamquam similis structura redit c. 32

extremo. — 7. *Siciliam missis* TL, Scal.,  
 quod in margine annotatum fuisse osten-  
 dit varietas in versu 8. «*Missis* fortasse  
 reliquum ex verbis ejusmodi: *omissis om-  
 nibus rebus ante instituit.* - Vielhaber. —  
*Allien.* hic nostri præter Dδ. — *et ad Ra-  
 bierum* L. — 8. *et per* omnes. — *catosco-  
 pum* L. — *mittit* TL, Scal., ceteri omnes  
*missis*. — *et nulla* L. *aut ulla* D corr., δ  
 et alii rec. — 9. *celerris* T, *celeriter sibi*  
*exere.* L. — 10. *in Afr.* L.: *Africem* T pr.  
 — *funditus* L. — 11. *fore* L pr. — 13.  
*relicuum* T. — 15. *nuntiumque in Siciliam*  
 codd. præter TL, qui non agnoscunt vo-  
 ces supervacuas. — 16-17. *depositos* codd.  
 præter D et recentes Oud., *dipositos* δ. —  
 17. *Animum adv.* UF.

villas exuri, agros vastari, pecus diripi, trucidari, oppida castellaque dirui deserique, principes civitatum aut interfici aut in catenis teneri, liberos eorum obsidum nomine in servitutum abripi; iis se in miseriis suamque fidem implorantibus auxilio propter copiarum paucitatem esse non posse. Mi- 5 lites interim in opere exercere atque castra munire, turres, castella facere molesque jacere in mare non intermittere.

XXVII. Scipio interim elephantos hoc modo condocere instituit: duas instruxit acies, unam funditorum contra elephantos, quæ quasi adversariorum locum obtineret et contra 10 eorum frontem adversam lapillos minutos mitteret: deinde in ordinem elephantos constituit; post illos autem suam aciem instruxit, ut, cum ab adversariis lapides mitti cœpissent, et elephanti perterriti se ad suos convertissent, rursus ab sua acie lapidibus missis eos converterent adversus hostem: quod 15 ægre tardeque fiebat. Rudes enim elephanti, multorum annorum doctrina usuque vetusto vix edocti, tamen communi periculo in aciem producuntur.

XXVIII. Dum hæc ad Ruspianam ab utrisque ducibus admi-

1. *homines trucidari* Petav. — 2. *principes* «plurimi» Oud., nostri UFδ. *ceteri principesque.* — *civitatum* UF. — 3. *in* (prius) om. D pr. — 4. *abripiisse in mis.* TVD (hic *obripiisse*), Lov.: *obripi* UF. Pet.; *hiis* L. *his* F. — 5. *sese* (pro *esse*) TVδ. Lov.; *se esse* LD, Voss. — *non pos* T, *post mil.* V. — 6. *enim* (pro *interim*) UF, *enim interim* Petav. — *exerceri in op.* L.

XXVII. — 8. *hoc modo* F inter versus a sec. — *condocere facere* TV. *conducere*

Dδ et «tres» rec. Oud. — 12. *ordine* Lov. et nostri præter Dδ. — *instituit* L. Lov. — *aciem suam* V. — 13. *adversarias* T pr. — 14. *ad suos recepissent* L. — *a sua* L. — 15. *hostes* T. ead. m. correctum. — 16. *Rudes* TL. Cuj., Scal., Petav., Norvic.: *Audere* UFDδ et alii; *Audes* V. Lov., var. in D. — 17-18. *communi prælio* L.

XXVIII. — 19. *Cum* V. — *in Ruspianam* D.

nistrantur. C. Virgilius prætorius, qui Thapsi, oppido mari-  
 timo, præerat, cum animum advertisset naves singulas cum  
 exercitu Cæsaris incertas locorum atque castrorum suorum  
 vagari, occasionem nactus, navem quam ibi habuit actuariam  
 5 complet militibus et sagittariis, et eisdem scaphas de navibus  
 adjungit ac singulas naves Cæsarianas consecrari cœpit. Et  
 cum plures adortus esset, pulsus fugatusque inde discessisset  
 nec tamen desisteret periclitari, forte incidit in navem, in qua  
 erant duo Titii, Hispani adolescentes, tribuni legionis v, quo-  
 10 rum patrem Cæsar in senatum legerat, et cum his Titus Sa-  
 lienus, centurio legionis ejusdem, qui M. Messalam legatum  
 obsederat Messanæ, seditiosissima oratione apud eum usus,  
 idemque pecuniam et ornamenta triumphii Cæsaris retinenda  
 et custodienda curarat, et ob has causas sibi timebat. Hic  
 15 propter conscientiam peccatorum suorum persuasit adolescen-  
 tibus, ne repugnarent seseque Virgilio traderent. Itaque de-  
 ducti a Virgilio ad Scipionem custodibus sunt traditi et post  
 diem tertium interfecti. Qui cum ducerentur ad necem, petisse  
 dicitur major Titius a centurionibus, uti se priorem quam  
 20 fratrem interficerent, idque ab eis facile impetrasse, atque ita  
 esse interfectos.

1. *Virgil.* UF, "quidam" Oud., *Virg.*  
 TLV cum recentibus. — *Petronius qui*  
*Thapso* D a correctore. — 1-2. *maritimo*  
 V. — 2. *animum advertisset* UF, *animad-*  
*vertisset* ceteri præter T (qui *animum adver-*  
*teret*) L et Scal., qui *animadverteret*. — 5.  
*et eisdem* codd. præter L, qui *eis*, T *eisdem*,  
 alterum utrum Scal. — 6. *Cæsarianas*  
*naves* UF, Petav. — 7. *complures* U, qui  
*adorsus* a pr.; *id adortus* T. — 7-8. *dis-*  
*cessit sed nec tamen* TV; *discessit. Sed cum*

*nec sic tamen* L. — 9. *Titii* codd. præter  
 Petav. et Norvic. — 10-11. *Sallienus* Scal.,  
 Petav., nostri præter LD et fort. U. — 11.  
*ejus d.* TV. — *Messalem* TLV, Scal. —  
 12. *et sedit.* codd.; particulam delevit Da-  
 visius. — *est usus* D corr.,  $\delta$  et alii rec.  
 — 14. *has om.* TV. — 17. *Scipionum* T.  
 — *sunt traditi* TL; sine *sunt* reliqui, *tra-*  
*ditis* UFV, fort. ortum ex  $\tilde{s}$  compendio. —  
 18. *sunt interfecti* codd. præter TL, Lov. —  
 19. *Titius* TV, Pet., Norvic., *Titus* reliqui.



XXIX. Turmæ interim equitum, quæ pro vallo in stationibus esse solebant [ab utrisque ducibus], quotidie minutis præliis inter se depugnare non intermittunt; nonnumquam etiam Germani Gallique Labieniani cum Cæsaris equitibus, fide data, inter se colloquebantur. Labienus interim cum parte 5 equitatus Leptim oppidum, cui præerat Saserna cum cohortibus vi, oppugnare ac vi irrumpere conabatur; quod ab defensoribus propter egregiam munitionem oppidi et multitudinem tormentorum facile et sine periculo defendebatur. Quod ubi sæpius ejus equitatus facere non intermittebat, cum forte ante 10 portam turma densa adstitisset, scorpione accuratius misso atque eorum decurione percusso et ad equum defixo, reliqui perterriti fuga se in castra recipiunt. Quo facto postea sunt deterriti oppidum tentare.

XXX. Scipio interim fere quotidie non longe a suis castris, 15 passibus ccc., instruere aciem ac majore parte diei consumpta rursus in castra se recipere. Quod cum sæpius fieret, neque ex Cæsaris castris quisquam prodiret neque propius ejus copias accederet, despecta patientia Cæsaris exercitusque ejus [Juba], universis copiis productis elephantisque turritis 20

XXIX. — 1-2. *statione* V. — 2. *utris* F a pr. m. Has voces casu aliquo huc delatas ex initio capitis præcedentis censet Nipperdeius. — *cottidie* *inritis* L. cujus corrector *ab* præcedens in *cum* vertere neglexerit. — 3. *intermitterent* L. — 4. *Labieniani* nostri et «plerique» Oud. — 7. *iii* codd. antiquiores. *iii* Dδ et alii rec. etiam *or* supraposito; *ii* dictum c. 9. et litterarum *r* cum *ii* frequens confusio. — *atque* *vi* δ. — 7-8. *a def.* L. — 10. *etiam* *sæpius* D. — *stare* (pro *fac.*) D corr., δ.

Lov. — *et cum* codd., *et* delevit Jurinius. — 11. *obstitisset* L. — 12. *ad decuma* TVδ, *ad decumam* Lov., *ab decuma* U (hic cum nota) F. Petav., Norvic.; *a decima* Scal., *de decuma* L. Voss., *ad terram* D corr., Buslid. et nonnulli rec.: *ad ecum* (equum) Dæhnius, *ad humum* Lipsius. — 14. *ic̄tare* hic T.

XXX. — 15. *fere* om. L. — *longius* Davisius. — *castra* T pr. — 16. *passus* TV, ceteri *pass.* — *cccc* Leid. 2. — *insti-  
tuere* F. — 17. *se* om. L. — 20. *Juba* Pe-

ante aciem instructis, quam latissime potuit porrecta equitum peditumque multitudine, uno tempore progressus haud ita longe a Cæsaris castris constitit in campo.

XXXI. Quibus rebus cognitis Cæsar jubet milites, qui extra  
 5 munitiones processerant [quique] pabulandi aut lignandi aut  
 etiam muniendi gratia vallum petierant quæque ad eam rem  
 opus erant, omnes intra munitiones minutatim modesteque  
 sine tumultu aut terrore se recipere atque in opere consistere.  
 Equitibus autem, qui in statione fuerant, præcipit ut usque  
 10 eo locum obtinerent, in quo paulo ante constitissent, donec  
 ab hoste telum missum ad se perveniret; quod si propius ac-  
 cederetur, quam honestissime se intra munitiones reciperent.  
 Alii quoque equitatu edicit, uti suo quisque loco paratus ar-  
 matusque præsto esset. At hæc non ipse per se coram, cum  
 15 de vallo prospicerebatur, sed mirabili peritus scientia bellandi  
 in prætorio sedens per speculatores et nuntios imperabat qua  
 fieri volebat. Animadvertibat enim, quamquam magnis essent  
 copiis adversarii freti, tamen sæpe a se fugatis, pulsus perter-

lav., quod Oudendorpius post *elephan-  
 tisque* ponendum censebat coll. c. 25.  
 Recte Aldus *Juba* delevit, natum fortasse  
 in turbatis compendiis vocum *eius unib.* —  
 p. 295. l. 26. *perterritis* XLV V.

XXXI. — 5. *processerant quique pab.*  
 codd. omnes; non tolerari posse *quique*  
 ostendit Nipperdeius. ac videtur archetypi  
 librarius ad sequens *petierant* aberrasse.  
 deinde temere scriptum *quique*. ut fit, non  
 delevisse. Forchhammerus *quique* inseruit  
 post *gratia*; Nipperdeius *processerant pa-  
 bulandi aut lignandi causa aut etiam mu-  
 niendi gratia vallum petierant queque*, etc.

In tradita scriptura semel positum *gratia*  
 in arte junctis membris similibus vix of-  
 fenderit vel in meliore quam hic est scrip-  
 tore. — *pab. lignandique* Lov. et duo rec.  
 Oud., in  $\delta$  omisa quæ sunt inter duas  
 voces *munitiones* (l. 7). — 6. *munitioni*  
 (sic) *gr.* V. — *vullem petierant, quique*  
 codd., quæ Aldus correxit. — *rem* om. L.  
 — 8. *et terr.* D. Voss. — *se* om. D. —  
*desistere* V. *presist.* D. — 9. *precepit* VD.  
 — 11. *missum telum* nullus nostrorum.  
 — 12. *in munit.* T. — 13. *in suo unus*  
*quisque* V. — 14. *Ad TLVD*  $\delta$ . — 18. *fugatos*  
 T pr.

ritisque et concessam vitam et ignota peccata; quibus rebus numquam tanta suppeteret ex ipsorum inertia conscientiaque animi victoriæ fiducia, ut castra sua adoriri auderent. Præterea ipsius nomen auctoritasque magna ex parte eorum exercitus minuebat audaciam. Tum egregiæ munitiones castrorum at- 5 que valli fossarumque altitudo et extra vallum stili cæci mirabilem in modum consiti vel sine defensoribus aditum adversariis prohibebant; scorpionum, catapultarum ceterorumque telorum, quæ ad defendendum solent parari, magnam copiam habebat. Atque hæc propter exercitus sui præsentis paucita- 10 tem et tirocinium præparaverat, non hostium vi et metu commotus patientem se timidumque hostium opinioni præhebat. Neque idcirco copias, quamquam erant paucæ tironumque, non educebat in aciem, quod victoriæ suorum diffideret; sed referre arbitrabatur, cujusmodi victoria esset futura: turpe 15 enim sibi existimabat, tot rebus gestis tantisque exercitibus devictis, tot tam claris victoriis partis, ab reliquis copiis adversariorum suorum ex fuga collectis se cruentam adeptum existimari victoriam. Itaque constituerat gloriam exultationemque eorum pati, donec sibi veteranarum legionum pars aliqua in 20 secundo commeatu occurrisset.

### XXXII. Scipio interim paulisper, ut antea dixi, in eo loco

1. *et* (prius) om. V. — *peccâ* L. — 4. *magnaque auctoritas* V. — 5. *Tamen egr.* L. — *eorum castr.* V. — 7. *consiti quæ sine* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — 9. *quæ* om. TV. — 10. *habebant* L. — *At hæc* D, Voss. — 11. *et metu* om. L. — 12. *sapientem se* codd.; *patientem* Ciacconius. — *præhebat* TV. — 14. *deducebat* L. —

*qui vict.* TV, *quia r.* D $\delta$ . Lov. — *sua* D corr.,  $\delta$ . Lov. — *confid.* D, Voss. — 15-16. *turbæ enim sibi existimabunt* TV. — 16. *regibus* T, *g* eraso. — 17. *partis* om. L. — 19. *constituebat* V. — 20. *veteranorum* T pr., deinde *sibi* post *pars* repetitum et expunctum.

XXXII. — 22. *autē* D et plures Oud.

commoratus, ut quasi despexisse Cæsarem videretur, paulatim  
 reducit suas copias in castra, et concione advocata de terrore  
 suo desperationeque exercitus Cæsaris facit verba, et cohortatus  
 suos victoriam propriam se eis brevi daturum pollicetur.  
 5 Cæsar jubet milites rursus ad opus redire et per causam munitionum  
 tirones in labore defatigare non intermittit. Interim  
 [Numidæ] Gætuli diffugere quotidie ex castris Scipionis et  
 partim in regnum se conferre, partim, quod ipsi majoresque  
 eorum beneficio C. Marii usi fuissent Cæsaremque ejus affinem  
 10 esse audiebant, in ejus castra perfugere catervatim non inter-  
 mittunt. Quorum ex numero electis hominibus illustrioribus,  
 [Gætulos] et litteris ad suos cives datis cohortatus, uti manu  
 facta se suosque defenderent, ne suis inimicis adversariisque  
 dicto audientes essent, mittit.

15 XXXIII. Dum hæc ad Ruspina fiunt, legati ex Acilla, ci-  
 vitate libera et ipsa immunique, ad Cæsarem veniunt, seque  
 parato, quæcumque imperasset, et libenti animo facturos pol-  
 licentur: tantum orare et petere ab eo, ut sibi præsidium  
 daret, quo tutius id et sine periculo facere possent: se et fru-  
 20 mentum et quæcumque res eis suppeteret communis salutis

3-4. *cohortatus* L. — 5. *rursus milites* F. — *ad operas* D. — 7. *Getuli* codd. ut videtur omnes; vulgo *Getulique*. Seclusi *Numide* auctore Davisio, coll. c. 35. — *defug.* D. — 8. *parum in* T. — *se in regn.* L. — 9. *C. Martii* L. — *usi* om. TV. Lov. — 10. *profug.* D. — 12. *Getulis* Petav., *Getulus* V. Ejecit Morus glossam verborum *ad suos cives.* — *et* expungit corr. D. om. δ. — 13. *et ne* nullus nostrorum.

XXXIII. — 15. *Achilla* L et *Acylla* U constanter, ut infra F. qui hic *Acilla.* —

15-16. *ex civit. nostri præter* LDδ: ex suis nihil Oud. et Fabr. — 16. *libera etiam* (vel *et jam*) *undique* ad codd.; *libera et immuni* Rubenius, quod in illa abire non poterat; quare scripsi *libera et ipsa immunique*, æque ac Ruspina. — 17. *paratos* codd., *parato* Davisius. — 18. *ab eo* om. L. — *ut si prædium* T. *si etiam* Scal., Lov. et inter versus V. — 19. *et* (post *id*) om. U pr., V. — 20. *ei supp.* TUFV. Lov.: *eis* L inter versus. Dδ. In his desinit Lov.

gratia subministraturos. — Quibus rebus facile a Cæsare impetratis præsidioque dato, C. Messium, ædilitia functum potestate, Acillam jubet proficisci. Quibus rebus cognitis Considius Longus, qui Adrumeti cum duabus legionibus et equitibus occ præerat, celeriter, ibi parte præsidii relicta, cum viii cohortibus ad Acillam ire contendit. Messius celerius itinere confecto prior Acillam cum cohortibus pervenit. Considius interim, cum ad urbem cum copiis accessisset et animadvertisset præsidium Cæsaris ibi esse, non ausus periculum suorum facere, nulla re gesta pro multitudine hominum, rursus se Adrumetum recepit; deinde paucis post diebus equestribus copiis a Labieno adductis, rursus Acillitanos castris positos obsidere cœpit.

XXXIV. Per id tempus C. Sallustius Crispus, quem paucis ante diebus missum a Cæsare cum classe demonstravimus, Cercinam pervenit. Cujus adventu C. Decimius quæstorius, qui ibi cum grandi familiæ suæ præsidio præerat commeatui, parvulum navigium nactus conscendit ac se fugæ commendat. Sallustius interim prætor a Cercinitanis receptus, magno numero frumenti invento, naves onerarias, quarum ibi satis

2. C. om. V. — 4. *Adrim.* TU. *Addrim.* F. — 5. *ibi* om. L. — *partē* T. — *relictū* V. — 6. *ad Cillam* V. — *celeriter* LV. — 7. *Ach.* hic T. — 8. *arcess.* TV, *access. cum copiis* L. — 9-10. *periculo suorum rem f.* UF, *periculo suo rem f.* D — 10. *præ mult.* D pr. — *se* om. L. — 11. *recipit* Petav. — *paucos post dies* V; *post T* inter versus, om. D pr. — 12. *a Lab.* TUF, *ab* L et «meliores» Oud., *ab Alieno* V. — *Achillistanos* T, *ad Cylitanos* V.

XXXIV. — 14. *idem* FL. — *Salust.* FLVD. — 16. *Cercinam* Scal. et nostri omnes. — *Decimius* L. *Decimus* VDδ et «nonnulli» Oud. — *quæstor* L. — 17. *familia* (*familie* T) *præerat præsidio comm.* TL soli, reliqui ut edimus. — 18. *ac se f. comm.* L om. in fine paginae. — 19. *C. Sal.* D. — *Cercinitanis* TLV. Scal., *Cercinitanis* F, *Cercinuit.* Petav., *Cercinianis* U, *Cercinatibus* D corr., δ et alii rec. — 20. *oneratas* TFV.

magna copia fuit, complet atque in castra ad Cæsarem mittit. Alienus interim proconsul Lilybæo in naves onerarias imponit legiones xiii et xiv et equites Gallos dccc, funditorum sagittariorumque mille, ac secundum comneatum in Africam mittit  
 5 ad Cæsarem. Quæ naves ventum secundum noctæ quarto die in portum ad Ruspianam, ubi Cæsar castra habuerat, incolumes pervenerunt. Ita Cæsar duplici lætitia ac voluptate uno tempore auctus, frumento auxiliisque, tandem suis hilaratis annonaque levata sollicitudinem deponit, legiones equitesque  
 10 ex navibus egressos jubet ex languore nauseaque reficere, dimissos in castella munitionesque disponit.

XXXV. Quibus rebus Scipio quique cum eo essent comites mirari et requirere : C. Cæsarem, qui ultro consuisset bellum inferre ac lacessere prælio, subito commutatum non sine  
 15 magno consilio suspicabantur. Itaque ex ejus patientia in magnum timorem conjecti, ex Gætulis duos, quos arbitrabantur suis rebus amicissimos, magnis præmiis pollicitationibusque propositis pro perfugis speculandi gratia in castra Cæsaris mittunt. Qui simul ad eum sunt deducti, petierunt ut sibi lice-  
 20 ret verba sine periculo proloqui. Potestate facta, "Sæpenu-  
 "mero," inquit, "imperator, complures Gætuli, qui sumus

2. *All. F.* — *e Lil.* UFVδ (nimirum *proconsule Lil.*); D *a Lil.* — 3. *legionem* FVD. — *et* (alterum) om. L. — 4. *mille* om. V, siglo ∞ UF, MD. *eosque* L, male accepto *co* (i. e. *co*) in T. — 8. *hilaratus* UFDδ et alii rec. — 9. *an non eumque* T, *ac non eumque* V, *animorumque* Cuj., *ami. eumque* Scal., *animam* L, *animo* δ, *annonaque* UFD, Petav., *annouaque* Davisius. — *sollicitudine* codd. præter Norvic. et δ.

— 10. *egressis* T, Scal., *egressus* V. — *languore* UFVD. — *nausie uque* L. — 10-11. *divisos* Nipperdeius, sed alterum huic scriptori concedendum.

XXXV. — 12. *erant* Lδ — *comites* om. Bushid., delent Kreyssig, et Kraner. — 13. *mirati* TLV, *demirari* Busl. — 16. *ex Getulia* F. — 18. *prospere fugisse spec.* TV, *specie fugie sp.* L. — *Cæsaris castra* V. — 21. *inquit* nostri præter Lδ.

~ clientes C. Marii, et propemodum omnes cives Romani, qui  
 ~ sunt in legione iv et vi, ad te volumus in tuaque praesidia  
 ~ confugere: sed custodiis equitum Numidarum, quo id sine  
 ~ periculo minus faceremus, impediabamur. Nunc data facul-  
 ~ tate pro speculatoribus missi ab Scipione ad te cupidissime 5  
 ~ venimus, ut perspiceremus, num quæ fossæ aut insidiæ ele-  
 ~ phantis ante castra portasque valli factæ essent, simulque  
 ~ consilia vestra contra easdem bestias cõparationemque  
 ~ pugnae cognosceremus atque iis renuntiaremus. ~ Qui collau-  
 ~ dati a Cæsare stipendioque donati ad reliquos perfugas de- 10  
 ~ ducuntur. Quorum orationem celeriter veritas comprobavit:  
 ~ namque postero die ex legionibus his, quas Gætuli nomina-  
 ~ runt, milites legionarii complures ab Scipione in castra Cæs-  
 ~ saris perfugerunt.

XXXVI. Dum hæc ad Ruspınam geruntur, M. Cato, qui 15  
 ~ Uticæ præerat, delectus quotidie libertinorum, Afrorum, ser-  
 ~ vorum denique et cujusquemodi generis hominum, qui modo  
 ~ per ætatem arma ferre poterant, habere atque sub manum Sci-  
 ~ pioni in castra summittere non intermittit. Legati interim ex  
 ~ oppido Thisdræ, in quod tritici modium millia ccc comportata 20  
 ~ fuerant a negotiatoribus Italicis aratoribusque, ad Cæsarem  
 ~ venire, quantaque copia frumenti apud se sit, docent, simul-

2. *iii et l.* — *tua* L. D pr. — *præ-*  
*siaia* T pr. — 3. *quod id* TLV. — 5. *ab Sc.*  
 nostri præter Dδ. — 9. *eis* nostri præter  
 TL. qui *his.* — 10. *a om.* TV. — 14.  
*profug.* Lδ.

XXXVI. — 15. *apud B. F* pr. — 18.  
*possent* L. — *summanum* TV. *summan-*  
*manum* L. — 18-19. *Scipioni* TLV. ed.  
 Vascos., ceteri *Scipionis.* — 20. *Thisdre*

nostri et Ond. ~ omnes, vel *Thisdore* (sic  
 L); ~ *Thysdre.* U. *Thisare* V. — *in quod*  
 Petav. et nostri præter TL. in quibus *in*  
*quo.* ut erraverit Ondendorp. sic referens:  
 ~ *in quo* mss. mei et edd. omnes. ~ — *no-*  
*dia* F. — *mil.* F. omissum in U indicat  
 linea numero superducta. — *comportati* L  
 a correctore. — 22. *venire* Petav. et nostri  
 præter LDδ.

que orant ut sibi praesidium mittat, quo facilius et frumentum et copiae suae conserventur. Quibus Caesar in praesentia gratias egit praesidiumque brevi tempore se missurum dixit, cohortatusque ad suos cives jubet proficisci. P. Sittius interim cum  
 5 copiis Numidiae fines ingressus castellum in montis loco munito locatum, in quod Juba belli gerendi gratia et frumentum et res ceteras, quae ad bellum usui solent esse, comportaverat. vi expugnando est potitus.

XXXVII. Caesar, postquam legionibus veteranis duabus.  
 10 equitatu levique armatura copias suas ex secundo comneatu auxerat, naves [vi] onerarias statim jubet Lilybaeum ad reliquum exercitum transportandum proficisci; ipse vi kal. Febr. circiter vigilia prima imperat, speculatores apparitoresque omnes ut sibi praesto essent. Itaque omnibus insciis neque suspi-  
 15 cantibus vigilia tertia jubet omnes legiones extra castra educi atque se consequi ad oppidum Ruspinae versus, in quo ipse praesidium habuit, et quod primum ad amicitiam ejus accessit. Inde parvulam proclivitatem degressus sinistra parte campi propter mare legiones ducit. Hic campus mirabili planitie pa-  
 20 tet millia passuum XII; quem jugum cingens a mari ortum

1. quo *feliciter* F pr. — 4. *suos prof. jubet* L, sine *cives*. — 5. *Numida* UV. — *montes* UFVDδ; *monte* nullus; *castello* . . . *locato* D corr., δ. — 6. *belligerandi* L. — 8. *vi* om. D.

XXXVII. — 11. *vi* TLU, *sex* FV et alii. Quem numerum non sufficere ad duas legiones (c. 53) transportandas observat Nipperdeus et *vi* ex praecedenti *navis* ortum esse conjicit. — 11-12. *Lilibe dum prof.* L pr., mediis in marg. positus sine

*reliquum*. — 12. *iii* V, *sexto* F. — 13. *imperat* om. V. — 13-14. *spec. omnes app.* L. — 15. *ex castra* T, D pr., *extra castra* UF, Petav., Leid. 2, *reliqui ex castris*. — 16. *sese* L. — 17. *illius* V. — 18. *digressus* codd., *degr.* Kreyssigius — *campi* L inter versus. — 20. *xii* TLV, Scal.; *pass.* 11 (erasmi) 11 F: 11 UDD et plures Oud. — *quod jug.* D corr., δ et alii rec. — *ingens* codd., *cingens* Nipperdeus.



neque ita præaltum velut theatri efficit speciem. In hoc jugo colles sunt excelsi pauci, in quibus singulæ turres speculæque singulæ perveteres erant collocatæ. quarum apud ultimam præsidium et statio fuit Scipionis.

XXXVIII. Postquam Cæsar ad jugum de quo docui \* per- 5 venit \*, ascendit [atque] in unumquemque collem, turres speculasque [facere] cepit, atque ea minus semihora efficit. Postquam non ita longe ab ultimo colle turrique fuit, quæ proxima fuit castris adversariorum, in qua docui esse præsidium stationemque Numidarum, Cæsar paulisper commoratus perspe- 10 etaque natura loci, equitatu in statione disposito, legionibus opus attribuit, brachiumque medio jugo ab eo loco, ad quem pervenerat, usque ad eum, unde egressus erat, jubet dirigi ac muniri. Quod postquam Scipio Labienusque animadverterant, equitatu omni ex castris educto acieque equestri instructa, 15 a suis munitionibus circiter passus mille progrediuntur pedestremque copiam in secunda acie minus passus cccc a castris suis constituunt.

1. prælatum Dδ. — efficit U pr. — 1-2. jugo L inter versus, item mox *singulæ* alterum. — 3. quare apud TLUFV et fort. D pr.; quas apud D corr., δ, Dorv. — ultimam TUFV, a pr. L et D, qui a sec. ultimum, ut δ, Buslid. et alii rec.

XXXVIII. — 5. Post TLV, Scal., ceteri Postquam. — 5-6. pervenit in turbato loco inserti auctore Vielhabero, qui pergit: in unumquemque collem ascendit atque turres. — 6. ascendit atque codd. — turrem Petav. et nostri præter δ, qui turres, ut Oud., illud ex uno L referens; singularem librario suggererant præcedentia. — 6-7. castellaque facere cepit vel cœpit

codd.; sed castella non sunt hujus loci: speculasque restituit Vielhaberus; facere prorsus alienum esse Em. Hoffmannus docuit, qui (*inspecturus ... iter*) facere conjiciebat. — 7. atque cō TLV, Scal. — efficit Lδ soli, quamquam Oud. omnes loquitur. — 7-8. Et postq. UF (hic Et in marg.) D et non nominati Oud. — 8. colli FL. — in prox. T. — 9. docuisse præs. TV. — 10. Cæsar om. UFD, Petav. — 13. fuerat F, omittens jubet. — dirigi TU, F pr. — 14. animadverterunt unus δ. — 16. cō TV, ∞ UF, ut solent. — 16-17. pedestrem L, que inter versus. — 17. cccc pass. TL, qui om. a castris suis.

XXXIX. Cæsar in opere milites adhortari neque adversa-  
riorum copiis moveri. Jam cum non amplius passus mo inter  
hostium aciem suasque munitiones esse animadvertisset, intel-  
lexissetque ad impediendos milites suos et ab opere depellen-  
5 dos hostem propius accedere, necesseque haberet legiones a  
munitionibus deducere, imperat turmæ Hispanorum, ad proxi-  
mum collem propere occurrerent præsidiumque inde detur-  
barent locumque caperent, eodemque jubet levis armaturæ  
paucos consequi subsidio. Qui missi celeriter Numidas adorti  
10 partim vivos capiunt, nonnullos equites fugientes convulne-  
raverunt, locoque sunt potiti. Postquam id Labienus ani-  
madvertit, quo celerius iis auxilium ferret, ex acie instructa  
equitatus sui prope totum dextrum cornu avertit, atque suis  
fugientibus suppetias ire contendit. Quod ubi Cæsar conspexit,  
15 Labienum ab suis copiis longius jam abscessisse, equitatus sui  
alam sinistram ad intercludendos hostes immisit.

XL. Erat in eo campo, ubi ea res gerebatur, villa per-  
magna turribus iv exstructa; quæ Labieni prospectum impe-  
diebat, ne posset animum advertere ab equitatu Cæsar's se  
20 intercludi. Itaque non prius vidit turmas Julianas, quam suos  
cædi a tergo sentit. Ex qua re subito in terrorem converso  
equitatu Numidarum, recta in castra fugere contendit. Galli

XXXIX. — 1. *adortari* TUF. — 2. *Cum jam* L. — *pass.* antiqui. *passus* V. *passum* Dδ. — *m* vel *mille* δ. Buslid. et alii rec. — 5. *necesse* TLV. — 6. *ut turma* δ. Dorv., et verba numero singulari; *ut turmar* Buslid. — 6-7 *ut ut pro.* FD. — 7. *accurr.* UFD. sed δ *occ.* cum ceteris — 7-8. *turbarent* TL. — 8. *eodem* F. — 10-11. *convinctaverunt* D. — 11.

*locumque* T, Scal. a pr. — 12. *his* codd., *is* U. — 13. *advertit* L. — 15. *jam* om. V. ante *ab suis* habet L.

XL. — 17. *ugebatur* L. — 18. *instructa* V. quod edidit Em. Hoffmannus. — 19. *avertere* T. — 21. *sentit* nostri consensu. «quattuor» modo Oud., qui *sensit*, sed præsens scriptorem consulto posuisse apparet.

Germanique, qui restiterant, ex superiore loco et post tergum circumventi, fortiterque restantes, conciduntur universi. Quod ubi legiones Scipionis, quæ pro castris erant instructæ, animum adverterunt, metu ac terrore obcæcatæ omnibus portis in sua castra fugere cœperunt. Postquam Scipione ejusque 5 copiis campo collibusque exturbatis atque in castra compulsis cum receptui Cæsar cani jussisset equitatumque omnem intra suas munitiones recepisset, campo purgato animadvertit mirifica corpora Gallorum Germanorumque; qui partim ejus auctoritatem erant ex Gallia secuti, partim pretio pollicita- 10 tionibusque adducti ad eum se contulerant, nonnulli, qui ex Curionis prælio capti conservatique parem gratiam in fide pariter tuenda præstare voluerant. Horum corpora mirifica specie amplitudineque cæsa toto campo ac prostrata diverse jacebant. 15

XLl. His rebus gestis Cæsar postero die ex omnibus præsi- diis cohortes deduxit atque omnes suas copias in campo instruxit. Scipio, suis male acceptis, occisis convulneratisque, intra suas continere se munitiones cœpit. Cæsar instructa acie secundum infimas jugi radices propius munitiones leniter ac- 20 cessit. Jamque minus mille passuum ab oppido Uzitta, quod

2. *resistentes* UFDδ et plures Oud. — 4. *adverterent* T. — *obcec.* antiqui. — 5. *fegere* T. — *Post quæ* Lipsius. Sed confer cap. 50, l. 11. — *suisque* D, Leid. 2. — 9. *ejus*, id est Labieni. — 10. *ex G. erant* L, expuncto verbo. — 10-11. *pollicitationibus* TUFV et haud dubie Petav., qui *pretio* omittat. — 12-13. *fide peruenta* T, suprascripto *partienda*, quod vel *parcienda* præbent ceteri; *servanda* Nip-

perdeius probatus a Kranero, sed multo præstat et proxime ad codicum vestigia accedit *pariter tuenda*, ab Em. Hoffmanno restitutum. — 13. *noluerant* L.

XLl. — 17. *eduxit* UFD, Scal., Petav. — 18. *male acceptis suis* V. — 19. *suas mun. se cont.* L. — *instructam aciem* TLV. — 20-21. *accessit leniter* TL. — 21. *pass.* codd., *passus* V, *passuum* δ et vulgo. — *Uzytta* T, sed alibi per *i*; *Uzita* L. Ex

Scipio tenebat, aberant legiones Julianæ, cum Scipio, veritus ne oppidum amitteret, unde aquari reliquisque rebus sublevari ejus exercitus consuerat, eductis omnibus copiis, quadruplici acie instructa ex instituto suo, prima equestri turmatim directa. 5 elephantisque turrilis interpositis armatisque, suppetias ire contendit. Quod ubi Cæsar animadvertit, arbitratus Scipionem ad dimicandum paratum ad se certo animo venire in eo loco, quo paulo ante commemoravi, ante oppidum constitit \*\*\*\* suamque aciem mediam eo oppido textit; dextrum sinistrum- 10 que cornu, ubi elephantibus erant, in conspectu patienti adversariorum constituit.

XLII. Cum jam prope solis occasum Cæsar expectavisset neque ex eo loco, quo constiterat, Scipionem progredi propius se animadvertisset, locoque se magis defendere, si res coegisset, 15 quam in campo comminus consistere audere, non est visa ratio propius accedendi eo die ad oppidum, quoniam ibi præsidium grande Numidarum esse cognoverat hostesque mediam aciem suam oppido texisse, et sibi difficile factu esse intellexit simul et oppidum uno tempore oppugnare et in acie in cornu 20 dextro ac sinistro ex iniquiore loco pugnare, præsertim cum

Petav. prope ubique *Uzata* affertur, quod in antiquioribus ab *Uzitta* ægre distinguas. — 2. *aduquari* D corr. δ. Buslid. et alii rec. — 4. *derecta* UFL, *ejecta* V. — 5. *inpositis* L. — 7. *parato* T pr. — *certum* TL. Scal. — *qui in* UF. — 8. *constitit* D inter versus. Lacunam recte indicavit Nipperdeius, nam sequentium non *Cæsar*, sed *Scipio* subjectum est: quod sensit corrector archetypi codicum UF, præcedenti versu *qui in eo loco* scribens. — 9-10. *dextrumque sinistrumque* TV. — 10. *cor-*

*num* Scal. — *conspectu* UF. — *patienti* TV, *patientia* U, extremo *a* expuncto. *patienti* F, uterque cum nota vitii: om. Petav.

XLII. — 12. *jam* om. V. — 14. *se* om. L. — *loco quo se def.* V. sine *magis*. — *defenderet* F pr. — 15. *auderet* T pr. — *est* L inter versus. — 17. *Numidarumque* U pr. — 18. *texissent sibi* codd.: *texisse*. *Sibi* corrector D; *et sibi* Nipperdeius; *sibique* δ et alii rec. — *factum* TL. Scal. — 19. *expugnare* V.

milites a mane diei jejuni sub armis stetissent [defatigati]. Itaque reductis suis copiis in castra, postero die propius eorum aciem instituit exporrigere munitiones.

XLIII. Interim Considius, qui Acillam \*\*\* et viii cohortibus stipendiariis Numidis Gætulisque obsidebat, ubi C. Messius 5 [qui cohortibus] præerat, diu multumque expertus magnisque operibus sæpe admotis et his ab oppidanis incensis cum proficeret nihil, subito nuntio de equestri prælio allato commotus. frumento, cujus in castris copiam habuerat, incenso, vino. oleo ceterisque rebus quæ ad victum parari solent corruptis, 10 Acillam quam obsidebat deseruit, atque itinere per regnum Jubæ facto, copias cum Scipione partitus Adrumetum se recepit.

XLIV. Interea ex secundo comœatu, quem a Sicilia miserat Alienus, navis una, in qua fuerat Q. Cominius et L. Ticida, eques Romanus, ab residua classe cum erravisset delataque 15 esset vento ad Thapson, a Virgilio scaphis naviculisque actua-

1. *def. stetissent* L; *defatigati* ejiciendum censent plures critici. — 2. *suis* L inter versus post *cop.* — *in castra* om. V.

XLIII. — 4. *Achylum* U, et per i TLFV. Lacuna ante *et* notata a Nipperdeio, nam cum *equestribus copiis ab Labieuo adductis* Considius Acillam redierat (c. 33), quarum mentio excidit. — *et* om. Pet., Norv., habent nostri. — viii<sup>em</sup> T, viii L, Scal.; iii V; viii UFDδ, Pet. et plures Oud., ut est c. 33; sed nihil impedit quin nunc *ix* duxerit. — 4-5. *cohortes stipendiaris* codd. præter Petav. et Norvic., qui ablativo. — 5-6. *Messius qui* codd., in D *qui* inter versus ead. m.; *qui* ejecit Aldus. Morus etiam *cohortibus*, quæ correctio

esse videtur præcedentis *cohortes*, de margine huc intrusa; aut numerum cohortium in *qui* latere statuendum erit cum Oudendorpio. Petav. et Norv. *Messius a parte Caesaris cohortibus præerat presidio missis*, ex scholio. — 7. *sæpe* om. V. — *auotis* (sic) T. — 7-8. *proficisceretur* TV. *proficeretur* Scal. — 11. *Agill.* UV. — 12. *Adrym.* U. per i TV. per u FL. — *recipit* TF.

XLIV. — 13. *ad Siciliam* L. — 14. *All.* F. — *Cominius* L. — *Ticide* L, *Titida* Dδ et alii rec. In TV vocales coaluerunt *Ticidæq.* — 15. *erravissent* T, Scal., *errasset* L. — 16. *ab* U pr. — *Thabson* TLV, *Tabsũ* D pr. — *Verg.* T. *Virg.* ceteri.

riis excepta est et abducta. Item altera navis trieris ex eadem classe errabunda ac tempestate delata ad Ægimurum a classe Vari et M. Octavii est capta, in qua milites veterani cum uno centurione et nonnulli tirones fuerunt; quos Varus asservatos  
 5 sine contumelia deducendos curavit ad Scipionem. Qui postquam ad eum pervenerunt et ante suggestum ejus constituerunt, "Non vestra," inquit, "sponte vos certo scio, sed illius  
 "scelerati vestri imperatoris impulsu et imperio coactos cives  
 "et optimum quemque nefarie consecrari. Quos quoniam for-  
 10 "tuna in nostram detulit potestatem, si, id quod facere debetis, rempublicam cum optimo quoque defendetis, certum est  
 "vobis vitam et pecuniam donare. Quapropter, quid sentiatis,  
 "proloquimini."

XLV. Hae habita oratione Scipio, cum existimasset pro  
 15 suo beneficio sine dubio ab his gratias sibi actum iri, potestatem iis dicendi fecit. Ex eis centurio legionis XIV. "Pro tuo," inquit, "summo beneficio, Scipio, tibi gratias ago (non enim  
 "imperatorem te appello), quod mihi vitam incolumitatem-  
 "que belli jure capto polliceris, et forsitan isto uterer bene-  
 20 "ficio, si non ei summum scelus adjungeretur. Egone contra  
 "Cæsarem, imperatorem meum, apud quem ordinem duxi,

1. *adducta* TV, Scal., *abducta* L. Ceteri nostri (ut Petav.) *et ad Scipionem adducta*. D eum var. *deducta*, quod in pluribus Oud. esse videtur. — *trivemis* δ. — 2. *Ægimurum* L., *Ægimurum* V. — 3. *veteri* T. — 4. *fuerunt* om. UF. — *quos* T. — *adserv.* codd. præter LD. *obs.* V. — 5. *deducendosque* nostri præter δ. — 6. *ejus* om. TL, Scal. — 7. *vos* om. V. — *certo sed* (sine scio) TV. *certo*, *sed* L. — 11.

*defenditis* VD. — 12. *vobis* L in marg. — *dare* U pr., *donari* V.

XLV. — 14. *æstim.* V, *extim.* D. — 15. *gratias subacturis pot.* T, Scal., *subacturos* L. *sibi acturis* V. — 16. *is* TV, *his* LD. — *dicendi* UF. — *Ex his* L. — 18. *te imperatorem* UFD. — 19. *forsum* nostrorum nullus. — *uterer isto* TL. — 20. *Ergone* TL. — 21. *nostrum* T, sed *meum* supra scripto. — *et ord.* V.

~ejusque exercitum, pro cuius dignitate victoriaque amplius  
 ~xxxvi annis depugnavi, adversus armatusque consistam? Ne-  
 ~que ego istud facturum sum, et te magnopere, ut de negotio  
 ~desistas, adhortor. Contra cuius enim copias contendas, si  
 ~minus antea expertus es, licet nunc cognoscas. Elige ex tuis 5  
 ~cohortem unam, quam putas esse firmissimam, et constitue  
 ~contra me; ego autem ex meis commilitonibus, quos nunc  
 ~in tua tenes potestate, non amplius x sumam. Tum ex virtute  
 ~nostra intelliges quid ex tuis copiis sperare debeas. ~

XLVI. Postquam hæc centurio præsentis animo adversus 10  
 opinionem ejus est locutus, ira percitus Scipio atque animi  
 dolore incensus annuit centurionibus, quid fieri vellet, atque  
 ante pedes centurionem interfecit, reliquosque veteranos a  
 tironibus jubet secerni. ~Abducite istos,~ inquit, ~nefario sce-  
 ~lere contaminatos et cæde civium saginatos.~ Sic extra vallum 15  
 deducti sunt et cruciabiliter interfecti. Tirones autem jubet  
 inter legiones dispertiri et Cominium cum Ticida in conspectum  
 suum prohibet adduci. Qua ex re Cæsar commotus eos,  
 quos in stationibus cum longis navibus apud Thapsum custo-

2. *XXXX* vitiosum esse patet, sed emendatio prorsus incerta; *XVI* ex Reg. Loud. et cod. bibl. S. Victoris affertur, et est in marg. Vascosani; Lipsius: ~credo *XXVI*.~ Valde probabiliter Nipperdeius: *amplius tricies armis depugnari*, collato simili dicto B. Alex. c. 74, ubi item *XXII* scriptum pro numerali adverbio. — *ann* T. Scal., *annis* LDδ et Oudendorpiani, *annos* UF, Norvic. — *adversum* (*adversus* V) *armatos* TUFV, Scal., *adversum armatum* L; *adversus armatusque* Dδ et recentes Oud., recte; ac particula quoque

carere possumus. — 3. *de neg.* om. V. — 5. *sic* (pro *nunc*) L, ñ V. — 6. *fortissimam* L; in D post *firmissimam* octo litt. erasæ. — 8. *potestate teues* TL. — *Tunc* nullus nostrorum. — 8-9. *intelliges ex virtute nostra* TL.

XLVI. — 10. *præstanti* Dδ et duo Oud., *præconstanti* Buslid. — 11. *est* om. TL. — 12. *innuit* V, quod prætulit Em. Hoffmannus. — *reli* L. — 13. *interfecit* VDδ. — 14. *inquit istos* UF, Oud. nulla allata varietate. — 17. *dispart.* D, Buslid. — *Cominium* L.

diæ causa in salo esse iusserat, ut suis onerariis longisque navibus præsidio essent, ob negligentiam ignominia causa dimittendos ab exercitu gravissimumque in eos edictum proponendum curavit.

5 XLVII. Per id tempus fere Cæsaris exercitui res accidit incredibilis auditu. Namque vergiliarum signo confecto circiter vigilia secunda noctis nimbus cum saxeâ grandine subito est exortus ingens. Ad hoc autem incommodum accesserat, quod Cæsar non more superiorum temporum in hibernis exercitum continebat, sed in tertio quartoque die procedendo propiusque hostem accedendo castra communibat, opereque faciendo milites se circumspiciendi non habebant facultatem. Præterea ita ex Sicilia exercitum transportabat, ut præter  
10 ipsum militem et arma nec vas nec mancipium neque ullam rem, quæ usui militi esse consuevit, in naves imponi pateretur. In Africa autem non modo sibi quicquam non acquisierant aut paraverant, sed etiam propter annonæ caritatem ante parata consumpserant. Quibus rebus attenuati oppido quam pauci sub pellibus acquiescebant; reliqui ex vestimentis tentoriolis  
20 factis atque arundinibus scopisque contextis permanebant. Itaque subito imbre grandineque consecuta gravatis pondere

1. *in salo* om. Dδ et multi rec. — 2. *negligentia ignominiaque causam* L.

XLVII. — 5. *idem* L. — 6. *Auditu namque* T. *Auditu namque* L. — *vergiliarum* VDδ et alii rec. — 7. *vigiliam secundam* F a sec., V. — 9. *more* T. — *imperatorum* codd., *temporum* Glandorpius. — 11. *communiebat* unus D. — 12. *circumspiciendo* nostri præter L. D corr. et δ. — 13. *ita* om. TLV. — *transporturat*

*in nullo.* — 15. *usus* UF. — 16. *Africanam* TL, Scal., Petav. et nonnulli rec. — *sibi* om. L. — *non* om. TLV. — 17. *parata* Lδ. — 18. *oppido perquam* codd. præter unum L, qui recte. — 19. *reliquis* UV, uterque expuncto s. — 20. *arund.* codd. — *copiisque* TLV. *scopisque* Scal., *coriisque* UFD. Leid. 2. *arundinum copiis coriisque* δ. — 21. *gravata* TUFV, Scal., Leid. 2. *gravati* L. Dδ. — *pendere* UF.



tentoriis aquæque vi subrutis disjectisque, nocte intempesta ignibus extinctis, rebus quæ ad victum pertinent omnibus corruptis, per castra passim vagabantur scutisque capita contegebant. Eadem nocte v legionis pilorum cacumina sua sponte arserunt.

5

XLVIII. Rex interim Juba de equestri prælio Scipionis certior factus evocatusque ab eodem litteris, præfecto Saburra cum parte exercitus contra Sittium relicto, ut secum ipse aliquid auctoritatis adderet exercitui Scipionis ac terrorem Cæsaris, cum tribus legionibus equitibusque frenatis DCCC, Numidis sine frenis peditibusque levis armaturæ grandi numero elephantisque xxx egressus e regno, ad Scipionem est profectus. Postquam ad eum pervenit, castris regis seorsum positis cum eis copiis, quas commemoravi, haud ita longe ab Scipione consedit. (Erat in castris Cæsaris superiore tempore magnus terror et expectatio copiarum regiarum, exercitusque ejus magis suspensiore animo ante adventum Jubæ commovebatur: postquam vero castra castris contulit, despectis ejus copiis

1. *tenebris* codd., *tenebrarum* Leid. 2; *gravatis pondere tentoriis* Oudendorpius. — *aquâque* TV, *aquaque* UFLDδ; *aquæque* Nipperdeius, *aquarumque* Oudendorpius. — *vel* (compendio scriptum, quod simile voci *ut*) *subruta disjectaque* codd., *subruti disjectique* L et vett. edd.; *vi subrutis disjectisque* Oudendorpius. — 2. *rebusque ad* codd., sed *que* L. Scal. — *victum partim omnibus* TUFV, D pr., *pertinent omnibus* L, Scal., *pertinentibus* D corr., δ et alii rec. — 3. *partim* V. — 4. *ii leg.* TLV. — *piliorum* T pr.

XLVIII. — 7. *evocatoque* Busl. — Sa-

*burra* vel *-rre* codd. præter Petav. — 8. *ipse* om. Petav. — 9. *haberet exercitus Sc. ac terrore* codd., *ad terrorem* L; *addideret exercitui Sc. ac terrorem* Oudendorpius. — 10. *cum IIII* D. — 11. *ejus arm.* codd. præter Petav. et Norvic., qui *levis*. — 11-12. *elephantis* TLVδ, D corr. — 13. *regiis* nullus nostrorum. — 14. *ejus cop.* TLUFV. — 16. *ex expectatione* Scal. — *exercitus* codd., *exercitusque* Oudendorp. et Jurinius. — 17. *magis* om. Petav., Norvic. — *suspensiore animi* (sic) ex Cuijæ. annotatum in nostro exempl. Fabr., *suspensione animi* δ.

omnem timorem deponit. Ita quam antea absens habuerat auctoritatem, eam omnem praesens dimiserat.) Quo facto cuivis facile fuit intellectu Scipioni additum animum fiduciamque regis adventu. Nam postero die universas suas regisque  
5 copias cum elephantis lx productas in aciem quam speciosissime potuit instruxit, ac paulo longius progressus ab suis munitionibus, haud ita diu commoratus se recipit in castra.

XLIX. Cæsar, postquam animadvertit Scipioni auxilia fere, quæ expectasset, omnia convenisse neque moram pugnandi  
10 ullam fore, per jugum summum cum copiis progredi cœpit, et brachia protinus ducere et castella munire, propiusque Scipionem capiendo loca excelsa occupare contendit, ne adversarii magnitudine copiarum confisi proximum collem occuparent atque ita longius sibi progrediendi eriperent facultatem.  
15 Eiusdem collis occupandi [gratia] Labienus consilium ceperat et, quo propiore loco fuerat, eo celerius occurrerat.

L. Erat convallis satis magna latitudine, altitudine prærupta, crebris locis speluncæ in modum subrutis, quæ erat transgredienda Cæsari, antequam ad eum collem, quem ca-

1. ante L, *absens antea* V. — 2-3. *cuius* TLV. — 3. *intellectum* L. Cuj., Scal., Pet., *inlectum* TV, *inlatum* UFDδ. — 4. *adventū* TUF, hic erasa lineola. — *Nam* D in ras. 10 litt. — *postera* V. — 5. *productis* V pr. — *in aciem* L inter versus. — 7. *aut ita* TUF, hic cum F. — *recepit* Dδ.

XLIX. — 9. *pugnandi moram* V. — 11. *deducere* Dδ et alii rec. — 12-13. *contendit* (cœpit L). *Adversarii* codd.; *contendit, ne adv.* Nipperdeius. ε qua parti-

cula extrita ad restituendam orationis formam in sequentibus perfecta sunt posita. ε — 13-14. *occupaverunt* codd. — 14. *progr. sibi* L. — *eripuerunt* codd. — 15. *gratia* insitutum esse vidit Clarkius. — 16. *quia prop.* V. — *loco venerat* D a corr.

L. — 18-19. *erant transgrediendæ* codd. antiquiores, *transgredienda* Scal., Petav., Reg. Goduini, D pr., *transienda* Voss. Clarkii (ex quo solo *erat* affertur). δ et alii rec.

pere volebat, perveniretur, ultraque eam convallem olivetum  
vetus crebris arboribus condensum. Hic cum Labienus ani-  
madvertisset Cæsarem, si vellet eum locum occupare, prius  
necesse esse convallem olivetumque transgredi, eorum locorum  
peritus in insidiis cum parte equitatus levique armatura con- 5  
sedit et præterea post montem equites in occulto collocaverat,  
ut, cum ipse ex improvise legionarios adortus esset, ex colle  
subito se equitatus ostenderet, ut re duplici perturbatus Cæsar  
ejusque exercitus neque retro regrediendi neque ultra proce-  
dendi oblata facultate circumventus concideretur. Cæsar post- 10  
quam equitatu ante præmisso inscius insidiarum cum ad eum  
locum venisset, ausi sunt, sive obliti præceptorum Labieni, si ve-  
veriti ne in fossa ab equitibus opprimerentur, rari ac singuli  
de rupe prodire et summa petere collis. Quos Cæsaris equites  
consecuti partim interfecerunt, partim vivorum sunt potiti; 15  
deinde protinus collem petere contenderunt atque eum, de-  
cusso Labieni præsidio, celeriter occupaverunt. Labienus cum  
parte equitum vix fuga sibi peperit salutem.

LI. Hac re per equites gesta Cæsar legionibus opera distri-  
buit atque in eo colle, quo erat potitus, castra munivit. Deinde 20

4. *esse* om. codd. (etiam L.), addidit Giaceonius. *habere* Glandorpius; *prius oportere* Leid. 2. — 5. *levique* L in ras. — 6. *ut prat.* D corr. — *post montem collesque* (*collemque* δ. Dorv. et vet. edd.) *subito se Cæsari* (TL *Cæsari se* [*sese* ut videtur T a pr.] *subito*) *ostenderat et eq.* codd., *ostenderet eq.* TLV. Quæ «e glossa» esse jam olim observavit Gudius, e glossa nimirum et varietate ad sequentem l. 8 adscripta. Quare delevi. — 7-8. *extollens se* δ. Inserui *subito* ex superiore varietate

codicum omnium. — 8. *et* (pro *ut*) editur auctore P. Manutio, quod non necessarium. — 9. *retro regredeundi* T, *retroredeundi* L; *r. regrediendi* Dδ et rec. — *ultra* L. — 9-10. *progreedendi* T, *erasis gr litteris*; *progreediundi* V. — 10-11. *postquam* nostri præter Lδ, qui soli omittunt; nihil de suis Oud. Gemina structura c. 10. — 12. *abusi sive* codd., *abusive* V, *abusione* D; *abilti* Nipperdeius; malui *ausi sunt* (ξ̄). — 14. *summam* Vδ. — 18. *equitatus* L.

ab suis maximis castris per medium campum e regione oppidi Uzittæ, quod inter sua castra et Scipionis in planitie positum erat tenebaturque a Scipione, duo brachia instituit duci et ita dirigere, ut ad angulum dextrum sinistramque ejus oppidi  
 5 convenirent. Id hac ratione opus instruebat, ut, cum propius oppidum copias admovisset oppugnareque cœpisset, tecta latera suis munitionibus haberet, ne ab equitatus multitudine circumventus ab oppugnatione deterreretur, præterea, quo  
 10 facilius colloquia fieri possent, et si qui perfugere vellent, id quod antea sæpe accidebat magno cum eorum periculo, tum facile et sine periculo fieret. Voluit etiam experiri, cum propius hostem accessisset, haberetne in animo dimicare. Accedebat etiam ad reliquas causas, quod is locus depressus erat, puteique ibi [nonnulli] fieri complures poterant : aquatione  
 15 enim longa et angusta utebatur. Dum hæc opera, quæ ante dixi, fiebant a legionibus, interim pars acie ante opus instructa sub hoste stabat; equites barbari levisque armaturæ præliis minutis comminus dimicabant.

III. Cæsar ab eo opere cum jam sub vesperum copias in

II. — 1. *ab his et suis* malit Nipperdeius. — 2. *planitiæ* nostri præter L. Petav., Busl. — 3. *ab Sc.* UF. — 4. *erigere* codd., *dirigere* Lipsius. — *sinistramque* TUFV, ambiguo compendio L : ut existimari possit quæsitus hoc dicendi genus et variationem ipsi scriptori placuisse. — *ejus* om. V. — 5. *conveniret* TUFV. Sequitur *.A.* (vel *.L.*) *i.* *Huc* (vel *hac*) in TUFV, D pr., *.A.* *i.* Scal., *In hac* L. *Hoc hac* D corr.,  $\delta$  et alii recentes. In Petav., *conveniret latus unum*. *Hac rat.*, male. *Id hac* editi, a Rhellicano. — *in-*

*stituebat* V. — 5-6. *propius hostium cop.* L. — 7. *suas* T pr. — 10. *ante* (sic) L. inter versus. — *acciderat nullus nostrorum.* — *eorum cum* L. — 11. *Voluit autem exp.* L. — 12-13. *Accedebat ad* L. et *autem* inter versus. — 14. *nonnulli* om. L. Petav., Dorv. (habet  $\delta$ ), punctis subnotatum est in D; *complures fieri* L.  $\delta$ . *complures* om. V. Conf. B. Hisp. c. 40. — 15. *utebantur* codd. — *ante* om. L. — 16. *legione* Petav. et nostri præter  $\delta$ . *leg.* L. *longe* D. — 17. *hostes* TLV. Scal. — *levis* VD.

castra reduceret, magno incursu cum omni equitatu levique armatura Juba, Scipio, Labienus in legionarios impetum fecerunt. Equites Cæsariani vi universæ subitæque hostium multitudinis pulsi parumper abscesserunt. Quæ res aliter adversariis cecidit. Namque Cæsar, ex medio itinere copiis reductis, equitibus suis 5 auxilium tulit; equites autem, adventu legionum animo addito, conversis equis in Numidas cupide insequentes dispersosque impetum fecerunt, atque eos convulneratos usque in castra regia repulerunt, multosque ex iis interfecerunt. Quod nisi in noctem prælium esset coniectum, pulvisque vento flatus omnium prospectui offecisset, Juba cum Labieno capti in potestatem Cæsaris venissent, equitatusque cum levi armatura funditus ad interneccionem deletus esset. Interim incredibiliter ex legionibus iv et vi Scipionis milites diffugere partim in castra Cæsaris, partim in quas quisque poterat regiones pervenire: 15 itemque equites Curioniani diffusi Scipioni ejusque copiis complures se eodem conferebant.

LIII. Dum hæc circum Uzittam ab utrisque ducibus administrantur, legiones duæ, x et ix, ex Sicilia navibus onerariis profectæ, cum jam non longe a portu Ruspinae abessent, conspicati naves Cæsarianas, quæ in statione apud Thapsum

LII. — 1. *levisq.* T pr. — 3. *Cæsariani* 31. TL, Petav., in UF. *ex vi* δ et duo rec., *vi* om. D. — *universi* L. — *mult.* *host.* L. — 4. *accesserunt* TLUF, Petav., *abcesserunt* V, *cesserunt* Dδ et edd. — 6. *detulit* TL, Scal. — 9. *repp.* codd. præter L. — *his* codd. — *occiderunt* D. — *nisi* TIA, ceteri *ni.* — 10. *coiect.* TU. — 11. *prospectũ* codd. præter V, Petav., qui *prospectui*, δ *prospectibus.* — *effecisset* T,

*infecisset* L. — 13. *interuit.* L. — 14. *leg.* UFLD, *legione* TV. — 16. *Curiani* codd., correxit Lipsius. — *Scipionis* TL. — 16-17. *quampures* V.

LIII. — 18. *ad Uz.* L. — *Uzittam* T, *Cirtam* V. — 19. *x et viii* TFV et U, qui *ix<sup>na</sup>*, D *x et viii*, L *x et vi*, δ *viii et v*, ut Oud. sine var. — 20-21. *conspicati* TLUF, D a sec., *conspicata* a pr., V et vulgo. — 21. *Cæsarianas naves* TL.

stabant, veriti ne in adversariorum ut insidiandi gratia ibi com-  
morantium classem incidere, imprudentes vela in altum de-  
derunt, ac diu multumque jactati tandem multis post diebus  
siti inopiaque confecti ad Cæsarem perveniunt.

5 LIV. Quibus legionibus expositis, memor in Italia pristinae  
licentiae militaris ac rapinarum certorum hominum, parvulam  
modo causulam nactus Cæsar, quod C. Avienus, tribunus mi-  
litum a legionis, navem commeatus familia sua atque ju-  
mentis occupavisset neque militem unum ab Sicilia sustulisset,  
10 postero die de suggestu convocatis omnium legionum tribunis  
centurionibusque, "Maxime vellem," inquit, "homines suae  
"petulantiae nimiaeque libertatis aliquando finem fecissent  
"meaeque lenitatis, modestiae patientiaeque rationem habuis-  
"sent. Sed quoniam ipsi sibi neque modum neque terminum  
15 "constituunt, quo ceteri dissimiliter se gerant, egomet ipse  
"documentum more militari constituam. C. Aviene, quod in  
"Italia milites populi Romani contra rempublicam instigasti  
"rapinasque per municipia fecisti, quodque mihi rei que pu-  
"blicae inutilis fuisti et pro militibus tuam familiam jumen-  
20 "taque in naves imposuisti, tuaque opera militibus tempore  
"necessario respublica caret, ob eas res ignominiae causa ab

1. ut om. V. — *insidiant* T.

LIV. — 5. *memor* TLFV (in U evan-  
dum), *memor* Dδ et Oud. sine var.; *audi-  
tur memor* Petav., *audit Cæsar esse memo-  
rem* Scal. — 7. *casulam* Scal., *causulam*  
V, *causam* F, Petav. — *nactus quod Cæsar*  
*Avienus* codd., *nactus* om. V; *nactus Cæ-  
sar, quod Avienus* corrector D; C. adjecit  
Stephanus. — 8. *navem commeatu* codd.;  
*ex comm.* Forchhammerus: poterat etiam

*in comm.*; sed praestat *commeatus* ab Em.  
Hoffmanno editum. — *familiaque* D corr.,  
δ, "dnoꝝ" Oud. — 9. *a Sic.* FD. — 11.  
*inquit vellem* V. — 14. *quoniam ii* UF.  
*usi* TL, Scal., *illis usi* V (unde *illis abusi*  
Hoffmannus); *ipsi* Dδ et non nominati  
Oud. — *sunt* (pro *sibi*) L. — 15. *ipse*  
om. L. — 18. *municipia* L. — *quod* L. —  
20. *militibus que* TV, *militibusque* UFDδ.  
duo Oud., *militibus quibus* L.

« exercitu meo te removeo. hodieque ex Africa abesse et quan-  
 « tum pote proficisci jubeo. Itemque te, Aule Fonteï, quod tri-  
 « bunus militum seditiosus malusque civis fuisti, te ab exercitu  
 « dimitto. Tite Saliene, M. Tiro, C. Clusinas, cum ordines in  
 « meo exercitu beneficio, non virtute sitis consecuti, itaque vos 5  
 « gesseritis, ut neque bello fortes neque pace boni aut utiles  
 « fueritis, et magis in seditione concitandisque militibus ad-  
 « versum vestrum imperatorem quam pudoris modestiæque  
 « fueritis studiosiores, indignos vos esse arbitror, qui in meo  
 « exercitu ordines ducatis, missosque facio et quantum pote 10  
 « abesse ex Africa jubeo. » Itaque tradit eos centurionibus et  
 singulis non amplius singulos additos servos in navem impo-  
 nendos separatim curavit.

LV. Gætuli interim perfugæ, quos cum litteris mandatisque  
 a Cæsare missos supra docuimus, ad suos cives perveniunt. 15  
 Quorum auctoritate facile adducti Cæsarisque nomine persuasi  
 a rege Juba desciscunt, celeriterque cuncti arma capiunt con-  
 traque regem facere non dubitant. Quibus rebus cognitis Juba,

1. *te post hodieque* repetit L. — 2. *pote* UF, Cujac., « non etiam Petav. »  
 (Fabr.), qui *potes* sec. Oud., ut D corr.,  
 δ; *pote* T (inter versus) LV; *pro eo* (?)  
 Scal.; *pote* Oudendorpius. — *Ale* UF.  
*Auleo* L. — 3. *malus seditiosusque* L. —  
 4. *Tite Isaliene* UF, om. L. — *Clusianas* UF.  
 — 5. *sitis consecuti* nostri consensu, Petav.,  
 « quattuor » Oud. (vel duo, si L et Pet.  
 comprehendit). Edilt. veti. sine *sitis*, quod  
 servare malui scripto *itaque vos*, nam  
 prope perpetua in his codd. varietas ad-  
 diti omissive *que*. — *ita vos* codd.; *itaque*  
*vos* Leid. 2. — 7-8. *adversurorum vestro-*

*rum imperatoris* codd., *nostrorum* D pr.,  
 quod ex suis refert Oud., *restr.* ex solo  
 Scal.; *adversus vestrum imperatorem* Cia-  
 conius et cod. Dorv. — 9. *in* om. TUF.  
 Petav. — 10. *potest* UF, Cuj., Petav., *pote*  
 TLV, Scal., *potis* D corr., *potestis* δ; *pote*  
 Oudendorpius. — 11. *esse* (sine *ab*) TD,  
 uterque a pr. m. — 12. *nave* codd. no-  
 stri et Oud., horum pars *navi*. Vindob. 2  
*naves*, Vascosanus *navem*. Sed malis cum  
 Vielhabero *singulos non amplius singulis*  
*additis serris*. D a pr. m. erat *additis*,  
 ut videtur.

LV. — 15. *perreuerunt* D.

distentus triplici bello necessitateque coactus, de suis copiis, quas contra Cæsarem adduxerat, sex cohortes in fines regni sui mittit, quæ essent præsidio contra Gætulos.

LVI. Cæsar, brachiis perfectis promotisque usque eo, quo  
 5 telum ex oppido adjici non posset, castra munit, balistis scor-  
 pionibusque crebris ante frontem castrorum contra oppidum  
 collocatis, defensores muri deterrere non intermittit, eoque  
 quinque legiones ex superioribus castris deducit. Qua facultate  
 oblata illustriores notissimique conspectum amicorum propin-  
 10 quorumque efflagitabant atque inter se colloquebantur. Quæ  
 res quid utilitatis haberet, Cæsarem non fallebat. Namque Gætuli  
 ex equitatu regio nobiliores equitumque præfecti, quorum  
 patres cum Mario ante meruerant, ejusque beneficio agris fini-  
 busque donati post Sullæ victoriam sub Hiempsalis regis erant  
 15 dati potestatem, occasione capta nocte, jam luminibus accen-  
 sis, cum equis calonibusque suis circiter mille perfugiunt in  
 Cæsaris castra, quæ erant in campo proxime [locum] Uzittæ  
 locata.

LVII. Quod postquam Scipio quique cum eo erant cognove-

1. *necessitate* D. — 2. *i* (expunctum)  
 et .vii. coh. L.

LVI. — 4. *permotisq.* LD. — *quo* Scal.,  
 VDD, Voss., et Reg. Clarkii. duo rec.  
 Oud.; *quod* UF. Petav., Norv., om. TL.  
 — 5. *abici* vel *abjici* codd.; *adjici* Vasco-  
 sanus. — *balist.* codd. — 6. *contraque*  
 codd. præter TL, D pr. — 7. *eosque* TL.  
 om. V. — 8. *educit.* Qui L. — 11. *non*  
*faciebat* T, *commonefaciebat* V. *non latebat*  
 L. — 12. *equitum* L. — 13. *partes cum*

TUF. — 14. *post spille* L. — *Hiems.* no-  
 stri præter D. *Hiems.* F. — 15. *potestate*  
 nostri præter FV. — *accepta* L. *data* Pe-  
 tav., Busl. — 16. *circiter* .i. TUFD. m.  
 LA δ. — 17. *locum Scirte* V. *locum v* L.  
*zite* in ras. angustiore. Dudum critici se-  
 cluserunt voc. *locum* ut ex sequente verbo  
 ortum. Morus etiam *Uzittæ*: sed *Uzittam*  
 potius scribendum cum Lipsio.

LVII. — 19. *Quod* U a pr., sed ead.  
 m. *Quos* correctum, ut F. Scal., V pr.



runt, cum commoti ex tali incommodo essent, fere per id tempus M. Aquinum cum C. Saserna colloquentem viderunt. Scipio mittit ad Aquinum : " nihil attinere eum cum adversariis colloqui. " Cum nihilo minus \*\*\* ejus sermonem nuntius ad Scipionem referret : " sed restare, ut reliqua, quæ vellet, perageret. " 5 viator præterea ab Juba ad eum est missus, qui diceret audiente Saserna : " Vetat te rex colloqui. " Quo nuntio perterritus discessit et dicto audiens fuit regi. Usu venisse hoc civi Romano, et ei qui ab populo Romano honores accepisset, incolumi patria fortunisque omnibus Jubaë barbaro potius obedientem 10 fuisse, quam aut Scipionis obtemperasse nuntio aut cæsis ejusdem partis civibus incolumem reverti malle! Atque etiam superbius Jubaë factum non in M. Aquinum, hominem novum parvumque senatorem, sed in Scipionem, hominem illa familia, dignitate, honoribus præstantem. Namque cum Scipio sa- 15 gulo purpureo ante regis adventum uti solitus esset, dicitur Juba cum eo egisse " non oportere illum eodem vestitu uti atque ipse uteretur. " Itaque factum ut Scipio ad album sese

2. *Aquinum* codd. hic et infra; *Aquinum* Nipperdeius, et *Aquino* antiquiores nostri c. 89. — *Aq. cum* (inter versus) *cons.*, *Sas.*, L. — 3. *dicens nihil* V. — *per tinere cum* L. — 4. *Cum nihilo minus* ~ cum Saserna colloqui pergeret Aquinus et ~ vel similia excidisse jam Giaeconius sensit, explicuit et lacunam indicavit Kraerus. — 4-5. *ad se* codd., *ad eum* Leid. 2. Dorv.; *ad SC.* (*Scipionem*) Davisius. — 5. *se restare dixit* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — *quæ si vellet* nostri omnes, Cuj., Petav. nec suorum Ond. nominat qui *si* omittat: *quæ ipse vellet* Leid. 2, edd. veti. ab Vascosano. — 6. *viator pretea* T. — 8. *Ro-*

*mano miror* unus nostrorum  $\delta$ . — 9. *a* L.; *ab re .p.* D. — 10. *fortunisq.* L. — 11. *aut Caesaris* codd. omnes, etiam L. de quo errat Ond.; *aut cæsis* edd. primæ; sequentia verba *ejusdem*. . . *malle* om. Cuj., Scal. — 12-13. *etiam et sup.* TUFV, Petav. Fortasse ortum ex *est* in marg. posito. — *superius* LV. — 17. *eodem vestitu atque* nostri omnes. "tres" Ond.; *eodem uti vestitu* editt., sed *uti* post *vestitu* potius excidit et ibi inserendum erat. — 18. *atque etiam ipse* L. — *factum est* unus  $\delta$ , ceteri nostri sine *est*: Buslid., Reg., et Voss., Clarkii, Leid. 2 *factum est illico*.

vestitum transferret et Jubæ, homini superbissimo inertissimoque, obtemperaret.

LXIII. Postero die universas omnium copias de castris omnibus educunt, et supercilium quoddam excelsum nacti non longe a Cæsaris castris aciem constituunt, atque ibi consistunt. Cæsar item producit copias, celeriterque iis instructis, ante suas munitiones quæ erant in campo constituit, sine dubio existimans ultro adversarios, cum tam magnis copiis auxiliisque regis essent præditi promptiusque prosiluissent, ante se concursuros propiusque se accessuros. Equo circumvectus legionesque cohortatus, signo dato, accessum hostium aucupabatur. Ipse enim a suis munitionibus longius non sine ratione non procedebat, quod in oppido Uzittæ, quod Scipio tenebat, hostium erant cohortes armatæ; eidem autem oppido ad dextrum latus ejus cornu erat oppositum, verebaturque ne, si prætergressus esset, ex oppido eruptione facta ab latere eum adorti conciderent. Præterea hæc quoque eum causa tardavit, quod erat locus quidam perimpeditus ante aciem Scipionis, quem suis impedimento ad ultra occurrendum fore existimabat.

LXIII. — 3. *Postera* T. — *hominum* D pr., Busl. — 4. *deducunt* TVDδ. — 6. *productis copiis* V. — *lis* T a sec., LVDδ. — 7. *constitit* Stephanus. — 8. *adversarius* TV. — 9. *essent* (*esse ut* L) *pretio* vel *precio* TLV, Scal. — *prompti usque* TL. — 9-10. *ante se cum* vel *secum concurs.* TUFV, Scal., Petav., *ante eum curs.* L. *ante se conc.* Dδ et rec.; *ante eas secum conc.* Forehammerus, sed præstat *ante se*, antequam ipse concurreret et adoriretur. — *concursores* U, a pr. m. FT, deinde correcti. — 10. *propiusque access.* L. —

11. *aucupatur* L, *occupabatur* UF. — 12. *non* (*alterum*) om. nostri et plerique Oud.; addidit Aldus. Malim *procedere volebat*. — 13. *Cirtæ* V, ut solet. — 15. *cornuum* T, Scal. — *appos.* L. — *verberatur* TV, *verebatur* Scal., D corr., δ, om. L; *verberaturque* UF, *vertebaturque* D, prius *t* expungens. — 16. *corruptione* TV, c., *orruptione* D (3 litt. erasis), *irruptione* L. — *a lat.* L. — *cum adorti* TL, *cum* etiam D. — 17. *quoque cum* TVD; *eum* om. L. — *sed is erat* L, *is* tenuissimis punctis subnotato. — 19. *ultro*

LIX. Non arbitror esse prætermittendum, quemadmodum exercitus utriusque fuerint in aciem instructi. Scipio hoc modo aciem direxit : collocabat in fronte suas et Jubæ legiones, post eas autem Numidas in subsidiaria acie ita extenuatos et in longitudinem directos, ut procul simplex esse acies media ab legionariis militibus videretur [in cornibus autem duplex esse existimabatur]. Elefantos dextro sinistroque cornu collocaverat æqualibus inter eos intervallis interjectis, post autem elefantos armaturas leves Numidasque auxiliares substituerat. Equitatum frenatum universum in suo dextro cornu disposuerat : sinistrum enim cornu oppido Uzitta claudebatur, neque erat spatium equitatus explicandi. Præterea Numidas levisque armaturæ infinitam multitudinem ad dextram partem suæ aciei opposuerat, fere interjecto non minus mille passuum spatio, et ad collis radices magis appulerat longiusque ab adversariorum suisque copiis promovebat; id hoc consilio, ut, cum acies duæ inter se concucurrissent, initio certaminis paulo longius ejus equitatus circumvectus ex improvise clauderet multitudinem suam exercitum Cæsaris, atque perturbatum jaculis configeret. Hæc fuit ratio Scipionis eo die præliandi.

codd. præter D. qui *ultra*, quod de suo edidit Nipperdeius.

LIX. — 1. *prætereundum* L. — 3-4. *postea* codd.; *post eas* Nipperdeius. — 4. *subs. parte ita* L. — 5. *directos* UF. — *procul et simpl.* D. — *media* om. L. — 6. *autem* om. D. Sed adjecta hæc esse a glossatore perspexit Nipperdeius. — 7. *in dextro medioque* L. ut *media* in marg. suppletum pro correctione acceptum fuisse appareat. — 8. *injectis* L. — 8-9.

*elephantos* L. — 9. *armatura* UF. ille a sec. in marg. *auxiliarios*, ut D. mox pro *auxiliares*. — *substituere* TL.δ. — 10. *univ. fren.* L. — 10-11. *disposuere* L. — 11. *autem* LV. — *eorum* UF. — 13. *dexteram* L. — 14. *fere non minus int.* L. — 15. *magis* om. V. — 16. *id quod cons.* T. Scal.; *id quidem cons.* L. — 17. *concucurr.* TV. U a sec., ceteri *concurr.* — 18. *circumventus* a pr. m. T et U. — 20. *eodem die* L. pr.

LX. Caesaris autem acies hoc modo fuit collocata, ut ab sinistro ejus cornu ordiar [et ad dextrum perveniam]; habuit legionem x, ix in sinistro cornu, xxv, xxviii, xiii, xiv, xxix, xxvi in media acie. In suo autem dextro cornu e secunda acie veteranarum legionum partem cohortium collocaverat, praeterea ex fironum adjecerat paucas. Tertiam autem aciem in sinistrum suum cornu contulerat et usque ad aciei suae medianam legionem porrexit et, ita collocaverat, ut sinistrum suum cornu triplex esset. Id eo consilio fecerat, quod suum dextrum  
 10 latus munitionibus adjuvabatur, sinistrum autem, equitatus hostium multitudini uti resisti posset, laborabat, eodemque suum omnem equitatum contulerat et, quod ei parum confidebat, praesidio his equitibus legionem v praemiseraat levemque

LX. — 1. *collata* T, *collata* L, Scal. — 1-2. *a sin.* L. — 2. *ordiar et ad dextrum perveniam*. Hab. UFD (hic et post *dextr.*); *ordinaret* (*ordinare* L) *perveniam*. Hab. TLVDδ (sine *ad dextr.*); *ordinaret ad dextrum leg.* (sine *perven. habuit*) δ, duo rec. ap. Oud., primae edd. Voces *et perveniam* haud dubie corruptae; vitium in crustavit corrector UF. Interim seclusi verba, ut unne leguntur, absurda. Difficillimam autem de hoc praelio quaestionem diligenter et acute tractavit Nipperdeius, p. 219 seqq., cujus recensionem firmis argumentis stabilitam exhibemus. — 3. *legionem xiii, viii* TLV, Scal.; *viii* (iv U) et *viii* UFDδ, Petav.; *ix, viii* Aldus. — *in dextro* nullus nostrorum. — *xxv* codd., Fδ addito<sup>mam</sup>, minus L *xxv*, *xxviii*, mire D *cornu xviii*°, qui om. sequens *xviii* et *viii*. — *xxviii* Fδ, U a pr. m., *xxix* Petav.; ceteri *xxviii*, L *xxiii*, altero r inter versus inserto. — 4. *acie, ipsum autem dextrum cornu* UVV; *aciem fere ipsam*

(littera crasa) *autem dextrum c.* T, *acie fere ante ipsum d. c.* L; *acie, circa* (D inter versus) *ipsum autem d. c.* Dδ et tres rec. ap. Oud. — 4-5. *secundam* (*secundum* TLδ) *autem* (*ante* L) *aciem fere in* (om. L) *earum legionum parte* (*partem* L) codd.; *veteranarum* Oudendorpius. — 5. *ordinaverat* L. — 6. *paucas adjece.* nostrorum unus V, ceteri *paucos* (L *paucos*) post verbum. Soli TL *Paucas* (-os L) *autem ad tertiam ac.* — 7. *contulerant* nostri praeter LDδ. — 8. *collocarat* UFD; *legionem collocaverat* (pro *porrexit*) *et ita ordinaverat* L. — 8-9. *uti sinistri sui cornu* (*cornus* TV) *triplex* (sine *esset*) Petav. et nostri praeter L, qui *uti sinistrum cornu esset triplex*. Marg. U: *quere*. — 9. *ut suum* codd., D *ut* in ras. latiore; *quod* vett. edd. — 10. *adjuraret* Scal., *adjuraretur* D corr., δ et alii rec. — 11. *ut* VD — *laborat* T pr., *laborat* UVV, *laborabat* Petav., Dδ et alii rec. — 12. *parum ei* L. — 13. *leg. unam praem.* L.

armaturam inter equites interposuerat. Sagittarios varie passimque locis certis maximeque in cornibus collocaverat.

LXI. Sic utrorumque exercitus instructi non plus passuum ccc interjecto spatio, quod forsitan ante id tempus acciderit numquam, quin dimicaretur, a mane usque ad horam x diei 5 perstiterunt. Jamque Cæsar cum exercitum intra munitiones suas reducere cœpisset, subito universus equitatus ulterior Numidarum Gætulorumque sine frenis ab dextra parte se movere propiusque Cæsar's castra, quæ erant in colle, se conferre cœpit, frenatus autem Labieni eques in loco permanere legio- 10 nesque detinere : cum subito pars equitatus Cæsar's cum levi armatura contra Gætulos injussu ac temere longius progressi paludemque transgressi, multitudinem hostium pauci sustinere non potuerunt, levi que armatura deserta, pulsique convulnerati- que uno equite amisso, multis equis sauciis, levis armaturæ 15 xxvii occisis, ad suos refugerunt. Quo secundo equestri prælio facto Scipio lætus in castra nocte copias reduxit. Sed proprium gaudium bellantibus fortuna tribuere non decrevit. Namque postero die Cæsar cum partem equitatus sui Leptim

1. *varie* om. L. — 2. *locisque* T pr., *passim locisque certis maxime collocaverat* (sine in corn.) L; *collocarat* D.

LXI. — 3. *ab utrorumque* U pr., *utroque* L, sed in litura. — 4. *ante* om. L. — *acciderat* L. — 5. *die* TV, Scal. — 6. *dum* codd. — 7. *suas* om. L. — 8. *ad dextram (dexteram TV) partem* codd., *a dextru parte* Nipperdeius. — 10. *frenati . . . equites* D. Leid. 2, non  $\delta$ . — 11. *destinere* T pr., *distinere* correctus, UF et Oud. sine var.; *destinare* V, *destituere* L, *detinere* D $\delta$ . — 12. *injussi et tem. pro-*

*gressi long.* V — 13. *progressi* (iterum) L. — 14. *deserti ac p.* codd., L *deserti* in marg., unus T *deserta* a pr. m.: sic Nipp., deleto *ac*. — 15. *multisque* UF. — *levisque* D corr. — 16-17. *secundo pr. facto equestri in castra Scipio lætus* L, *in castru lætus* T. — 17. *Quod pr.* codd., *Sed* Kranerus. — 18. *cladium* TU (hic cum signo corruptionis), Cuj., Scal., *clau* F, *cladium* LV: *gaudium* D $\delta$ . — 19. *die* om. UF. — *parte* codd. præter  $\delta$  et tres rec. — *Leptim frumentandi (frumenti* Dorv. et vett. edd.) *causa* D corr.,  $\delta$  et alii rec.

misisset, in itinere prædatores equites Numidas Gætulosque ex  
improviso adorti circiter centum partim occiderunt, partim vi-  
vorum potiti sunt. Cæsar interim quotidie legiones in campum  
deducere atque opus facere vallumque et fossam per medium  
5 campum ducere adversariorumque excursionibus [iter] officere  
non intermittit. Scipio item munitiones contra facere et, ne  
jugo a Cæsare excluderetur, appropere. Ita duces utrique et  
in operibus occupati esse, et nihilo minus equestribus præliis  
inter se quotidie dimicabant.

10 LXII. Interim Varus classem, quam antea Uticæ hiemis  
gratia subduxerat, cognito legionis XIII et XIV ex Sicilia adventu,  
celeriter deducit ibique Gætulis remigibus epibatisque complet,  
insidiandique gratia ab Utica progressus Adrumetum cum LV  
navibus pervenit. Cujus adventus inscius Cæsar Lucium Cispium  
15 cum classe XXVII navium ad Thapsum versus in stationem præ-  
sidii gratia commeatus sui mittit, itemque Quintum Aquilam  
cum XIII navibus longis Adrumetum eadem de causa præmittit.  
Cispium quo erat missus celeriter pervenit. Aquila tempestate  
jaectatus promontorium superare non potuit atque angulum

1. *misit* codd., om. L. *misisset* Voss. Clarkii. — *prædatores, qui eq.* Pet. — *Numidas* T pr. — 3-5. *legiones deducere adversariorumque* (l. 5) L. mediis onissis. — 5. *iter off.* codd., *ita* Oudendorpius, deleverat Vascosamus. — 6. *autem* V. — *contra* om. L. — 6-7. *ne jugo* T. Cuj., Petav., "optimi" Oud., *ne a j.* L. *ni j.* UVV, *ni j.* δ, *in jugo ne* D. — 7. *adperperare* F, *apparare* L. — *Ita ut d.* D corr., δ et alii rec. — 8. *essent* codd. nostri, Scal. a pr. m., et rec. ap. Oud., *erant* unus F; *esse* Nipperdeius. — 9. *dimicarent* D corr., δ.

LXII. — 10. *classem* om. L. — 11. *legionis XIII et XIV* TLV, *XIII et XIV* UFDδ: *XIII et XIV* correxit Nipperdeius. — 12. *ibi* D. *illamque* Pet., Norvic. — 13. *insidiandique*. T. *insidiandi* D. — *ab Utica* om. TL. Petav. — *cum* (C. L.) L. 1. TLV. — 14. *adventu* L. — 15. *XVIIII* V. — *Thapsum* L. — 15-16. *præsidii* UF. — 16. *Quintum* Petav. et nostri præter Dδ. — 17. *Harimeticum* et infra *Harimeticum* L. qui supra l. 13 recte *Adrumetum*. — *de* om. LV. — 18. *At Aquila* UFD. duo recentes ap. Oud.

quendam tutum a tempestate nactus cum classe se longius a prospectu removit. Reliqua classis in salo ad Leptim, egressis remigibus passimque in litore vagantibus, partim in oppidum victus sui mercandi gratia progressis, vacua a defensoribus stabat. Quibus rebus Varus ex perfuga cognitis, occasionem 5 nactus, vigilia secunda Adrumeto ex cothone egressus, cum primo mane Leptim universa classe vectus, naves onerarias, quæ longius a portu in salo stabant, incendit et penteres duas vacuas a defensoribus nullo repugnante cepit.

LXIII. Cæsar interim celeriter per nuntios in castris, cum 10 opera circumiret, certior factus, quæ aberant a portu millia passuum vi, equo admissis, omissis omnibus rebus, celeriter pervenit Leptim, ibique hortatur, omnes ut se naves consequerentur: [postea] ipse parvulum navigiolum conscendit, in cursu Aquilam multitudine navium perterritum atque trepidantem 15 nactus, hostium classem sequi cœpit. Interim Varus celeritate Cæsar's audaciaque commotus cum universa classe conversis navibus Adrumetum versus fugere contendit. Quem Cæsar in millibus passuum iv consecutus, recuperata quinqueremi cum

1. *se om.* TL. — 2. *conspectu* V. — *egressi* TUF, *egressa* D. — 3. *remigibusque passim* D corr.,  $\delta$ . — *littoris* TU (non F) — *parum nostri præter* LD $\delta$ , *parumque* Pet. — *oppido* codd. præter L et fort. Leid. 2. — 4. *progressus* TUF, D pr. — 5. *a perfuga* L; *ex perfugis* unus  $\delta$ . — *occasione* (sine *nactus*) L. — 6. *cothone* codd., *contione* LD, sed c. 63 recte *cothone*. — 8. *portum salo* TUF (hic *portu*); *ad portum s.* V. — *pentere*mes TUF, Pet., *pentiremes* LVD et rec.; *penteres* Scaliger. — 9. *quæ longius erant vacuas* D corr.,  $\delta$  et alii rec.

LXIII. — 11. *circuiret* VD. — 11-12. *mille passus* L. — 13. *oratur* UF, in hoc ead. m. correctum: *moratur* D $\delta$ , *moratus* Petav.; *hortabatur* L. — *naves omnes* (his) L. — 14. *postea* codd. antiqui, sed T ambiguo compendio *p. a.* D $\delta$  et alii rec. *primum*. Ejiciendum esse significat Nipperdeius. — 15. *Aquilam* L in ras. — *at trep.* L. — 16. *hostium multitudinem classem* TL, hic *classe*. — 19. *recip.* TUF; *recuperatus quinqueremes* L; *quinqueremi* T pr., cui *ges* in extremo versu a sec. m. appietum.

suis omnibus epibatis atque etiam hostium custodibus cxxx in ea nave captis, triremem hostium proximam, quæ in repugnando erat commorata, onustam remigum epibatarumque cepit. Reliquæ naves hostium promontorium superarunt atque  
 5 Adrumetum in cothonem se universæ contulerunt. Cæsar eodem vento promontorium superare non potuit, atque in salo in ancoris ea nocte commoratus, prima luce Adrumetum accedit ibique navibus onerariis, quæ erant extra cothonem, incensis omnibusque reliquis ab iis aut subductis aut in cothonem  
 10 compulsis, paulisper commoratus, si forte vellent classe dimicare, rursus se recepit in castra.

LXIV. In ea nave captus est P. Vestrius, eques Romanus, et P. Ligarius Afranianus, quem Cæsar in Hispania cum reliquis dimiserat, et postea se ad Pompeium contulerat, inde ex prælio effugerat in Africamque ad Varum venerat; quem ob perjurium perfidiamque Cæsar iussit necari. P. Vestrio autem, quod  
 15 ejus frater Romæ pecuniam imperatam numeraverat, et quod ipse suam causam probaverat Cæsari, se a Nasidii classe captum, cum ad necem duceretur, beneficio Vari esse servatum.  
 20 postea sibi facultatem nullam datam transeundi, ignovit.

1. *etiam* om. V. — cxxx an cxxxv in T ambiguum. — 2. *naves e. tyremem* T, *turrem* L. — 5. *chothonem* codd., *chotonem* UF, hic infra bis *cothonem*. — 6. *promuntorio* T pr. — 7. *eadem nocte* Petav. et nostri præter δ, qui *ea*. L *eadem die*. — 7-8. *accidit* T. — 9. *omnibus* LDδ. — *ab is* T, *ab his* LV, *aliis* Fδ et non nominati Oud., omittit D.

LXIV. — 12. *Vistrinus* L, et mox. — *eq. R.* om. L. — 13. *Ligerius Affranus* L, *Ligurius* Scal. — 14-15. *se ad Pomp.*

*contulerat in Africam et ad Var.* L, sec. in marg. ante *contul.* inseruit *inde ex prælio se*. — 15-16. *quem opperi (operi V) urtam perfidiam* TV; *ob perjurii perfidiam* Lδ. Busl. et duo rec. Oud. — 16. *Vestrio* unus D a pr. m., ex alio nullo nominatim allatum; *Vestrium* codd., quod corrigendi non magna necessitas erat. — 18. *Cæsaris ea Nas.* TLUFV, sic divisa; sed *se a Nas.* Cuj.; *sed eum Nas.* (sine *Cæs.*) Petav. Norvic.; *a* om. Dδ; *navium* (pro *Nas.*) *classe* L. — 20. *ignoravit* TLV.



LXV. Est in Africa consuetudo incolarum, ut in agris et in omnibus fere villis sub terra specus frumenti condendi gratia clam habeant, atque id propter bella maxime hostiumque subitum adventum praeparent. Qua de re Cæsar per indicem certior factus, tertia vigilia legiones duas cum equitatu mittit ab 5 castris suis millia passuum x, atque inde magno numero frumenti onustos recipit in castra. Quibus rebus cognitis Labienus progressus a suis castris millia passuum vii per jugum et collem, per quem Cæsar pridie iter fecerat, ibi castra duarum legionum facit, atque ipse quotidie existimans Cæsarem eadem 10 sæpe frumentandi gratia conmeaturum, cum magno equitatu levique armatura insidiaturus locis idoneis considit.

LXVI. Cæsar interim de insidiis Labieni ex perfugis certior factus, paucos dies illic moratus, dum hostes quotidiano instituto sæpe idem faciendo in negligentiam adducerentur, 15 subito mane imperat porta decumana legiones se viii veteranas cum parte equitatus sequi, atque equitibus præmissis neque opinantes insidiatores subito in convallibus latentes ex levi armatura concidit circiter d, reliquos in fugam turpissimam coniecit. Interim Labienus cum universo equitatu fugientibus suis 20 suppetias occurrit. Cujus vim multitudinis cum equites pauci Cæsariani jam sustinere non possent, Cæsar instructas legiones

LXV. — 3. *clam* om. LV, *fla* (sic) T. — 6. x T in ras. — 7. *onustis* T pr., *onusto* L. — *recepit* V. — 8. *progressis* TV. — 11. *frumenti* D. — 12. *considet* TL. Scal., *consedit* ceteri nostri, *considit* Oudendorpius.

LXVI. — 13. *interim* ante *certior* ponunt TL. — 14. *ibi commoratus* codd.,

*commoraturus* V; *illuc moratus* OEhlerus. — *hostis* L. — 15. *adduceretur* L. — 16. *decim.* L. — viii UL, ceteri *octo*; III corrigi Nipperdeius p. 219. — 18. *levi* codd., *levique* Busl.; *ex levi* Nipperdeius, quem v. p. 224. Præterea pro *subito* exspectes *adortus*. — 22. *jam* om. L. *cum* TV.

hostium copiis ostendit. Quo facto perterrito Labieno ac retardato, suos equites recepit incolumes. Postero die Juba Numidas eos, qui loco amisso fuga se receperant in castra, in cruce omnes suffixit.

5   LVII. Cæsar interim, quoniam inopia frumenti premebatur, copias omnes in castra conducit atque presidio Lepti, Ruspinae, Acillae relicto, Cispio Aquilaeque classe tradita, ut alter Adrumetum, alter Thapsum mari obsiderent, ipse castris incensis quarta noctis vigilia, acie instructa, impedimentis in  
10 sinistra parte collocatis, ex eo loco proficiscitur et pervenit ad oppidum Aggar; quod a Gætulis saepe antea oppugnatum summaque vi per ipsos oppidanos erat defensum. Ibi in campo castris unis positus ipse frumentatum circum villas cum parte exercitus profectus magno invento hordei, olei, vini, fici numero,  
15 mero, paucis tritici, atque recreato exercitu, redit in castra. Scipio interim, cognito Cæsaris discessu, cum universis copiis per jugum Cæsarem subsequi cœpit, atque ab ejus castris milia passuum vi longe trinis castris dispersis copiis consedit.

LVIII. Oppidum erat Zeta, quod aberat a Scipione millia  
20 passuum x, ad ejus regionem et partem castrorum collocatum, a Cæsare autem diversum ac remotum, quod erat ab eo longe

1. *contendit* (pro *ost.*) antiquus corrector L. sed *os* non deleto. — 1-2. *atque ret.* L. — 3. *in cetra* T pr.

LVII. — 5-6. *premebantur* TL. — 6. *couchulit* Dδ et alii rec. — *Leptim* L. — 7. *Achillae* codd. — *Cispo* nostri, quidam Oud. *Crispo*. Sed recte c. 62 *Cispium*. — 8. *Tharsum* L. — 9. *instructa* om. L. — 11. *Agger* falso Oud. affert ex L. et

de Petav. — nihil ap. Fabr. — 12-13. *in castro unis castris* L. — 13-14. *profectus cum p. exercitus* F. — 14. *magno iumento* TUFV. — *olei* TL. — 15. *paucum* TV. D a sec., *parvo* L. — 17. *sequi* L. — 18. *dispart.* D.

LVIII. — 19. *Zumi* L.; alii ap. Oud. *Zetta*. — *ab Sc.* L. — 21. *divisum* L. — *longe* om. L.

millia passuum xviii. Huc Scipio legiones duas frumentandi gratia misit. Quod postquam Cæsar ex perfuga cognovit, castris ex campo in collem ac tutiora loca collatis atque ibi præsidio relicto, ipse quarta vigilia egressus præter hostium castra proficiscitur cum copiis et oppidum potitur. Legiones Scipionis 5 comperit longius in agris frumentari et, cum eo contendere conaretur, animadvertit copias hostium his legionibus occurrere suppetias. Quæ res ejus impetum retardavit. Itaque capto C. Minucio Regino, equite Romano, Scipionis familiarissimo, qui ei oppido præerat, et P. Atrio, equite Romano de conventu 10 Uticensi, et camelis xvii regis abductis, præsidio ibi cum Oppio legato relicto, ipse se recipere cœpit ad castra.

LXIX. Cum jam non longe a castris Scipionis abesset, quæ eum necesse erat prætergredi, Labienus Afraniusque cum omni equitatu levique armatura ex insidiis adorti, agmini ejus ex- 15 tremo se offerunt atque ex collibus primis existunt. Quod postquam Cæsar animadvertit, equitibus suis hostium vi oppositis, sarcinas legionarios in acervum jubet comportare atque celeriter signa hostibus inferre. Quod postquam cœptum est fieri, primo impetu legionum equitatus et levis armatura hostium 20

1. xviii UFVDD et plurimi; xviii T. Scal.; xviii L, quod verum judicat Nipperd. p. 224. — 2. *perfugis* D corr., δ et alii rec. — 3. *conlocatis* vel *colloc.* codd.; *collatis* Lipsius. — 4-5. *castra multitudinem prof.* L. — 5. *oppido* codd. præter TL. Scal. — 6. *cons* F (compendio), ut *consque* tentatum fuisse videatur. — 7. *is* T. — 8. *Ipsè capto* L. — 9. *C. Inocio* TV (hic post *Regino*); *Mincio* L. unde *Minucio* Nipperdeins; *Mocio* Scal., *Mucio* a sec. m.; *Biocio* UFDδ, Petav. — *eq. p̄o*

TUFV (hic iterum l. 10); *eq. P. R. L. equite Ro.* D corr. — 11. *abductis* codd.; *abductis* Jurinius et «C. L.» ap. Fabric. — *cum oppido* codd., sed *d* expuncto U. *Oppio* F. — 12. *in castra* L.

LXIX. — 13-14. *questum* TV, *quæ tunc* L, *quæ cum* UF. — 17. *hostium* III TUF, hi duo cum uota depravationis; in LD anceps scriptura. — 18. *legionarius* LV. — *comportati* (sic) L, qui om. *celeriter*. — 19. *inferri* TL. — 20. *legioñ* TL, *legiones* V. — *hostium ante et ler.* in L.

nullo negotio loco pulsa et dejecta est de colle. Cum jam Cæsar existimasset hostes pulsos deterritosque finem lacessendi facturos, et iter inceptum pergere cœpisset, iterum celeriter ex  
 5 dixi, in Cæsaris legionarios impetum faciunt Numidæ levisque  
 armaturæ mirabili velocitate præditi, qui inter equites pugna-  
 bant et una pariterque cum equitibus accurrere et refugere  
 consueverant. Cum hoc sæpius facerent et proficiscentes Julia-  
 nos insequerentur, refugerent stantes, propius non accederent  
 10 et singulari genere pugnae uterentur, eosque jaculis convulne-  
 rare satis esse existimarent, Cæsar intellexit nihil aliud eos  
 conari, nisi ut se cogerent castra eo loco ponere, ubi omnino  
 aquæ nihil esset, ut exercitus ejus jejunus, qui a quarta vi-  
 gilia usque ad horam x diei nihil gustasset, ac jumenta sili  
 15 perirent.

LXX. Cum jam ad solis occasum esset, et non totos c pas-  
 sus in horam esset progressus, equitatu suo propter equorum  
 interitum extremo agmine remoto, legiones in vicem ad extre-  
 mum agmen evocabat. Ita vim hostium placide leniterque  
 20 procedens per legionarium militem commodius sustinebat. In-  
 terim equitum Numidarum copiae dextra sinistraque per colles  
 præcurrere coronæque in modum cingere multitudine sua Cæ-

1. *dejecta* TV. — 3. *inceptum* (per *a* Petav.) nostri præter Lδ, qui *ceptum*. —  
 4. *quam* L. — 5. *levis* Dδ, ille *armatura*.  
 — 7. *pariter cum* L. — 9. *et refug.* unus  
 δ. — *stantes* codd.; *instantes* Scaliger ex  
 suo codice, sed illud servari poterat. —  
 10. *jaculis eos* F. — 11. *satius* T. —  
 14. *gustassent* L.

LXX. — 16. *et vento c* D. — 17. *horam*  
 III TL, Scal.; *horis III* UFV, *horis quat-*  
*tuor* Dδ; *horam I* codd. Giacconii. Nume-  
 rus litteræ *m* dittographia. — 18. Corri-  
 gendum videtur *extremo ab agmine*. —  
 19. *revoc.* D. — *legiterque* F pr. — 21.  
*cop. Num.* L. — 22. *coronamque* TLV,  
 Scal. — *suus* L.

saris copias, pars agmen extremum insequi. Cæsaris autem non amplius in aut iv milites veterani si se convertissent et pila viribus contorta in Numidas infestos coniecissent, amplius duum millium numero ad unum terga vertebant, ac rursus ad aciem passim conversis equis se colligebant, atque in spatio 5 consequabantur et jacula in legionarios coniciebant. Ita Cæsar, modo procedendo modo resistendo tardius itinere confecto, noctis hora prima omnes suos ad unum in castra incolumes, sauciis x factis, reduxit. Labienus circiter ccc amissis, multis vulneratis, [ac] defessis instando omnibus ad suos se re- 10 cepit. Scipio interim legiones productas cum elephantis, quas ante castra in acie terroris gratia in conspectu Cæsaris collocaverat, reducit in castra.

LXXI. Cæsar contra ejusmodi hostium genera copias suas non ut imperator exercitum veteranum victoremque maximis 15 rebus gestis, sed ut lanista tirones gladiatores condocere: quo pede se reciperent ab hoste et quemadmodum obversi adversariis et in quantulo spatio resisterent, modo procurrerent, modo recederent comminarenturque impetum, ac prope quo loco et quemadmodum tela mitterent, præcipere. Mirifice enim 20 hostium levis armatura anxium exercitum nostrum atque solli-

1. *extremum agmen* Fl. — *Cæsaris interim* UFVDδ et duo rec. Oud. — 2. *cum* (pro *si*) Leid. 2, Ciacc., *non* L. radendo in *eum* versum. — 3. *infestis* TL. — 4. *numcrum* D, om. δ et alii rec. — *et rurs.* L. — 5. *conversi se quisque coll.* V. — 6. *coie.* TLUF. — 8. *castris* codd., *castra* Vasosanus. — 10. *vulneratis* C. *defessis* TLV; *ac* delevit Forehammerus. — 11. *quos* codd., *quas* Nipperdeius.

LXXI. — 14. *hostium* om. Scal. — 16. *condoceretur* TLFVD. — 17. *quod* (quot Pet.) *pedes* codd., *quod ad pedes* (sine *se*) L. Marg. D : Gal. *quo pede*, sic δ. — 17-18. *adversarios* codd. ut videtur omnes, quamquam duos modo refert Oud. — 20. *præciperet* codd. antiquiores, *præcipit* Dδ et alii rec., *præcepit* V. *præcipere* unus Reg. Lond. — 21. *nostr.* *exerc.* L.

citum habebat, quia et equites deterrebat prælium inire propter equorum interitum, quod eos jaculis interficiebat, et legionarium militem defatigabat propter velocitatem: gravis enim armaturæ miles simulatque ab his insectatus constiterat in eosque impetum fecerat. illi veloci cursu periculum facile vitabant.

LXXII. Quibus ex rebus Cæsar vehementer commovebatur, quia, quodcumque prælium quoties erat commissum, equitatu suo sine legionario milite hostium equitatu levique armaturæ eorum nullo modo par esse poterat. Sollicitabatur autem his rebus, quod nondum legiones hostium cognoverat et quonam modo sustinere se posset ab eorum equitatu levique armatura, quæ erat mirifica, si legiones quoque accessissent. Accedebat etiam hæc causa, quod elephantorum magnitudo multitudoque animos militum detinebat in terrore. Cui uni rei tamen invenerat remedium. Namque elephantos ex Italia transportari jusserat, quo et miles noster speciemque et virtutem bestię cognosceret, et cui parti corporis ejus telum facile adigi posset, ornatusque ac loricatus cum esset elephans, quæ pars corporis ejus sine tegimine nuda relinqueretur, ut eo tela

2. *interficiabant* LDD. Busl. et alii rec.: L. hinc aberrat ad *propter veloc.* — 3. *defatigabant* unus  $\delta$ ; *hostium* addebat U pr. — 4. *armatura* L. — *ab iis* TUF. *alius* V. — *insectatis* L pr.

LXXII. — 7. *ex* om. D. — 7-8. *Cæsar bellum quotiens* L mediis omissis. — 7. *commotus*  $\delta$ . Busl. — 8. *quia* om. Scal., Petav., nostri præter D corr. et  $\delta$ . — 8-9. *equit. suo* om. V. — 9. *sive (sive L) legionarios milites* TL. *sive legionariis militibus* V. — *equitatu* L. — 12. *sustinere non pos-*

*set* V; *possent* L. — *et levi* L. — 13. *erant* TLUF. — 14. *Acc. autem et hæc* L. — 15. *uni* om. UF, Petav. — 16. *in Italianam* codd., *ex Italia* Ciarcomius ex Dione Cass. XLIII, 4. — 17. *quos (quod TL) et miles nosset* codd., *nos* V in fine versus. *nosset*  $\delta$ . *nosceret* Leid. 2. — 19. *ornatusque* codd. præter  $\delta$ , qui *ornatusq.* — *elephans* nostri omnes, Cuj., Petav.; vulgo *elephantus*, D corr. et Dorv. *elephas*. — 20. *tegimine* UF, D pr., *tegumine* T, Scal., *tegmine* L et ceteri.

conjicerentur: præterea, ut jumenta bestiarum odorem, stridor-  
rem, speciem consuetudine capta non reformidarent. Quibus  
ex rebus largiter erat consecutus. Nam et milites bestias mani-  
bus pertractabant earumque tarditatem cognoscebant, equites-  
que in eos pila præpilata conjiciebant, atque in consuetudinem 5  
equos patientia bestiarum adduxerat.

LXXIII. Ob has causas, quas supra commemoravi, sollicita-  
batur Cæsar tardiorque et consideratior erat factus, et ex pri-  
stina bellandi consuetudine celeritateque excesserat. Neque  
mirum. Copias enim habebat in Gallia bellare consuetas locis 10  
campestribus et contra Gallos, homines apertos minimeque  
insidiosos, qui per virtutem, non per dolum dimicare consue-  
runt; tum autem erat ei laborandum, ut consuefaceret milites  
hostium dolos, insidias, artificia cognoscere, et quid sequi,  
quid vitare conveniret. Itaque, quo hæc celerius conciperent, 15  
dabat operam, ut legiones non in uno loco contineret, sed per  
causam frumentandi huc atque illuc raptaret, ideo quod ho-  
stium copias ab se suoque vestigio non discessuras existimabat.  
Atque post diem tertium productas accuratius suas copias sicut

1. *coic.* L. — 1-2. *stridorem speciem*  
nostri præter TL, qui *stridoremque*. —  
*et spec.* unus Leid. 2. — 2. *consuetudinem*  
Dδ. *consutune* (sic) F. — *captarum* T,  
sed *u* ead. m. super altero *a* posito; *captu-*  
*rum* UFV, *captirum* L, *captum* D pr., Pe-  
tav., *captarum* δ et rec.; *capta* unus Nor-  
vic. — *reformidare* nostri præter D corr.  
et δ. — 3. *ex om.* L. — *erat erat* U, priore  
expuncto; *tria erat* Badenius. — 4. *contra-*  
*ctabant* L. — 5. *coic.* codd. — *in om.* TL.

LXXIII. — 9. *Nec* TDδ. — 14. *cog-*  
*noscerent quid* (*quod* V) TLV, *cognosceret*

*quid* U, *cognoscere quid* FDδ, Petav. — 15.  
*quod vit.* TV. — *quod hæc* TLV. — 16.  
*dabant* T. — *non uno* nostri præter Lδ,  
qui cum Petav. *in* habent. — 17. *rapsare*  
Seal. et nostri veteres, U et F cum nota  
corruptionis, *lapsare* V, *larare* Pet., *re-*  
*portaret* D, corrector *raptaret*, ut δ. —  
18. *ses suosque* T, duobus *s* erasis: *suos-*  
*que* U. — *discesseras* UF, uterque cum  
nota. — *existimabant* TUFV. — 19. *Aquæ*  
U. — *cop. acc. suas* L; *productis acc. suis*  
*copiis* Clarkius; *sua copia* Buslid., qui  
fort. *producta*.

instruxerat, propter hostium castra prætergressus, æquo loco invitat ad dimicandum. Postquam abhorrere eos videt, reducit sub vesperum legiones in castra.

LXXIV. Legati interim ex oppido Vaga, quod finitimum fuit  
 5 Zetæ, cuius Cæsarem potitum esse demonstravimus, veniunt;  
 petunt et obsecrant, ut sibi præsidium mittat: ~ se res com-  
 plures, quæ utiles bello sint, administraturos. Per idem  
 tempus deorum voluntate studioque erga Cæsarem transfuga  
 suos cives facit certiores Jubam regem celeriter cum copiis suis.  
 10 antequam Cæsaris præsidium eo perveniret, ad oppidum accu-  
 currisse atque advenientem multitudine circumdata eo poti-  
 tum, omnibusque ejus oppidi incolis ad unum interfectis, de-  
 disse oppidum diripiendum delendumque militibus.

LXXV. Cæsar interim, lustrato exercitu a. d. xii kal. April.,  
 15 postero die productis universis copiis progressus, ab suis ca-  
 stris millia passuum v, a Scipionis circiter duum millium inter-  
 jecto spatio in acie constitit. Postquam satis diuque adversarios  
 ab se ad dimicandum invitatos supersedere pugnae animad-  
 vertit, reducit copias, posteroque die castra movet atque iter ad  
 20 oppidum Sarsuram, ubi Scipio Numidarum habuerat præsi-

1. *propter* om. D corr., δ et alii rec.; *propter aciem* T pr., supraposito *hostium*.

LXXIV. — 4. *Vaga* Cuj., *Ucea* δ. — 5. *Zete* antiquiores consensu, non variantes c. 68. «*Zeje* Cuj. et Petav., ad oram tamen credo *Zete*.» Fabr. Nam Petav. constanter *Uzata*. — 6. *petunt, obsecrant* nostri omnes et Petav. — 7. *que itales* F. — *subministraturos* probabiliter Krauerus. — *Per id* TFD. — 8. *transfugas*

TLΔ δ, D corr. — 10-11. *cucurrisse* VDδ et duo alii rec.; *decurrisse* L. — 11. *adveniente* Dδ et pars Oud.

LXXV. — 15. *processus* codd. præter Norvic. et Voss. ap. Clark. — 15-16. *a* (sic LV) *suis castris* om. UF. — 16-17. *circumjecto* Scal. et omnes nostri præter δ. — 18. *ab se* om. L, *ad se* Dδ, Leid. 2. — *pugna* Davisius. — 19. *posteroque* L. — *atque ad* (sine iter) TLδ et duo rec.



dium frumentumque comportaverat, ire contendit. Quod ubi Labienus animadvertit, cum equitatu levique armatura agmen ejus extremum carpere cœpit, atque ita lixarum mercatorumque, qui plostris merces portabant, interceptis sarcinis, addito animo propius audaciusque accedit ad legiones, quod existimabat milites sub onere ac sub sarcinis defatigatos pugnare non posse. Quæ res Cæsarem non fefellerat : namque expeditos ex singulis legionibus tricenos milites esse jusserat. Itaque eos in equitatum Labieni immissos turmis suorum suppetias mittit. Tum Labienus conversis equis, signorum conspectu perterritus, turpissime fugere contendit. Multis ejus occisis, compluribus vulneratis, milites legionarii ad sua se recipiunt signa atque iter inceptum ire cœperunt. Labienus per jugum summum collis dextrorsus procul subsequi non destitit.

LXXVI. Postquam Cæsar ad oppidum Sarsuram venit, inspectantibus adversariis interfecto præsidio Scipionis, cum suis auxilium ferre non auderent, fortiter repugnante P. Cornelio, evocato Scipionis, qui ibi præerat, atque a multitudine circumvento interfectoque, oppido potitur, atque ibi frumento exercitui dato postero die ad oppidum Thisdram pervenit: in quo Considius per id tempus fuerat cum grandi præsidio cohorteque sua gladiatorum. Cæsar, oppidi natura perspecta, aquæ inopia ab oppugnatione ejus deterritus, protinus pro-

3. *capere* LD. — *lix. armatorumq.* L. — 4. *plaustris* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — *ac sarcinis interceptis* L. — 7. *fecellit* U pr. — 9. *immissas* T pr. — 13. *signa* (hoc interversus) *atque interceptum iter agere* (hoc in marg.) *ceperunt* L. — 14. *destitit* nostri (cum Petav. et Busl.) præter

LD $\delta$ , qui *desistit*, ut Ond. sine varietate.

LXXVI. — 15. *pervenit* V. — 17. *pugnante* L. — 19. *atque interfecto* V. — 20. *ad om. nostri præter* L. D corr. et  $\delta$ . — *Thebennam*  $\delta$ , Leid. 2. — 23. *atque inopia* codd., *aquæ* restituit Lipsius. — *ab ejus impugnatione* L.

fectus circiter millia passuum iv. ad aquam facit castra atque inde die quarto egressus redit rursus ad ea castra, quae ad Aggar habuerat. Idem facit Scipio atque in antiqua castra copias reducit.

5 LXXVII. Thabenenses interim, qui sub ditione et potestate Jubæ esse consuissent, in extrema ejus regni regione maritima locati, interfecto regio præsidio, legatos ad Cæsarem mittunt. rem a se gestam docent, petunt orantque, ut suis fortunis  
 10 populus Romanus, quod bene meriti essent, auxilium ferret. Cæsar, eorum consilio probato, Marcium Crispum tribunum cum cohortibus tribus et sagittariis tormentisque compluribus præsidio Thabenam mittit. Eodem tempore ex legionibus om-  
 nibus milites, qui aut morbo impediti aut comæatu dato cum signis non potuerant ante transire in Africam, ad millia iv.  
 15 equites cccc. funditores sagittariique mille, uno comæatu Cæsari occurrerunt. Itaque cum his copiis omnibus legioni-  
 bus eductis, sicut erat instructus, v millibus passuum ab suis castris, ab Scipionis vero ii millibus passuum longe constitit in campo.

2. *die* om. TL. *iiii* L; *die quarta* U. Scal.; *quarta die* FVD, hic in marg.: «al. *vigilia*,» ut δ, Busl. et alii rec., *quarta* T. — *castra die quæ* T, ut excidisse post *inde* et in marg. additum fuisse appareat. — *ad* om. D.

LXXVII. — 5. *Tab.* L. *Theb.* V solus. — 6. *consuerissent* V. — 7. *collocati* L. — 8. *rem male* codd., *rem a se* Vasco-sams. — *fortunis* L. — 9. *quod* om. TLV. Scal. — 10. *prob. cons.* L. — 10. *tribunum* om. TLV. — 11. *tribus cum cohortibus et* δ; *cum cohorte et* UFD et pars

Oud.; *cum cohortibus tribus et* TLV (hic *et* omittens). — 12. *Thebenam* UFD. *The-nam* TV. — 14. *in* om. nostri præter Vδ. — 15. *mille* UF (nimirum ∞): D in ras., δ et alii rec. *ccc.*, Norvic. *ccc.* T *quo*, L *qui*, V *cū*. — 16. *occurrunt* Dδ. — *copiis et omnibus* codd.: *et* delevit Nipperdeius. D: *cum omnibus his copiis et omnibus leg.* — 17. *viii milibus* codd., *vii m.* L. *viii<sup>ius</sup>* U. in quibus *iii* ex *ii* ortum et *v* scribendum esse docet idem criticus. — 18. *ab Scip. vero* soli nostrorum habent Dδ, nec Oud. alios ac recentes memorat. — *iii mil.* U.

LXXVIII. Erat oppidum infra castra Scipionis nomine Tegea, ubi praesidium equestre circiter II millium numero habere consuevit. Eo equitatu dextra sinistra directo ab oppidi lateribus, ipse legiones ex castris eductas atque in jugo inferiore instructas, non longius fere mille passus ab suis munitionibus 5 progressus, in acie constituit. Postquam diutius in uno loco Scipio commorabatur, et tempus diei in otio consumebatur, Caesar equitum turmas suorum jubet in hostium equitatum, qui ad oppidum in statione erant, facere impressionem, levemque armaturam, sagittarios funditoresque eodem mittit. 10 Quod ubi coeptum est fieri, et equis concitatis Juliani impetum fecissent, Pacidius suos equites exporrigare coepit in longitudinem, ut haberent facultatem turmas Julianas circumfundi, et nihilo minus fortissime acerrimeque pugnare. Quod ubi Caesar animadvertit, CCC, quos ex legionibus habere expeditos 15 consuevit, ex proxima legione, quae ei praelio in acie constiterat, jubet equitatu succurrere. Labienus interim suis equitibus auxilia equestria mittere, sauciisque ac defatigatis integros recentioribusque viribus equites subministrare. Postquam equites Juliani CCC vim hostium ad IV millia numero sus- 20 tinere non poterant et ab levi armatura Numidarum vulnera-

∞∞ mil. F. Cujac., Petav., cō cō mil. TV. ē. ̄. mil. L. cccc mil. Scal.; III<sup>or</sup> δ. D in ras. et edd.; II mil. Nipperd., quomodo accipienda scriptura F. — 18 p. 337. constitit. In campo erat opp. TLV.

LXXVIII. — 1-2. Thegea D. — 2. ∞∞ num. F. Cuj. (qui om. num.), Petav.; MM Scal.; ̄̄̄ U. cō. cō. TL, 1 (imposito M) militum δ, Dorv.; CD vett. edd. — numerum TL. om. Cuj. — 3. consuenerat F. — sinistraque Vδ soli. — directo T pr., UF: dir. ante dextra positum L. — ab

oppido Scal. et nostri praeter unum δ. — 4-5. educens. . . instruens Petav. — 6. consistit codd. praeter Lδ, qui constitit; correxit Oudendorpius. — 7. diei om. Pet. — 8. Caesar om. L. — 9. erat D corr., δ et alii rec. — 13. hab. po fac. L. expunctis po. — circumfundere V. — 15. animum adv. T. — 16. consuenerat FV. — ex prima Dδ. — que ex praelio L. ei praesidio D corr., δ et alii rec.; ex leg., quae proxima ei prael. Morus. — 20. CCC D, uno c eraso. — 21. ab l. UF. ceteri a.

bantur minutatimque cedebant, Cæsar alteram aliam mittit, qui satagentibus celeriter succurrerent. Quo facto sui sublatis universi in hostes impressione facta in fugam adversarios dederunt: multis occisis, compluribus vulneratis, insecuti per 5 millia passuum, usque ad colles hostibus adactis, se ad suos recipiunt. Cæsar in horam v commoratus, sicut erat instructus, se ad sua castra recepit omnibus incolumibus. In quo prælio Pacidius graviter pilo per cassidem caput ictus compluresque duces ac fortissimus quisque interfecti vulneratique sunt.

10 LXXIX. Postquam nulla conditione cogere adversarios poterat, ut in æquum locum descenderent legionumque periculum facerent, neque ipse propius hostem castra ponere propter aquæ penuriam se posse animadvertibat, adversarios non virtute eorum confidere, sed aquarum inopia fretos despicere se intellexit, n non. Apr. tertia vigilia egressus ab Aggar, xvi millia nocte progressus, ad Thapsum, ubi Virgilius cum grandi præsidio præerat, castra ponit oppidumque eo die circummunire cœpit, locaque idonea opportunaque complura præsidiis occupare, hostes ne intrare ad se ac loca interiora capere possent. Scipio interim, cognitis Cæsaris consiliis, 20 ad necessitatem adductus dimicandi ne per summum dedecus fidissimos suis rebus Thapsitanos et Virgilium amitteret.

1. *minuatimque* TV, sine *que* Scal. — *cedebantur* Scal., Dδ et alii rec. — *mittit* L. — 2. *ocurrerent* codd., *succurr.* Nipperdeius. — *facto sui* om. L, *sui* om. D pr. — 4. *consecuti*. V. — 5. *usque collem* UF: *collem* etiam reliqui nostri; *colles* ex uno Petav. nominatim affertur. — 6. *decimam* VDδ. — Post *erat* in T quattuor litt. erasæ, quarum extrema compendium

*et*. — 7. *sua rec. castra* L. — 8. *complures* D corr. — 9. *fortissimi quique* L et duo rec.

LXXIX. — 10-11. *adv. cog. potuit* L. — 11. *æcum* T. — 15. *prælie* Non. FDδ. Oud. sine var. — 16. *Thubs.* T constanter. — *Verg.* hinc nostri præter LDδ. — 17. *magno præes*. V. — 21. *ductus* U pr. V. — 22. *Thapsitanos* Dδ et alii rec., et infra.

confestim Cæsarem per superiora loca consecutus millia passuum viii a Thapso binis castris consedit.

LXXX. Erat stagnum salinarum, inter quod et mare angustiae quaedam non amplius mille et d passus intererant; quas Scipio intrare et Thapsitanis auxilium ferre conabatur. Quod 5 futurum Cæsarem non fefellerat. Namque pridie in eo loco castello munito ibique in \*\* præsidio relicto, ipse cum reliquis copiis lunatis castris Thapsum operibus circummunivit. Scipio interim exclusus ab incepto itinere, supra stagnum postero die et nocte confecto, cælo albente non longe a castris 10 præsidioque, quod supra commemoravi, m passibus ad mare versus consedit et castra munire cœpit. Quod postquam Cæsari nuntiatum est, milite ab opere deducto, castris præsidio Asprenate proconsule cum legionibus duabus relicto, ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit, classisque 15 parte ad Thapsum relicta, reliquas naves jubet post hostium tergum quam maxime ad litus appelli signumque suum observare, quo signo dato, subito clamore facto, ex improvise hostibus aversis incuterent terrorem, ut perturbati ac perterriti respicere post terga cogereantur.

20

2. ab Th. L.

LXXX. — 3-4. *angustiae quaedam* om. Petav. — 4. ∞ UF, cō TV, cc L. — et om. L. — 7. *muniti* TV. — *in præsidio* TUF, Scal.; *tercio* V, *cohortibus tribus* L, *inde* D, sed expunctum; *magno* δ et alii rec.; *trino* vett. edd.; «*legionum* supplevit Nipperdeius, quod nimium videtur. L *cohortibus*, quod parum; fort. numerus corruptus. vel satis est *præsidio relicto*.» Kraner.; *tertia parte* Em. Hoffmannus. — 9. *super* L. — 11. cō *passibus* TLV;

∞ Θ *passibus* UF, mD D et edd. vett.; *m et v δ*. mvc Leid. 2; *mc* Oud. sine varietate ex suis. Numeri mD prævalere videtur auctoritas. — 12. *consedit* om. V, *contendit* Pet. et Busl. ap. Fabr. — 13. *milite* . . . *deducto* UF, D pr., Petav., Norvic., Reg. Lond.; *milites* . . . *deductos* TLδ. D corr. et plures Oud., *milites ab opere de castris* V. — *præsidio* om. L. qui *Asprenate*. — 14. *legione* II T, *leg.* II L. — 19. *adversis* nostri omnes. «quattuor» Oud. — *tergū* L.

LXXXI. Quo postquam Cæsar pervenit et animadvertit aciem pro vallo Scipionis [contra elephantos dextro sinistroque cornu collocatis] et nihilo minus partem militum castra non ignaviter munire, ipse acie triplici collocata, legione x xiiiique dextro  
 5 cornu, xiv et ix sinistro oppositis, v legione in quarta acie ad ipsa cornua quinque cohortibus contra bestias collocatis, sagittariis, funditoribus in utrisque cornibus dispositis levique armatura inter equites interjecta, ipse pedibus circum milites concursans virtutesque veteranorum præliaque superiora com-  
 10 memorans blandique appellans animos eorum excitabat. Tirones autem, qui numquam in acie dimicassent, hortabatur ut veteranorum virtutem æmularentur eorumque famam, locum, nomen victoria parta cuperent possidere.

LXXXII. Itaque in circumeundo exercitu animadvertit hostes circa vallum trepidare atque ultro citroque pavidos concurrere et modo se intra portas recipere, modo inconstan-

LXXXI. — 2-3. *elephantos... collocatis* TUFV; *elephantosque (-toque Cuj.)... collocatos* Cuj., Scal., Pet.; *elephantis... sinistroque collocatis* L, additis inter versus *contra* et *cornu*: Dδ *collocatam*, Busl. *collocatum*. Quæ Nipperdeius, accurate de hac pugna agens p. 220 seqq., esse delenda censet, «a magistro ascripta inferioribus ad ipsa cornua quinque cohortibus contra bestias collocatis», ut ea vel explicaret vel immutaret, deinde ex margine in alienum locum translata. » Advertenda autem in hoc altero loco, l. 6, literula *a* in TLV, nonnunquam vocabulorum de margine petitorum index, quod post Frigellium exemplis aliis ostendere poteramus. — 3. *nihil minus* nostri præter D corr., δ. —

*militum contra* Scal. et nostri omnes; *contra se* D corr., δ et alii rec. — 4. *tripliciter* D corr., δ et alii rec. — *legione x (decima VD) secundaque* codd.; *x xiiiique* Nipperdeius. — 5. *xiiii et xviii (ix U)* codd.; *xiiii et xviii* Nipp. — 6. *(quinque FV) legiones* codd. antiqui; *v legionibus* Dδ, Oud. sine var.; *v legione* Nipp. — 5-6. *acie. At ipsa* UF. — 6. *a quinque* TLV. — 10. *excitabat* VD. — 11-12. *hortatur vet.* V (sine *ut*). — 12-13. *famam, nomen locorumque* Dδ, ultimum ille in ras. angustiore. — 13. *victoriam partam* Petav., nostri præter F. — *cupiant* V.

LXXXII. — 14. *exercitum* LVD. — 15. *contra vall.* nostri præter D corr., δ. et rec. Oud.

ter immoderateque prodire. Cum idem a pluribus animadver-  
 tæptum esset, subito legati evocatique obsecrare Cæsarem, ne  
 dubitaret signum dare: «victoriam sibi propriam a diis im-  
 mortalibus portendi.» Dubitante Cæsare atque eorum studio  
 cupiditæque resistente, sibi que eruptione pugnari non placere 5  
 clamitante et etiam atque etiam aciem sustentante, subito  
 dextro cornu injussu Cæsaris tubicen a militibus coactus canere  
 cæpit. Quo facto ab universis cohortibus signa in hostem cæ-  
 pere inferri, cum centuriones pectore adverso resisterent vique  
 continerent milites, ne injussu imperatoris concurrerent, nec 10  
 quicquam proficerent.

LXXXIII. Quod postquam Cæsar intellexit incitatis militum  
 animis resisti nullo modo posse, signo Felicitatis dato, equo  
 admissio in hostem contra principes ire contendit. A dextro in-  
 terim cornu funditores sagittarii que concita tela in elephantos 15  
 frequentes injiciunt. Quo facto bestiae stridore fundarum lapi-  
 dumque perterritæ sese convertere et suos post se frequentes  
 stipatosque proterere et in portas valli semifactas ruere conten-  
 dunt. Item Mauri equites, qui in eodem cornu cum elephantis  
 erant, præsidio deserti principes fugiunt. Ita celeriter bestiis 20  
 circumitis, legiones vallo hostium sunt potitæ, et paucis acri-

1. *Cum id.* L. — 3. *dis* TUF. — 4. *Du-  
 bitanti* (-ndi a pr.) Cæsare T, *Dubitanti  
 Cæsari* L (sed *resistente*); *Dubitans Cæsar*  
 V et mox *resistens*. — 5. *sibi* L. — 6. *cla-  
 mitat et etiam* TLV, *clamat ante etiam* U;  
*et om.* F, D pr., Pet. — *sustentantem* TL.  
 — 7. *tubicina mil.* TLUV, *tubicena* F, sine  
 a Dδ et alii rec. — 10-11. *nequicq.* Uδ.

LXXXIII. — 14-15. *contendit a dextro.*  
*Interim* TL. — 16. *frequentem* TLV, Scal.

— 16-17. *lapidumque* unus nostrorum L,  
*lapidum ceteri* et Petav., *saxorum plum-  
 bique* δ, Busl. — 17. *convertère* U. — 18.  
*ire cont.* L. — 19. *Idem* TLD. — *cum* ante  
*elephantis* nullus nostrorum (quod neces-  
 sarium esse Krauerus ostendit), ut falso  
 Oud. in solo Dorv. abesse referat. — 20.  
*principesque* D corr., δ et alii rec. — *cele-  
 riter præsidii* D. — 21. *circumitis* Scal.,  
 Petav., *circumitis nostri*.

ter repugnantibus interfectisque, reliqui concitati in castra, unde pridie erant egressi, confugiunt.

LXXXIV. Non videtur esse prætermittendum de virtute militis veterani v legionis. Nam cum in sinistro cornu elephans  
 5 vulnere ictus et dolore concitatus in lixam inermem impetum fecisset eumque sub pedem subditum, dein genu innixus pondere suo proboscide erecta vibrantique stridore maximo premeret atque enecaret, miles hic non potuit pati, quin se armatus bestiae offerret. Quem postquam elephans ad se telo infesto  
 10 venire animadvertit, relicto cadavere, militem proboscide circumdat atque in sublime extollit armatum. Qui in ejusmodi periculo cum constanter agendum sibi videret, gladio proboscidem, qua erat circumdatus, cædere quantum viribus poterat non destitit. Quo dolore adductus elephans, milite abjecto.  
 15 maximo cum stridore cursuque conversus ad reliquas bestias se recepit.

LXXXV. Interim Thapso qui erant præsidio ex oppido eruptionem porta maritima faciunt et, sive ut suis subsidio occurrerent, sive ut oppido deserto fuga salutem sibi parerent.  
 20 egrediuntur atque ita per mare umbilici fine ingressi terram

1. *interfectis* nullus. — 2. *progressi* L. LXXXIV. — 3. *prætereundum* L. — 4. in om. Petav. et nostri præter D corr., δ. — 5. *elephas* D, et sic Petav. infra bis. — 6. *subd. sub ped.* L; *pede* unus δ. — 7. *promusc.* Petav., D pr., *promosc.* corr., Scal. corr., δ. Item infra. — 8-9. *armatum* unus δ. — 11. *armatum* unus L, quod præferendum; ceteri et rec. ap. Oud. *extollit. Armatus.* — *Armatus* quid

V. — 12. *cum* om. nostri omnes (ap. Oud. «Leidd.» modo) præter δ. In V *cui* ante *videret* positum, idemque *agendum* *esset.* — 13. *quo* codd., *qua* Morus. — 14. *desistit* D. — 15. *reliquas copias* D pr. — 16. *se convertit* T pr.

LXXXV. — 17. *Thapso* hic T. non *b*; *Tapsi* V. — 18. *et* om. L. — 18-19. *suis succurrerent* L. — 19. *parent* T. Scal.: *pararent* UFV. *parent* LDδ.



petebant. Qui a servitiis puerisque, qui in castris erant, lapidibus pilisque prohibiti terram attingere, rursus se in oppidum receperunt. Interim Scipionis copiis prostratis passimque toto campo fugientibus, confestim Cæsaris legiones consequi spatiumque se non dare colligendi. Qui postquam ad ea castra. 5 quæ petebant, perfugerunt, ut relictis castris rursus sese defenderent, ducemque aliquem requirerent, quem respicerent, cujus auctoritate imperioque rem gererent, [qui] postquam animadverterunt neminem ibi esse præsidio, protinus armis abjectis in regia castra fugere contendunt. Quo postquam per- 10 venerunt, ea quoque ab Julianis teneri vident. Desperata salute, in quodam colle consistunt atque armis demissis salutationem more militari faciunt. Quibus miseris ea res parvo fuit præsidio. Namque milites veterani ira et dolore incensi non modo, ut parcerent hosti, non poterant adduci, sed etiam 15 ex suo exercitu illustres urbanos, quos auctores appellabant, complures aut vulnerarunt aut interfecerunt; in quo numero fuit Tullius Rufus quæstorius, qui pilo trajectus consulto a milite interiit: item Pompeius Rufus brachium gladio percussus.

1. *petebant*, a qua *serv.* V. — 2. *in opp.* se T unus. — 3. *recipiunt* L. — 3-4. *copias prostratas passimque in campo fugientes Cæs.* V. — 5. *non* T inter versus; *se colligendi non dare* V. — 6. *petebant* L. — *relictis* codd., *relicti* Dæhmus. — *se* L (sed *erasis litt.* duabus tribusve) Dδ. — 7. *ducem* unus δ. *requirunt* nullus. — 8. *imperio auctoritateque* L. — 8-9. *qui* delendum esse observavit Onden-dorpius. *præsidio* etiam Nipperdeus, sed hoc argumentis inetur Vielhaberus, qui disjecta quæ videntur membra periodi sic ordinat: *ducemque aliquem requirerent, quem respicerent; postquam animadverte-*

*runt præsidio [suo pulso Julianos castra tenere,] neminem esse cujus auctoritate imperioque rem gererent, protinus...* — 9 *ibi* om. Vindob. 2. — 10. *contenderunt* L. — 11. *quoque ipsi* δ. Voss. Clarkii et alii rec. — *Julianis* L. — 12. *dimissis* codd., *missis* (ut videtur) L in marg. ead. m., *admissis* δ. — 12-13. *solute conctionem* D. — 13. *Qui* T ead. m. correctus. — *miseris* Pet. et nostri præter δ. — 14. Sic nostri consensu, non *præsidio fuit*. — 15. *sed aut* L. — 16. *illustres viros quos urbanos appellant* L; *actores* δ. Busl. et alii rec. — 17. *vulneraverunt* L. — 18. *fuit* om. V. — *Tullius* V. *Tullius* D. — 19. *interim* P. TL.

nisi celeriter ad Cæsarem accucurrisset. interfectus esset. Quo facto complures equites Romani senatoresque perterriti ex prælio se receperunt, ne a militibus. qui ex tanta victoria licentiam sibi assumpsissent immoderate peccandi impunitatis propter maximas res gestas spe, ipsi quoque interficerentur. Itaque ii omnes Scipionis milites. cum fidem Cæsaris implorarent, inspectante ipso Cæsare et a militibus deprecante. uti eis parcerent, ad unum sunt interfecti.

LXXXVI. Cæsar trinis castris potitus occisisque hostium  
 10 L millibus fugatisque compluribus, se recepit L militibus amis-  
 sis. paucis sauciis, in castra, ac statim ex itinere ante oppidum  
 Thapsum constitit, elephantosque LXIV ornatos armatosque [cum  
 turribus ornamentisque capit] captos ante oppidum instructos  
 15 obsidebantur rei male gestæ suorum indicio a pertinacia de-  
 duci. Deinde ipse Virgilium appellavit invitavitque ad deditio-  
 nem suamque lenitatem et clementiam commemoravit. Quem  
 postquam animadvertit responsum sibi non dare, ab oppido  
 discessit. Postero die divina re facta, concione advocata, in  
 20 conspectu oppidanorum milites collaudat, totumque exercitum

1. *accurr.* L. *occurr.* D. — 3. *ne mil.* nostri omnes. «duo» Ond. — 3-4. *et maxima* D. — 4. *licentia* TF. — *impunitatis spe* Petav., Norvic. — 5. *gestas ab ipsis* codd.; *gestas spe, ipsi* Oudendorpius. — 6. *Ita* D. — 7. *T. primi* V, II F. *hi* D, om. L δ. — 7. *implorassent* V. — 8. *uti eis* nostri. *eis uti* nescio unde vulgo.

LXXXVI. — 10. 1 TL. 1 vel *decem milibus* ceteri. Quod vitiosum esse cognoscitur Plutarchi testimonio. c. 53 : Ἡμέρας δὲ μιᾶς μέρει μικρῶ τριῶν σίρα-

τοπέδων ἐγκραλῆς γεγονῶς καὶ πεντακισμυρίους τῶν πολεμίων ἀνηρηκῶς οὐδὲ πενήνηκοντα τῶν ἰδίων ἀλέβαλεν. — 11. *estatum* TL. *statim* V. sine *ac.* — 12. LXIII codd. præter unum H. ex quo enotatum LXXX. — 12-13. *cum turribus ornamentisque* præcedentium explicationem esse intellexit Kranerus. jam olim *capit* ejectum a Glandorpio. nec legitur in D. — 14. *Verg.* codd. præter LDδ. — 16. *ipsam* L. — *incitaritque* L. — 17. *suam* L.

veteranum donavit, præmia fortissimo cuique ac bene merenti pro suggestu tribuit. ac statim inde digressus Rebilo proconsule cum in legionibus ad Thapsum et Cn. Domitio cum duabus Thisdræ, ubi Considius præerat, ad obsidendum relictis. M. Messala Uticam ante præmisso cum equitatu, ipse eodem 5 iter facere contendit.

LXXXVII. Equites interim Scipionis, qui ex prælio fugerant, cum Uticam versus iter facerent, perveniunt ad oppidum Paradæ. Ubi cum ab incolis non reciperentur, ideo quod fama de victoria Cæsaris præcucurrisset, vi oppido potiti in medio 10 foro lignis coacervatis omnibusque rebus eorum congestis, ignem subjiciunt atque ejus oppidi incolas cujusque generis ætatisque vivos constrictosque in flammam conjiciunt, atque ita acerbissimo afficiunt supplicio; deinde profinus Uticam perveniunt. Superiore tempore M. Cato, quod in Uticensibus propter 15 beneficium legis Juliæ parum suis partibus præsidii esse existimaverat, plebem inermem oppido ejecerat et ante portam bellicam castris fossaque parvula duntaxat muniverat, ibique custodiis circumdatis habitare coegerat; senatum autem oppidi custodia tenebat. Eorum castra hi equites adorti expugnare cœ- 20 perunt, ideo quod eos Cæsaris partibus favisse sciebant, ut eis

1. *veteranorum* Dδ et alii rec. — *donavit præmiis* V, D corr., δ; *præmia ac unus* Ursini, non U. — *ab bene* L. — 2. *Rebilo nostri*. *Rebillo* D. — 3. *cum III ad* codd. antiqui, *cum III cohortibus ad* L, c. *III legionibus ad* Dδ. Vulgo *c. III ad Thapsum legionibus*, quod post numeri notam, non ante excidisse jam aliquoties deprehendimus.

LXXXVII. — 8. *perreuerunt* V, item

l. 14-15, et c. 88. — 8-9. *Parade* vel *Paradie* codd., *Paradam* nullus. — 9. *cum uoculis* T pr. — 10. *præcurr.* LDδ. — 15-16. *quod Utic. . . parum in suis* codd., *quod in Utic. . . parum suis* Faernus et Lipsius. — 16-17. *existimarat* D. — 18. *castris* om. Cuj. — *fossisque* TL, Scal.; *fossa* Cuj. — *munierat* LDδ. — 20. *.I. vel .L equites* codd.; *ii* P. Manutius, *hi* Nipperdeius. — *adhorti* TUFV.

interfectis eorum pernicie dolorem suum ulciscerentur. Uticenses animo addito ex Caesaris victoria lapidibus fustibusque equites repulerunt. Itaque posteaquam castra non potuerant potiri, Uticam se in oppidum coniecerunt atque ibi multos Uticenses interfecerunt, domosque eorum expugnauerunt ac diripuerunt. Quibus cum Cato persuadere nulla ratione quiret, ut secum oppidum defenderent et caede rapinisque desisterent, et quid sibi vellent sciret, sedandæ eorum importunitatis gratia singulis c. divisit. Idem Sulla Faustus fecit ac de sua pecunia largitus est, unaque cum iis ab Utica proficiscitur atque in regnum ire intendit.

LXXXVIII. Complures interim ex fuga Uticam perveniunt. Quos omnes Cato convocatos una cum trecentis, qui pecuniam Scipioni ad bellum faciendum contulerant, hortatur, ut servitia manumitterent oppidumque defenderent. Quorum cum partem adsentire, partem animum mentemque perterritam atque in fugam destinatam habere intellexisset, amplius de ea re agere destitit navesque iis attribuit, ut in quas quisque partes vellet proficisceretur. Ipse omnibus rebus diligentissime constitutis, liberis suis Lucio Cæsari, qui tum ei pro quæstore fuerat, commendatis, et sine suspicione, vultu atque sermone, quo superiore tempore usus fuerat, cum dormitum isset, ferrum intro clam in cubiculum tulit atque ita se trajecit. Qui cum anima

3. *repp.* TU. — *castris* D corr. — 4. *capere* (pro *potiri*) Busl. — 6. *ratione* *posset* L. *potuisset* V. — 7. *rapinaque* D. — 9. *c. sestertia* Petav. Sed erant sestertii. — 10. *his* VD. *eis* L. — 11. *regnum* *Juba* L. — *contendit* unus δ.

LXXXVIII. — 14. *hortatus* TLV. — *servitia* L. inter versus. — 16. *adsent.*

TUF. reliqui *assent.* — 17. *fuga* F. — 18. *navesque* Petav. et nostri præter D corr. δ. — *is* T. *his* VD. *hiis* L. — 18-19. *in quascunque partes vellet proficisceretur* Dδ et alii rec. — 20. *tum ibi* D corr. δ. Leid. 2. — 23. *intulit* L. — *dum* codd. cum Aldus. — 23 et 1 p. 347. *animam n. expiratam* FDδ.

nondum expirata concidisset, et impetu facto in cubiculum ex suspicione medicus familiaresque continere atque vulnus obligare cœpissent, ipse suis manibus vulnus crudelissime divellit atque animo præsentī se interemit. Quem Uticenses, quamquam oderant partium gratia, tamen propter ejus singularem integritatem et quod dissimillimus reliquorum ducum fuerat, quodque Uticam mirificis operibus munierat turresque auxerat, sepultura afficiunt. Quo interfecto, L. Cæsar aliquid sibi ex ea re auxilii ratus, convocato populo, concione habita cohortatur omnes, ut portæ aperirentur: “se in C. Cæsarī clementia magnam spem habere.” Itaque portis patefactis, Utica egressus, Cæsarī imperatori obviam proficiscitur. Messala, ut erat imperatum, Uticam pervenit omnibusque portis custodias ponit.

LXXXIV. Cæsar interim ab Thapso progressus Ussetam pervenit, ubi Scipio magnum frumenti numerum, armorum, telorum ceterarumque rerum cum parvo præsidio habuerat. Id adveniēns potitur; deinde Adrumetum pervenit. Quo cum sine mora introisset, armis, frumento pecuniaque considerata, Q. Ligario, C. Considio filio, qui tum ibi fuerant, vitam concessit. Deinde eodem die Adrumeto egressus, Livineio Regulo

1. et om. nostri et “plerique” Oud. — ex suspiratione Busl. — 3. *divellit* nostri, Petav., duo rec. Oud.; *div.* unus L., qui *div. vuln.* (a sec. transpositum) *crud.* — 4. *interimit* V. — 8. *ut aliquid* Dδ. — 9. *auxiliaret* TL., *auxiliaretur* Vδ., Scal.; *auxilii raret* UF, unde fort. *auxilii pararet* Scaliger ut “ex veteri Ursini codice;” *auxilium pararet* D., Leid. 2; *sibi ea* vel *hæc res auxiliaretur* δ et alii rec.; *aliquid sibi auxilii ex ea re ratus conc.* Petav.; unde Oudendorpius *auxilii ratus.* — *conc.*

*facta* L. — *cohortatus* nostri præter Dδ — 13. *omnibusque portis* D.

LXXXIX. — 14. *a Th.* Tδ, *de D.* — *Usetam* L., *Usetum* Busl., *Uzetam* Petav., *ut Zetam* δ: hæc et *Uscetam* codices Oud., *Lusseram* D. — 18-19. *considerat.* ΛQ. *Lig.* T. *considerat.* Ac Q. *Lig.* L., item V., sed A. Hæc ut edita sunt præbent UF. Cuj. et Petav. — 19. *Ligurio* U pr. — *Considii* et *fuerat* unus δ. — 20. *dic* om. L. — *Hunello* (pro *Livineio*) Dδ et alii rec.

cum legione ibi relicto, Uticam ire contendit. Cui in itinere  
 fit obvius L. Cæsar et subito se ad genua projecit vitamque sibi  
 neque amplius quicquam deprecatur. Cui Cæsar facile et pro  
 natura sua et pro instituto concessit, item Cæcinæ, Ceteio,  
 5 P. Atrio, L. Cellæ patri et filio, M. Eppio, M. Aquino, Catonis  
 filio Damasippique liberis ex sua consuetudine tribuit, circiter-  
 que luminibus accensis Uticam pervenit atque extra oppidum  
 ea nocte mansit.

XC. Postero die mane in oppidum introiit, concioneque ad-  
 10 vocata Uticenses incolas cohortatus, gratias pro eorum erga  
 se studio agit, cives autem Romanos negotiatores et eos, qui  
 inter ccc pecunias contulerant Varo et Scipioni, multis verbis  
 accusatos, et de eorum sceleribus longiore habita oratione, ad  
 extremum, ut sine metu prodirent, edicit: "se eis duntaxat  
 15 vitam concessurum; bona quidem eorum se venditurum, ita  
 tamen, qui eorum ipse sua bona redemisset, se bonorum ven-  
 ditionem inducturum et pecuniam multæ nomine relaturum,  
 ut incolumitatem retinere posset." Quibus metu exsanguibus  
 de vitæ ex suo promerito desperantibus subito oblata salute

1. cum . . . leg. D. tribus fere ductibus  
 erasis. — 2. ienna proicit T. proicit etiam  
 ceteri præter LDδ, præmisso ejus V. —  
 h. et iust. (sine pro) TDδ. et V. qui con-  
 stit. — Cæteio U. Cæteis F. Cet. reliqui;  
 C. Ateio Ciaconius. — 5. Patrio codd.,  
 patri D corr., δ; "Petreio, Patricio, P.  
 Atrio mss. rec." Oud.; Catricio Busl. —  
 Celle codd. — Oppio Petav., Eppio D.  
 Apio "al." ap. Oud. — M. om. TL. —  
 Aquinio Dδ et alii rec. — 6. Damasippi  
 qui TLV. — 6-7. circumque luminibus,  
 Cuj.; circiterque noctem lum. Dδ et alii

rec. — 8. nocte om. V. ut eu sit pro ad-  
 verbio.

XC. — 10. cohortatur L. — 11. egit  
 TLV. — negot. om. L. — 13. scel. eor.  
 V. — 14. si eis TV. — 16. ut qui D corr.,  
 δ et alii rec. — ipsa sua codd., ipse Clar-  
 kius, quod ex Busl. affert Fabric. — 16-  
 17. vendit. bonor. L. — 17. indicturum D  
 corr., δ et alii rec. — 18. exsanguibus  
 TV. — 19. vita quoque L. — ex corrector  
 D expungit. — merito soli nostrorum Lδ.  
 ap. Oud. "plerique." — oblatam salu-  
 tem L.

libentes cupidique conditionem acceperunt, petieruntque a Cæsare, ut universis ccc uno nomine pecuniam imperaret. Itaque bis millies sestertio his imposito, ut per triennium sex pensionibus populo Romano solverent, nullo eorum recusante, ac se eo die demum natos prædicantes, læti gratias agunt Cæsari.

XCI. Rex interim Juba, ut ex prælio fugerat, una cum Petreio interdiu in villis latitando, tandem nocturnis itineribus confectis, in regnum pervenit atque ad oppidum Zamam, ubi ipse domicilium, conjuges liberosque habebat, quo ex cuncto regno omnem pecuniam carissimasque res comportaverat, quodque inito bello operibus maximis muniverat, accedit. Quem antea oppidani, rumore exoptato de Cæsaris victoria audito, ob has causas oppido prohibuerunt, quod bello contra populum Romanum suscepto in oppido Zamæ lignis congestis maximam in medio foro pyram construxerat, ut, si forte bello foret superatus, omnibus rebus eo coacervatis, dein civibus cunctis interfectis eodemque projectis igne subjecto, tum demum se ipse insuper interficeret, atque una cum liberis, conjugibus, civibus cunctaque gaza regia cremaretur. Postquam Juba ante portas diu multumque primo minis pro imperio egisset cum

1. *cupidi libentesque* L. — 2. *uno* om. L. — *imperasset* U. — 3. *bis milies* codd. præter TL, Scal., qui sine *bis*, T *miliens*. L *milia*, Busl. *mille*, sine *bis*, quod ex sequente *his* nasci potuisse observat Krænerus. — *sestertium* codd., *sestertiis* δ et duo rec. — *is* T, *iis* UF, *his* ceteri. — *impositum est* V; *impositis* D corr. δ et duo rec. — 5. *eodem die* codd., *eo* Stephanns.

XCI. — 7-8. *una cum Petr.* om. F, sed

cum nota vitii. — 9. *ad* (non *atque*) om. L; *ad oppidumque* Busl. (sine *atque*). — 11-12. *quod inito* L, *quoque inito* TV. — 12. *munierat* LDδ, ante *operibus* positum in L. — 14. *bella* T pr. — 14-15. *contra rem* .p. D. — 15. *Z. a. me.* T. — *conjectis* L. — 17. *coarcervatis* T pr. — *dehinc* unus δ. — 18. *subjectis* F pr. — 18-19. *ipse se* TL. — 19. *conjugibus, liberis* D. — 21. *primum* L.

Zamensibus, dein, cum se parum proficere intellexisset, precibus orasset, uti se ad suos deos penates admitterent, ubi eos perstare in sententia animadvertit, nec minis nec precibus suis moveri, quo magis se reciperent, tertio petit ab eis, ut sibi  
 5 conjuges liberosque redderent, ut secum eos asportaret. Postquam sibi nihil omnino oppidanos responsi reddere animadvertit, nulla re ab his impetrata, ab Zama discedit atque ad villam suam se cum M. Petreio paucisque equitibus confert.

XCII. Zamenses interim legatos de his rebus ad Cæsarem  
 10 Uticam mittunt, petuntque ab eo, uti, antequam rex manum colligeret seseque oppugnaret, sibi auxilium mitteret: se tamen paratos esse sibi, quoad vita suppeteret, oppidum seque ei reservare. Legatos collaudatos Cæsar domum jubet antecedere ac suum adventum prænuntiare. Ipse postero die Utica  
 15 egressus cum equitatu in regnum ire contendit. Interim in itinere ex regiis copiis duces complures ad Cæsarem veniunt orantque, ut sibi ignoscat. Quibus supplicibus venia data, Zamam pervenit. Rumore interim perlato de ejus lenitate elementiaque, propemodum omnes regni equites Zamam perve-  
 20 niunt ad Cæsarem, ab eoque sunt metu periculoque liberati.

XCIII. Dum hæc utrobique geruntur, Considius, qui This-

1. *deinde* LDδ. — *se* om. L. — 1-2. *precibusque* δ, *nullus quoque*. — 2. *deos* L inter versus. — *penatis* U, *penatis* V pr. — 3. *persistere* L. — 4. *tertium* D pr. — 5. *asport.* V. — 6. *responsum* Petav. et nostri omnes præter δ, qui *respondi* (sic). — 7. *re* om. UF. — *descendit* UF. — 8. *suam se* V, *suam* ceteri. — *cum* Petr. T, et *in* arrasum; *M.* om. LV. —

*equitibus confert* TUFV, D pr., Petav.: *equitibus* (hoc inter versus) *iter confecit* L; *eq. se confert* D corr., δ et rec.

XCII. — 9. *de his r. leg.* L. — 12. *oppidumque se ei* TU, D pr., non F; *se oppidumque* L. — 14. *pronuntiare* TL. — *Uticam* TL. — 16. *regis* UF, Pet. — 18. *perveniant* codd.; *pervenit* Jurinius. — 18-19. *clementia lenitateque* L. — 19. *Zama* F.



dræ cum familia sua, gladiatoria manu, Gætulisque præerat, cognita cæde suorum Domitiique et legionum adventu perterritus, desperata salute, oppidum deserit seque clam cum paucis barbaris pecunia onustus subducit atque in regnum fugere contendit. Quem Gætuli, sui comites, in itinere prædæ cupidi 5 concidunt seque in quascumque potuere partes conferunt. C. interim Virgilius, postquam terra marique clausus, se nihil proficere intellexit suosque interfectos aut fugatos, Marcum Catonem Uticæ sibi ipsum manus attulisse, regem vagum ab suisque desertum ab omnibus aspernari, Saburram ejusque 10 copias ab Sittio esse deletas, Uticæ Cæsarem sine mora receptum, de tanto exercitu reliquias esse nullas, [quæ] sibi suisque liberis a Caninio proconsule, qui eum obsidebat, fide accepta, seque et sua omnia et oppidum proconsuli tradit.

XCIV. Rex interim ab omnibus civitatibus exclusus, despe- 15 rata salute, cum laute cœnatus esset cum Petreio, ut cum virtute interfecti esse viderentur, ferro inter se depugnant, atque firmior imbecilliolem Juba Petreium facile [ferro] consumpsit. Deinde ipse sibi cum conaretur gladio trajicere pectus neque

XCIII. — 1. *præerat* in V ante *glad.* positum. — 4. *onust. pec.* L. — 5. *comites* (*commilites* V) *itin.* (sine *in*) TLV. — 6. *in quas quique pot.* Busl., quod valde notandum. — *potuerunt* L. — 7. *Cum interim* Dδ, *Cæsar int.* V. — 8. *aut interf.* aut D corr., δ, Dorv. — 9. *sibi ipsi* Lδ. — *manuum intulisse* L. *int.* etiam δ. — 12. *nullas* om. Scal. — *qui sibi* D a sec., δ; *ipse sibi* L; *que* excludendum esse monuit Nipperdeins. — 12-13. *prodesse* post *sibi* vel *liberis* addunt D corr., δ et alii rec., atque hoc vel *essent* etiam in

Petav. legi videtur, qui *liberis tutandis* præbeat. — 13. *ac Caninio* (*Caunio* V) UVV, hic *proconsul*, ceteri *procons.* — *qui tum* TUVV, L a pr., *eum* corr. — *excepta* Scal., Petav. et nostri præter Lδ.

XCIV. — 16. *cum jam conatus* codd.; *cœnatus* olim Gruterus et alii; *laute* Vielhaberus (nam «*magnifice epulatus est.*» ut Florus scribit), frequentissima in his libris confusio litterarum *i* et *l*. — 16-17. *per virtutem* unus δ. — 18. *ferro* om. UF. — 19. *Dein cum ipse sibi cum conar.* L, et V sine altero *cum*. — *neq.* unus δ.

posset, precibus a servo suo impetravit, ut se interficeret [id-  
que obtinuit].

XCIV. P. Sittius interim, pulso exercitu Saburræ, præfecti  
Jubæ, ipsoque interfecto, cum iter cum paucis per Maurita-  
5 niam ad Cæsarem faceret, forte incidit in Faustum Afranium-  
que, qui eam manum habebant quæ Uticam diripuerat, iter-  
que in Hispaniam intendebant et erant numero circiter mille.  
Itaque celeriter nocturno tempore insidiis dispositis, cum prima  
lucē adortus præter paucos equites, qui ex primo agmine fuge-  
10 rant, reliquos aut interficit aut in deditionem accipit. Afra-  
nium et Faustum cum conjugē et liberis vivos capit. Paucis  
post diebus dissensione in exercitu orta, Faustus et Afranius  
interficiuntur; Pompeiæ cum Fausti liberis Cæsar incolumi-  
tatem suaque omnia concessit.

15 XCVI. Scipio interim cum Damasippo et Torquato et Plæ-  
torio Rustiano navibus longis diu multumque jactati, cum Hi-  
spaniam peterent, ad Hipponem regium deferuntur: ubi classis  
P. Sittii ad id tempus erat. A qua pauciora ab amplioribus

1-2. Extrema verba recte proscrispit Oudendorpius, quorum absurditas speci-  
men præbet malesanæ licentiæ, qua hos  
libros passim interpolant Iudimagistri.

XCV. — 3. *item interpulso* U, D pr.,  
*interpulso* F (cum nota vitii) TLV, *interim*  
*pulso* δ et «alii» ap. Oud., *interim* om.  
Scal., Pet. — 6. *qui ea* T. — *qua Uticam di-*  
*ripuerant* codd.; *quæ Ut. diripuerat* Morus.  
Quæ sequuntur, *iterque in H. intendebant*,  
om. TL. — 7. *circiter cō* TV, *M L.* Scal.,  
∞ Θ UF. *MD* Dδ et recentes Oud. —  
8. *cum prima* TLV, *eos prima* ceteri. —

9. *ex proximo* F (cum nota vitii) U, qui  
ead. m. in marg. «vel primo.» — 10. *in-*  
*terfecit* nostri præter TDδ; *interficat* Oud.,  
qui perfectum ex «tribus» modo affert.  
in quibus L. — *accepit* nostri omnes  
præter L: *accipit* ex suis Oud. præter  
«duos.» — 11. *conjugibus* D corr., δ et  
alii rec. — 13. *liberi* TV. — 14. *omnia*  
om. F.

XCVI. — 16. *Rusciano* UF. — 17. *ad*  
(ab Scal.) *Hippone* TUV, Scal., *Ippone*  
FL. — 18. *ad id* UFD, Petav. Leid. 2:  
*id* (sine præpos.) TLVδ.

circumventa navigia deprimuntur. ibique Scipio cum iis quos paulo ante nominavi interiit.

XCVII. Cæsar interim, Zamæ auctione regia facta bonisque eorum venditis, qui cives Romani contra populum Romanum arma tulerant, præmiisque Zamensibus, qui de rege exclu- 5 dendo consilium ceperant, tributis vectigalibusque regiis erogatis ex regnoque provincia facta atque ibi Sallustio pro consule cum imperio relicto, ipse Zama egressus Uticam se recepit. Ibi bonis venditis eorum qui sub Juba Petreioque ordines duxerant. Thapsitanis HS xx, conventui eorum HS xxx. itemque 10 Adrumetinis HS xxx, conventui eorum HS L multæ nomine imponit; civitates bonaque eorum ab omni injuria rapinisque defendit. Leptitanos, quorum superioribus annis bona Juba diripuerat, et ad senatum questi per legatos atque arbitris a senatu datis sua receperant, xxx centenis millibus pondo olei 15

1. *cum quos* Petav. et nostri præter V. qui *cum illis quas* (sic), vetl. edd. *cum iis quos*. Falso ex L refertur *cum quibus*: nitidissimum ibi *quos*. — 2. *paulo* om. TL.

XCVII. — 5. *præmiis* L. — 6. *tributisque vectigalibusque* L; *vectigalibus* D. — 6-7. *regiis togatis* TUFV, D pr., Petav., Cujac., in quo adscriptum: «al. *donatis*»; Scal., D corr., δ et alii rec. *irrogatis*, L *erogatis*. — 7. *Salust.* LV; Q. *Sall.* UF, Petav.; *Crispo* S. D in ras. trium litt. — *p̄r.* T, p. r. V, i. e. *populi Romani*, ut edd. primæ; in V spatium vacuum inter p. r. et *consul sub* (sic) *imp.* — 8. *Zame* LV. — 9. *ordinem* Pet. — 9-10. *duxerant, itemque* codd. antiquiores consensu; *itemque* om. δ. Reg. Lond., Voss. Clarkii et ed. princ. nec est hujus loci. quare inferius, ante *Adrumetinis*, posuit Nipper-

deius; nisi lacunam hic habemus, quod statuit Clarkius et Oudendorp. — 10. *Thaps.* L. — *Sestertia* (sic δ) quater codices nostri et aliorum litteris *Sh* indicant. *shij* V, numeralibus notis numeros sic legendos: *vicesies*, *tricesies*, *quingagesies*. — *xx* UF, *xxx* TLVDδ. Petav., ita ut *xxx* potius quam *xx* Thapsitanis impositum fuerit. — *conventiti* L, et mox iterum. — *itemque* addidit Nipp., in *Adr.* D. — 11. *Adrumetinis* TUFV, Petav. — *eorum* om. TLV. — 14-15. *arbitros a senatu datos* codd. præter δ et Dorv., qui *arbitris ab sen. datis*, et Cujac. *arbitrio a sen. dato*. L *a sen.* inter versus. — 15. *militibus* TV. — *ponderis* nostri præter δ, qui *ponderibus*, ut pars codd. Oud.; in T a pr. erat *ponderum*; Glandorpius *pondo*, ut postulat usus. — *oleum* L.

in annos singulos multat, ideo quod initio per dissensionem principum societatem cum Juba inierant eumque armis, militibus, pecunia juverant. Thisdritanos propter humilitatem civitatis certo numero frumenti multat.

5    XCVIII. His rebus gestis, idibus Juniis Uticæ classem conscendit et post diem tertium Caralis in Sardiniam pervenit. Ibi Sulcitanos, quod Nasidium ejusque classem receperant copiisque juverant, HS c multat et pro decumis octavas pendere jubet, bonaque paucorum vendit et ante diem iv kal. Quintil.  
10 naves conscendit et a Caralibus secundum terram provectus duodetricesimo die, ideo quod tempestatibus in portibus cohibebatur, ad urbem Romam venit.

1. anno TUFV. — *id quod* L. — 2. *principium* V pr. — 3. *Thysdr.* UV, ceteri *Thisdr.*

XCVIII. — 5. *Juniis* UFV, ceteri *Jun.* — 6. *ac post* LV. — *a Caralis* (sive potius *Acaralis*, ut urbis nomen ex l. 10 fictum) UF, Petav., Norv.; in F ultima syll. compendio. Est accusativus. D corr. et  $\delta$  *Calarim*, sed infra *a Calaribus*. — 7.

*susceperant* L. — 8.  $\widetilde{Sh}$  codd. — *decumis* nostri præter LD $\delta$ ; «*decimis* mss.» Oud. — 9. *diem iii* nostri præter  $\delta$ , qui *iii*, ut recentes nonnulli Oud., et V, qui depravate *diem quintum naves*. — 11. *duodetricesimo* F, *duodetricesimo* T. — *diei* (*die* L) *de eo* codd. antiquiores; *diei quod* V. *die ideo* D corr. (*ad* ut videtur a pr.).  $\delta$ . «*duo*» Oud. — *portibus* D. pars Oud.

# BELLUM HISPANIENSE.



l. [Pharnace superato, Africa recepta.] qui ex his præliis cum adolescente Cn. Pompeio profugissent, \*\*\* cum et ulterioris Hispaniæ potitus esset, dum Cæsar muneribus dandis in Italia detinetur\*\*\*. Quo facilius præsidia contra compararet Pompeius in fidem uniuscujusque civitatis confugere cœpit. Ita partim 5 precibus, partim vi, bene magna comparata manu provinciam vastare. Quibus in rebus nonnullæ civitates sua sponte auxilia mittebant, item nonnullæ portas contra cludebant. Ex quibus si qua oppida vi ceperat, cum aliquis ex ea civitate optime [de Cn. Pompeio] meritus civis esset, propter pecuniæ magni- 10

l. — 1. *Pharnace rege* V. unus L. *Scipione* (ornatissima pictura), quod «ad connexionem rerum aptius.» Oud. Quorum narrationem habes ap. Dionem Cass. XLIII. 29 seqq. Libro ἀνεξάλω ab indocto homine inepta hæc *Pharnace superato, Africa recepta*, assuta fuisse censeo. quemadmodum ille *Fabius* initio truncato Belli Civilis. — *receptam* T. — *cum multi* (pro *qui*) *ex* margo Petav. — 2. *adulescente* F. *adulescentes* T. *adulescentules* V. — Lacunam post *profugissent* indicandam esse putavi, quod Krænerum quoque fecisse video, hæc ita scripta fuisse conjiciens: . . . *profugis-*

*sent.* [in Hispaniam se contulerant:] *cum adolescens Cn. Pompeius [eodem fugisset] et ulterioris Hisp.* etc. — 4. *detineretur* L. Post hanc vocem lacunam manifestam plures notarunt. — *comparararet* U pr. . *contra pararet* L et tres rec., quod recepit Schneiderus. Post hoc verbum distinguunt TLD. — 5. *civ.* om. V. — *Itaque* V. — 6. *pene magna* D corr., δ et multi rec. — 7. *vastare cepit* D corr., δ et multi rec. — 8. *claudebant* VD et rec. — 9. *oppida .iii. cep.* TV. — *cum aliis* TUFVD. c. *alias* Petav. — *ex ea* om. V. — *optime* T. — 18. *de C. Cæsare* correxit Oud., inepta verba secluserit Nipperdeius.

tudinem aliqua ei inferebatur causa, ut eo de medio sublato ex ejus pecunia latronum largitio fieret. Ita † pacis commoda hoste hortato majores augebantur copiae. Hoc crebrius nuntiis in Italiam missis civitates contrariae Pompeio auxilia sibi de-  
5 postulabant.

II. Cæsar dictator tertio, consul designatus quarto, multis † iterante diebus conjectis cum celeri festinatione \* ad \* bel-

1. *alia qua ei* UF, D pr. — *eodem odio* T pr. — *subluta* nostri veteres (etiam D pr.), præter L. — 2. *ex eo pec.* TUF. — *pecuniam* V. — *larg. latr.* L. — *paucis* T. u expuncto; *pacis* D. u illato; *paucis* etiam in Cuj. et Scal. esse videtur; *pacis* nostri præter δ. In optimis quoque codd. Belli Gall. inter *pac.* et *pauc.* aliquoties variari vidimus. — *commodo* Pet., *commodis* D corr., δ. — *hortato hoste* Voss. Clarkii. Vulgo male *paucis commodis hoste hortato*, nam de *hoste* hic sermo esse non potest: *haud* (quod etiam Morus) *paucis commodo oblato* conj. Kranerus. Hariolabar: *Ita partitis sive uactis* (latronibus illis) *commoda*, horum tanto majores augebantur copiae; poterat certe ex *hortato* a librariis qui non intelligerent fingi *hoste* et *hortato*. — *cogebantur* Davisius. Sed in aliis quoque ἐλλήνιζει hic scriptor, quare Cujacius suo codici adscripsit: «Liber corruptissimus et ex græca lingua translatus, ut videtur. — *Ob hoc* Petav. — *crebris* codd., *crebrius* correxit Nipperdeius.

II. — 6. *Gaius Cæs.* L., *G. Cæs.* δ. ceteri nostri *C. Cæs.*, præter V pr., D. — *dictator tertio designatus dictator quarto* vel III<sup>o</sup> codd. præter UF, qui verba *tercio* (sic) *designatus dictator* infra exhibent post vocem *conjectis*, quomodo Pe-

tav. quoque, ut videtur, quem omittere *tertio design.* annotatum ap. Fabr.: hoc loco tres illi *dictator III<sup>o</sup> multis*. In D alterum *dictator* inter versus. Oudendorpius *dictator tertio, designatus consul quarto*, quod præbet Vindob. 2; *consul des.* Nipperdeius. — *multis* om. L. — 7. *item* aute D corr., δ et multi rec.; *multis item ante confectis* Schneiderus. ~ *item* scilicet præter hoc quod confecerat ut consul designaretur. ~ Male vulgo *multis itineribus ante confectis*. His verbis disjectis, mancis et depravatis, narratum fuisse puto de ante missis in Hispaniam contra Pompeium navibus copiisque, eadem fere quæ apud Dionem XLIII. 28, ita leguntur: Κάν τούτω ἐμάνθανε μὲν πάντα καθ' ἕκαστον ὧν ὁ Πομπηῖος ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ ἐποίει· οὐ μέντοι καὶ δυσνίκητον αὐτὸν εἶναι νομίζων, πρότερον μὲν τὸ ναυτικὸν ἐκ τῆς Σαρδοῦς ἐπ' αὐτὸν ἀπέστειλεν, ὑστέρον δὲ καὶ τὰ στρατεύματα τὰ ἐκ καταλόγου ἐπεμψεν, ὡς καὶ δι' ἐτέρων διαπολεμῶσιν. Ἐπεὶ δὲ ἤσθετο ἐκείνόν τε ἐπὶ μέγα προχωροῦντα καὶ τοὺς πεμφθέντας οὐχ ἱκανοὺς ἀντιπολεμεῖν αὐτῷ ὄντας, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ἐξεστράτευσε, τὴν πόλιν τῶ Λεπίδῳ καὶ πολιανόμοις τισὶν . . . ἐπιτρέψας. — *confectis* nullus nostrorum. — *cum ceteris festinationem* antiquiores

lum conficiendum in Hispaniam cum venisset, legatique Cordubenses, qui a Cn. Pompeio discessissent, Cæsari obviam venissent, a quibus nuntiabatur nocturno tempore oppidum Cordubam capi posse, quod necopinantibus adversariis ejus provinciæ potitus esset, simulque quod tabellariis, qui a Cn. 5 Pompeio dispositi omnibus locis essent, qui certiores Cn. Pompeium de Cæsaris adventu facerent \*\*\*\*. Multa præterea verisimilia proponebant. Quibus rebus adductus, quos legatos ante exercitui præfecerat, Q. Pedium et Q. Fabium Maximum de suo adventu facit certiores, utque sibi equitatus, qui ex pro- 10 vincia fuisset, præsidio esset. Ad quos celerius, quam ipsi opinati sunt, appropinquavit, neque, ut ipse voluit, equitatum sibi præsidio habuit.

### III. Erat idem temporis Sex. Pompeius frater, qui cum

consensu. etiam D pr., nisi quod L *festinatione*; ex Petav. unum *celeriter* affertur; cum *celeri festinatione* D corr.,  $\delta$  et multi rec.; conf. c. 38. Quod vel incertis ceteris recipiendum erat. — *ad bellum* Aldus et fortasse pars recentium Oud.; *belli conficiendi* Vindob. 3 et 5. fort. Busl.; *bellum conficiendi* Schneiderus. — 1. *Hispania* D $\delta$  et alii rec. — *convenisset* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — *legati* D corr.,  $\delta$  et multi rec. — 1-2. *Cordubensibus* D. — 2. *discesserant* D corr. et recentes, non  $\delta$ . — *obviam* U pr. — 3. *venissent, nunciaverunt* Petav., omisso *a quibus*. — 4. *nec oppidanis adv.* V. — 5. *simulque tabellariis* (scil. potitus esset) melius scribatur deleto *quod*, sed etiam hoc tolerari potest. — *tabellarii* Scal., D pr.,  $\delta$  et alii rec., quorum pars *capti* addit; *simulque tabellarii capti essent* Petav., Norv. — *qui* om.  $\delta$  et alii recentissimi. quod verum esse

disputat Schneiderus. — 6. *erant* Petav., Norvic., sequente *ut cert.*, pro *qui*. — *quod cert.* Scal. — 7. *facerent* om. V. Deinde lacuna a Nipperdeio notata; nam per anacoluthiam hæc explicari non possunt; sed pauca exciderint. — 8. *præpon.* T pr. — 9. *exercitui ante* L. — 10. *facit* om. L. — *ut quem* TVD. — *equitatum* nostri præter  $\delta$ , qui *equitatus* cum aliis rec.; *cum equitatu* Pet., Norvic. — *qui* om. D, Dorv. — 11. *fuisset* om. L., *fecisset* UH, *isset* F, *fecissent* D et non nominati Oud. — *esset* TLV $\delta$ , Scal., Leid. 2; *essent* Petav., Norvic.; *misissent* UFH, *mitterent* D in ras. et vet. edd. ab Aldo; de suis nihil Oud. Interpolarunt quibus durior videbatur ellipticus sermo militaris. — 12. *atque ut* nullus nostrorum. — *equitatu* L, et *voluit* in marg. — 13. *esset* ante *habuit* delevit T.

III. — 14. *temporis* om. V, *tempus* Scal., D $\delta$ , *codem tempore* Petav.

præsidio Cordubam tenebat, quod ejus provinciæ caput esse existimabatur; ipse autem Cn. Pompeius adolescens Ulliam oppidum oppugnabat et fere jam aliquot mensibus ibi detinebatur. Quo ex oppido, cognito Cæsaris adventu, legati clam  
 5 præsidia Cn. Pompeii Cæsarem cum adissent, petere cœperunt uti sibi primo quoque tempore subsidium mitteret Cæsar: "eam civitatem omni tempore optime de populo Romano meritam esse." Celeriter sex cohortes secunda vigilia jubet proficisci, pari equites numero. Quibus præfecit hominem ejus  
 10 provinciæ notum et non parum scientem, L. Vibium Paciaecum. Qui cum ad Cn. Pompeii præsidia venisset, incidit idem temporis, ut tempestate adversa vehementique vento afflicteretur; quæ vis tempestatis ita obscurabat, ut vix proximum agnoscere possent. Cujus incommodum summam utilitatem  
 15 ipsis præbebat. Ita cum ad eum venerunt, jubet binos equites conscendere, et recta per adversariorum præsidia ad oppidum contendunt. Mediisque eorum præsidiis cum essent\*\*\* unus

2. *Gneius* V. ut solet. — *Ullam* codd. ubique. — 2-3. *expugnabat oppidum* V. — 4. *legati* U inter versus. — 4-5. *clam præter præes*. Cujac., unus Ursini, tres Goduini et multi rec. — 5. *præsidio* Pet., Norv. — *ad ante Cæsarem* expunctum in L. — 7. *cum eam* Scal., *cum ea civitas* Petav. Sequor distinctionem Schneideri. — *de p. r. optime* U, sed signis transposita. — 7-8. *merita esset* Petav.; *meritam esse sciens* D corr., δ et plurimi rec. — 8. *xī* (sine *celeriter*) in uno Ursini; *vi coh. celeriter* L.; *sex s̄ cohortis* T. idemque addito *Pompeius* V. — 10. *L. viuium* U (a pr. *viuie*) F, *viuium* H, *iuuium* T, *iuuium* sive *miuum* L, *uivium* D, *iuuium* V δ, Petav., alii *Juuium* quod edebatur. Verum esse *Vibium* Forchhammerus p. 114 ostendit. — 10-

11. *Patiæcum* T, *Patie* L, *Paciaequum* UF, Pet., *Patiuum* D corr., δ et multi rec. — 11. *Pompeu* F, om. L. — 12-13. *afflictarentur* D nec pauci rec. — 13. *quem vis nostri*, Cuj., Scal., Pet.; *aditusque vis* D corr., δ et alii rec.; *quæ vis* D pr., Vindob. 2. Paris. 5768, *qua* Dorv., *aleoque* Busl. — 14. *aduosc.* UF; *vognoscere* D pr., *agnosci* corr., δ et alii rec. — *posset* codd., *possent* Nipperdeius. — 15. *Ita* om. V. — *eum locum* nullus nostrorum. — *equos* Nipperdeius, *equum* Heinsius. Quod dici posse *binos equites conscendere*, per græci moris prolepsin, annotavit Schneiderus. equite peditem in equum suum recipiente. unde *equites biui*. — 16. *per hostium præes*. Petav. — 17. *contenderunt* Scal., *contendit* V. — *Mediis* L. — *cum quæreretur qui*



ex nostris respondit, ut sileat verbum facere : "nam id temporis conari ad murum accedere, ut oppidum capiant;" et partim tempestate impediti vigiles non poterant diligentiam præstare, partim illo responso deterrebantur. Cum ad portam appropinquassent, signo dato ab oppidanis sunt recepti, et pedites [equites clamore facto] dispositi partim ibi remanserunt, equites clamore facto eruptionem in adversariorum castra fecerunt. Sic in illo facto, cum inscientibus accidisset, existimabant prope magna pars hominum, qui in his castris fuissent, se prope captos esse.

10

IV. Hoc misso ad Uliam præsidio Cæsar, ut Pompeium ab ea oppugnatione deduceret, ad Cordubam contendit, exque itinere

*essent* D corr.,  $\delta$  et alii rec. Sed excidisse quædam apertum est, nisi *respondit* cum Schneidero interpretari velis : effatus est., dixit, qui confert c. 22 *legatorum responsu*, pro : dicta. — 1. *ut sibi liceat* correxit antiqua m. sec. in F, atque ita Pet., Norv. : *sileant* D $\delta$  et alii rec. Sed vigilum ei qui primus obviam factus erat hoc dictum est. Hujusmodi autem abundantia exempla non rara in sermone vulgari et quotidiano. — 3. *partem* T. — 4. *illum* T pr. L. — *responsum* TLUF, *responsu* V. — 5-7. *et* (erasum in D, om.  $\delta$  et alii rec.) *pedites equites* (*equitesque* L) *clamore facto dispositis* (*dispositi* L) *partim ibi remanserunt* (*ibi partim remansere* Scal.) *equites clamore facto* (tria verba om. Scal., D $\delta$ ) *erupt*. TLUF, Scal., D pr. V qui *dispositis*. . . *facto* in ima pagina ead. m. supplet, eadem omissa nec suppleta in H, et in Cuj., qui ante *erupt*. habente; *et qui ibi remanserunt equites clamore facto erupt*. Petav., ceteris omissis; *qui ante remanserunt* D corr. et pauci rec. Buslid. in

nostro exemplo Fabr. : *recepti nocte, sed dispositis partibus oppidani et pedites et equites clamore facto erupt*. Verba repetita *equites clamore facto* priore loco secludit Nipperdeius, altero Schneiderus, media scribens *dispositis partim ibi, qui remanserunt*. — 7. *erupt*. U pr. — 8. *castris* nostri consensu præter  $\delta$  et recentium copiam ap. Schneid.; nihil ex suis Oud. et Fabr. — *in* om. L., Cuj., Petav. — *illud factum* D corr.,  $\delta$  et multi rec. — *accidisse* nostri præter  $\delta$ . — 9. *existimant* nostri præter D $\delta$ , qui *existimabant* cum aliis rec.; *existimant*. *Prope*. T. Adverbium recte secludere videtur Krænerus, ex sequentibus huc delatum. Schneiderus comparabat *prope omnes* ap. Horat. II Sat. III, 32, "quod item ut  $\sigma\chi\epsilon\delta\acute{o}\nu$ . dum minuere videtur, auget." — 10. *fuisset* TUV. — *esse existimarent* L, *captum esse existimavit* Petav.

IV. — 12. *ex itin.* D pr., quo inter versus posito: *ex quo ordine itinere* (vel *-eris*)  $\delta$ .

loricatos viros fortes cum equitatu ante præmisit; qui simul in conspectum oppidi se dederunt, equis recipiuntur. Hoc a Cordubensibus nequaquam poterat animum adverti. Appropinquantibus ex oppido bene magna multitudo ad equitatum concidendum cum exissent, loricati, ut supra scripsimus, 5 ex equis descenderunt et magnum prælium fecerunt, sic uti ex infinita hominum multitudine pauci in oppidum se reciperent. Hoc timore adductus Sex. Pompeius litteras fratri misit ut celeriter sibi subsidio veniret, ne prius Cæsar Cordubam ca- 10 peret, quam ipse illo venisset. Itaque facit : Ullia prope capta litteris fratris excitus cum copiis ad Cordubam iter facere cœpit.

V. Cæsar, cum ad flumen Bætum venisset neque propter altitudinem fluminis transire posset, lapidibus corbes plenos demisit : ita insuper ponte facto copias [ad castra] tripartito 15 transduxit. Tendebat adversum oppidum e regione † ponit trabes, ut supra scripsimus, bipartito. Huc cum Pompeius cum

1. *fortis* T pr., UF. — 2. *oppidi sederunt* TV δ et alii rec., var. in D; *oppidi cum equis*, omissis *se dederunt* L. — *cum equis* antiquiores consensu, etiam Busl.; *non rec.* δ et alii rec.; *equis* Oudendorpius, id est : in equos. — 3-4. *Adpr.* UFV. — 5. *exissent* T. — 7-8. *se in opp.* rec. U; *receperunt* D pr. — 10. *illo ipse* D. — *Ita* Pet. — *facit ut Ullia* TLVD, Scal., *ut delevit* Nipperdeius, in *et* mutabat Weissenborn. *Itaque GN. Pompeius Ullia* UFδ et recentes Oud. præter Dorv. — 11. *ad* om. U pr., V.

V. — 12. *Betum* codd. — 13. *altitudinis* L. — *ire* TLV. — *potuisset* V. — 14. *dimisit* codd., præter V. — *ad castra* seclusit Kranerus; nam trajecturus Cæsar nondum habebat castra. — *tripert.* TUFV. compen-

dio in litera p. — 16. *transduxit* nostri, non *trad.* — *Tendebat* codd., *Tendebat* Stephanus et Glandorp. — *adversum* nostri, non *adversus*. — *e regione ponit trabes* nostri consensu præter δ, qui *pontis*, quod nulla indicata varietate legitur ap. Oud. et ceteros. Hæc ad *insuper ponte facto* pertinere sensit Kranerus, sed series vel glossematis vel alio modo turbata. Male Clarkius *castra* pro *trabes*. — *bipertito* codd. compendio; *tripertito* habet V et ex uno «Thuaneco» (non T) affertur; quod tam dubio loco recipiendum non erat. Marg. U : *quare*. Tota periodus *Tendebat . . . bip.* abest a codd. Petav., Norv. et Reg. Lond. — 16. *Hoc* TUF, D pr. — *cum* (alterum) om. nostri præter Lδ.

suis copiis venisset, ex adverso pari ratione castra ponit. Cæsar, ut eum ab oppido commeatuque excluderet, brachium ad pontem ducere cœpit. Pari idem conditione Pompeius. Hic inter duces duos fit contentio, uter prius pontem occuparet; ex qua contentione quotidiana minuta prælia fiebant, ut modo hi. 5 nonnumquam illi superiores discederent. Quæ res cum ad majorem contentionem venisset, ab utrisque comminus pugna inita: dum cupidius locum student tenere, propter pontem coangustabantur fluminis ripas appropinquantes, coangustati præcipitabantur. Hic alternis non solum morti mortem exaggerabant. 10 sed tumulos tumulis exæquabant. Ita diebus compluribus cupiebat Cæsar, si qua conditione posset, adversarios in æquum locum deducere et primo quoque tempore de bello decernere.

VI. Id cum animadverteret adversarios minime velle, quo eos, quomodo ab Ulia retraxerat, in æquum deduceret, copiis 15 flumine traductis noctu jubet ignes fieri magnos: ita, firmissi-

1. *copiis suis* L. — 3. *Pari dem* T, *dein* L., *denique* δ. om. V, Busl. — *Pompeius facit* D corr., δ. — *Hic* om. δ. — 7. *pugna iniqua* codd., *p. fiebat iniqua* Petav., *p. inita* Voss. Clarkii, Buslid., quod verum, pro *inica* acceptum, quomodo adjectivum cap. 24 scriptum, et alibi sæpe. — 8-9. *coagulabant* codd., *coangustabant* Leid. 2., *coangustabantur* D, Dorv. — 9. *ripæ* Scal. — *ac prop.* sive *ac prop.* TLUFV, Scal., Pet.; *et prop.* D corr., δ et alii rec. — 10. *alterius* TLUFV, *alteri alterius* vel *alteris* recentes; *alternis* Scal., Pet. — *mortem morti* unus D; *mortibus mortes* Busl. *exagerab.* T. — 11. *pluribus* T pr., L. — 13. *de* om. Scal. — 13. *decertare* U pr., ead. m. correctus.

VI. — 14-15. *quos qm̄* (sic TLUFV) sive *quoniam* codd.; *quo eos, quomodo* Nipperdeius, quod rarius quidem, sed nonnumquam eodem illo compendio *qm̄* scribebatur. — 15. *a via* vel *avia* codd., *a villa* δ, *ab Ulia* Ciaconius. — *ut in* codd. præter L et Dorv., qui *ut* omittunt et Nipperdeius delevit, quamquam in hoc scriptore *quos, quomodo ab Ulia retraxerat, ut in æquum deduceret*, ferri posse vel debere nemini erit dubium. — 16. *flumen* nullus nostrorum. — *itaque* L. — 16 et 1, p. 362. *firmissimo ejus præsidio ad teguam* V. In proxime sequentibus intactam reliqui scripturam optimorum codicum, nondum probabiliter correctam.

mum ejus praesidium. Ateguam proficiscitur. Id cum Pompeius  
 ex perfugis rescisset qua † die facultatem et angustias carra  
 complura multos lanistos retraxit et ad Cordubam se recepit.  
 Caesar munitionibus Ateguam oppugnare et brachia circum-  
 5 ducere coepit. Qui [de] Pompeio cum nuntius esset allatus, eo  
 die proficiscitur. Cujus in adventum praesidii causa Caesar cum  
 complura castella occupasset, partim ubi equitatus partim  
 ubi pedestris copia in statione et in excubitu castris praesidio  
 esse possent, hic in adventu Pompeii incidit ut matutino tem-  
 10 pore nebula esset crassissima. Ita illa obscuratione cum ali-  
 quot cohortibus et equitum turmis circumcludunt Caesaris  
 equites et concidunt, sic ut vix in ea caede pauci effugerent.

2. *rescisset*, per viarum difficultem Nor-  
 vic., ejusmodi aliquid scriptum fuisse  
 videtur et excidisse verbum velut *elapsus*.  
 D corr., δ et haud dubie recentes Oud. :  
*ea die per viarum angust.* Schneiderus  
 lacunam notavit post *facultatem*, Em.  
 Hoffmannus post *angustias*. Nipperdeius  
 tentabat : *naetus per convallem et angu-*  
*stias.* — *ca(rra)* D in ras. — 3. *multosque*  
 UFVDδ et non nominati Oud. — *lanistos*  
 TFD pr., *lanystos* U, in marg. *lan* ead.  
 m., *lanistros* V, *lanistas* L, Scal., D corr.,  
 δ et plures Oud.; *multosque lixas* Lipsius  
 (quod ceteris verisimilius), *multasque ba-*  
*listas* Scaliger, *mulos onustos* Nipperdeius,  
*mulosque canistris onustos* Em. Hoffmannus.  
 — *retraxit* T. — 4. *munitionibus an-*  
*tequam* codd. antiquiores; *Ateguam* Aldus;  
*munitiones antiquas* D corr., δ, Dorv. —  
*oppugnaret br.* UFLV, Petav., sed T *oppu-*  
*gna*, deinde rasura quattuor vel quinque  
 litt., suprascripto *ret* ead. m. — 4-5. *re-*  
*ducere* L. — 5. *Cui cum de Pomp. nunt.*  
 TL; *Cui de Pomp. cum nunt.* UFVD, Pe-  
 tav., δ et alii rec., quare dedi *Qui Pom-*

*picio cum* potius quam *Qui cum Pomp.*,  
 ut Nipperdeius, cujus emendatio est *Qui* :  
 quo in *Cui* depravato, librarii *de* inse-  
 rebant. Edebatur *Cujus rei Pompeio cum*  
 post Stephanum. — *nuntiatum esset* (ul-  
 timis expunctis ead. m. *nuntius* corre-  
 ctum) *allatus esset* L; *nuntiatum* error jam  
 in T. — 5-6. *eo die* om. L; *codem* Busl.  
 — 6. *Cujus adventu* L, *in adventu* Dδ. —  
*Caesar* om. F. — 6-7. *cum plura* Lδ.  
 Scal., Petav., *complura* ceteri, cui *cum* ad-  
 didit Nipperdeius. — 7. *occupavit* nul-  
 lus nostrorum. — 7-8 *partim ubi equita-*  
*tus, partim ubi pedestris copia* L pr. (a  
 sec. *copiae*). Scal., Ciacc., Voss, Clarkii.  
 Norv., Reg. Lond., Petav., sed hic *pede-*  
*stres copiae*. Ceterorum T *partim sub equi-*  
*tatus*, UVDδ *sub equitatu*, et F correctus.  
*subsequitatu* a pr.; *pedestris copias* TUFV.  
*pedestres copiae* D corr., δ. — 8. *stationes*  
*in* TL (hic om. *in*) UFV, sine *et*, quod  
 Schneiderus delendum judicavit; *stationes*  
*et etc.* Dδ. — 9. *hinc* L. — *in adventu Cesa-*  
*ris incidit Pompeio* D corr., δ et alii rec. —  
 10. *in illa* nullus nostrorum, nec *Itaque*.

VII. Insequenti nocte castra sua incendit Pompeius et trans flumen Salsum per convalles castra inter duo oppida Ateguam et Ucubim in monte constituit. Cæsar, [in] munitionibus ceterisque, quæ ad \* oppugnandum \* oppidum opus fuerunt, \* perfectis \*, aggerem vineasque agere instituit. Hæc loca sunt 5 montuosa et natura edita ad rem militarem; quæ planitie dividuntur, Salso flumine, proxime tamen Ateguam ut flumen sit, circiter passuum duo millia. Ex ea regione oppidi in montibus castra habuit posita Pompeius in conspectu utrorumque oppidorum, neque suis ausus est subsidio venire. Aquilas et 10 signa habuit xiii legionum. Sed ex quibus aliquid firmamenti se existimabat habere, duæ fuerunt vernaculæ, quæ a Trebonio transfugerant; una facta ex coloniis, quæ fuerunt in his regionibus; quarta fuit Afraniana ex Africa, quam secum adduxerat. Reliquæ ex fugitivis [auxiliares] consistebant. Nam 15 de levi armatura et equitatu longe et virtute et numero nostri erant superiores.

### VIII. Accidebat hoc, ut longius bellum duceret Pompeius.

VII. — 1. *castra sua* om. L. — *Pompeiusque trans* δ. — 2. *Ategua* V. — 3. *Ucubi* TUV, *Ucumbi* Dδ, male accepto *bi*, ut F. — *Ante constituit* in L *pos* expunctum — 3-4. *in munitionibus ceterisque quæ* codd., ubi *in* (om. Norv.) sequentis *m*, que sequentis *quæ* dittographiam iudicat Nipperdeius, alterum sine necessitate, sed verbum velut *perfectis* vel *directis* excidisse recte coniecit. Vox *oppugnandum* jam olim suppleta in Busl. Kranerus *ad oppugnandum*, sine *oppidum*. — 5. *agger, vineasque* bis in T. — 6. *planitie* TU. Deinde fort. *et Salso*. De eadem re multo pluribus dictum in seq. capite. — 7. *proxima* δ.

*proximo* alii rec. — *Ategu*. TV. — 8. *passus* TUFV, *pass.* L. — 11. *triginta legionum* V; *legionis* δ et alii rec. — 12. *se* om. L. — *a* om. D, qui *Trebonio* in ras. — 13. *colonis* VDδ, sed *quæ*, Dorv. *qui*. — 14. *Afrania* L. — 15. *auxiliares* et re et constructione incommodum seclisit Kranerus, de margine siquidem illatum, fort. ex cap. 30, ubi in copiis Pompeii plus decem millia *auxiliarium* memorantur. — 16. *Ante numero* in L *animo* expunctum.

VIII. — 18. *Accedebat* codd., correxit Nipperdeius. — *hoc* TLUFD pr., Pet.; *huc* Vδ, Oud. sine var. — *bellum long.* L.

quod loca sunt edita et ad castrorum munitiones non parum idonea. Nam fere totius ulterioris Hispaniæ regio propter terræ fecunditatem † inopem difficilemque habet oppugnationem et non minus copiosam aquationem. Hic etiam propter  
 5 barbarorum crebras excursions omnia loca, quæ sunt ab oppidis remota, turribus et munitionibus retinentur; sicut in Africa, rudere, non tegulis teguntur: simulque in his habent speculas et propter altitudinem longe lateque prospiciunt. Item oppidorum magna pars ejus provinciæ montibus fere mu-  
 10 nita et natura excellentibus locis est constituta, ut simul aditus ascensusque habeat difficiles. Ita ab oppugnationibus natura loci distinentur, ut civitates Hispaniæ non facile ab hoste capiantur. Id quod in hoc contigit bello. Nam cum inter Ateguam et Ucubim, quæ oppida supra sunt scripta, Pompeius ha-  
 15 buit castra constituta in conspectu duorum oppidorum, ab suis castris circiter millia passuum iv grumus est excellens natura, qui appellatur castra Postumiana: ibi præsidii causa castellum Cæsar habuit constitutum.

### IX. Quod Pompeius quod eodem jugo tegebatur loci na-

1. *edita* U, *dedita* V. — 3. *infecunditatem* Busl., distincte indicatum in nostro exemplo Fabric. Sequentia inepta, turbata aut manca, ita constituit Nipperdeius: . . . *propter terræ fecunditatem et non minus copiosam aquationem longam* (codd. *inopem*) *difficilemque habet oppugnationem; nam «terre fecunditate et copiosa aquatione efficiebatur ut obsessi neque fame neque siti facile ad deditionem compellerentur.»* — 4. *non* D inter versus; *non nimis* conj. Lipsius; *non minus* OB *cop.* Kranerus. — *equitationem* V. — *Hic autem* L. — 5. *quæ* L inter versus. —

5-6. *ad oppidis* T, *ab oppidi* V. — 8. *specula* TUFV; *speculas* L et sequens *et* inter versus. — *late longeque* UF. — *respiciunt* L. — 9. *Idem* T, *Id est* V. — *in mont.* L. — 12. *destinentur* LV, *detinentur* Dδ. Inter voces *natura loci* duæ litt. erasæ in T. — 12-13. *et cir. . . . capiuntur* δ, Dorv. — 13. *Id* om. UF; *Idque* in Norv. — 14-15. *Pompeius ut habuit* TUFV, Petav.; *Pomp. habuisset* V, *habuit Pomp.* L. — 16. *castris mille passus* V sine *circiter*. In L *pass̄ a III* vel *ani* pro *III*, deinde *est* a sec. III. illatum. — 18. *Cæs. cast.* L.

IX. — 19. *qui eod.* D corr. . δ et alii

tura, et remotum erat a castris Cæsaris, animadvertibat loci difficultate, et quia flumine Salso intercludebatur, non esse commissurum Cæsarem, ut in tanta loci difficultate ad subsidium mittendum se committeret: ista fretus opinione tertia vigilia profectus castellum oppugnare cœpit. Cum appropinquassent, clamore repentino telorumque multitudine jactus facere cœperunt, uti magnam partem hominum vulneribus afficerent. Quo peracto cum ex castello repugnare cœpissent, majoribusque castris Cæsari nuntius esset allatus, cum in legionibus est profectus, ut laborantibus succurreret nostris; et cum ad eos appropinquasset, fuga perterriti multi sunt interfecti, complures capti, in quibus duo \*centuriones\*; multi præterea armis exuti fugerunt, quorum scuta sunt relata LXXX.

X. Insequenti luce Arguetius ex Italia cum equitatu venit. Is signa Saguntinorum retulit quinque, quæ ab oppidanis 15

rec. Alterum quod est pro quia, contorta quidem, sed recta structura. — 1. remotus erat D corr., δ, Leid. 2. Est castellum modo dictum, quam vocem addidit Em. Hoffmannus, ut conferendum sit initium c. 20. — Cæs. castr. L. Cæsaris om. F. — 2. difficultatem codd., correxit Em. Hoffmannus. — Salsoue T. — 3. permissurum Pet. — diff. loci idem. — 3-4. ab subsidium TUF, hujus corrector ad. — committendum se mitteret codd., submittendum unus Ursini; se mitteret committendum δ; mittendum se committeret Nipperdeius; ad subsidium veniret Pet., Norv. — 4. ita codd., ista Aldus. — 5-6. capit, ut laborantibus succurreret. Nostris cum adprop., codd. Sed verba ut . . . Nostris non esse hujus loci ostendit Nipperdeius p. 232 et inserenda esse infra l. 11. ubi sequuntur eadem verba: Cum

ad eos appropinquasset. De margine hac non suo loco fuisse reddita, sed simili, manifestum est. — 7. part. magn. Petav. — 8. adfic. TUF. — Quo pacto nostri præter Dδ, Petav. et duos Oud. — castellis Pet. — 9. Cæsaris U, Leid. 2. — tribus V: — 10. prof. est L.; profectus et cum codd.; supra l. 5 posita inseruit Nipperd., Nostris verso in nostris. — 12. quam plures V. — in quibus om. Pet., Norv. — duo om. Dδ; post duo in L lacina duarum triumve syllabarum; UF in marg. quare. Oudendorpium recte supplevisse centuriones (quod inverso D scribebatur) docuit H. Schneiderus Diss. inaug. p. 53. — 12. multi (in ras.) milites D.

X. — 14. Vergunteius Busl. ap. Fabr., ibidemque A. Veltius ut Lipsii conjectura: Arquiteius conj. Nipperdeius coll. c. 23. —

cepit. Suo loco præteritum est, quod equites ex Italia cum Asprenate ad Cæsarem venissent. Ea nocte Pompeius castra sua incendit et ad Cordubam versus iter facere cœpit. Rex nomine Iudo, qui cum equitatu suas copias adduxerat, dum  
 5 cupidius agmen adversariorum insequitur, a vernaculis legionariis exceptus est et interfectus.

XI. Postero die equites nostri longius ad Cordubam versus prosecuti sunt eos qui commeatus ad castra Pompeii ex oppido portabant. Ex his capti L cum jumentis ad nostra adducti sunt  
 10 castra. Eodem die Q. Marcius, tribunus militum qui fuisset Pompeii, ad nos transfugit; et noctis tertia vigilia in oppido acerrime pugnatum est, ignemque multum miserunt, sicut omne genus quibus ignis per jactus solitus est mitti. Hoc præterito tempore Gaius Fundanius, eques Romanus, ex castris  
 15 adversariorum ad nos transfugit.

XII. Postero die ex legione vernacula milites sunt capti ab equitibus nostris II, qui dixerunt se servos esse. Cum venirent, cogniti sunt a militibus, qui antea cum Fabio et Pedio fuerant et Trebonio [transfugerant]. Eis ad ignoscendum nulla

1. *præteritus* TUFV, Pal., correxit Davisius; *præterritus* L, *perterritus* ceteri. — 2. *Asprenate* L, et *ad Cæs.* inter versus. — 4. *Vido* L, *Nido* Pet. — 5-6. *legiõn* T, *legionibus* L.

XI. — 8. *sunt* om. D. — *ex opp. ad c. Pomp.* L. — 9. *adducta* T pr. — 10. *Eo* TUFV, Petav.; *Eoque* D. — *dieque* M. U. — 13. *quibus* om. TL, Scal., *genus habentes quibus* D corr.,  $\delta$ . Est antecedentium verborum explicatio, quam seclisit

E. Hoffm. — *mitti, exerceretur* Pet., Norv., ob præcedens *sic ut*. — 15. *confugit* TL.

XII. — 17. *II* T inter versus. — 18. *cum Babio* T, Pet., unus Ursini. *Bauio* V, *Badio* L, *Babibio* UF, *Bobilio* Leid. 2, *Habio* D corr.,  $\delta$ . *Fabio* Glandorpius. — *Podio* L. — 19. *Trebonio* TUFV, D pr., Petav.; *cum Treb.* L, *a Treb.* recentes: sed verbum quod sequitur mala interpolatione ex c. 7 huc translatum et delendum esse, docuit Nipperdeius.



facultas est data, et a militibus nostris interfecti sunt. Idem temporis capti tabellarii, qui a Corduba ad Pompeium missi erant perperamque ad nostra castra pervenerant, præcisibus manibus missi sunt facti. Pari consuetudine vigilia secunda ex oppido ignem multum telorumque multitudinem jactando bene 5 magnum tempus consumpserunt, compluresque vulneribus affecerunt. Præterito noctis tempore eruptionem ad legionem vi fecerunt, cum in opere nostri distenti essent, acriterque pugnare cœperunt; quorum vis repressa a nostris, etsi oppidani superiore loco defendebantur. Hi cum eruptionem facere 10 cœpissent, tamen virtute militum nostrorum, [qui] etsi inferiore loco premebantur, [tamen] repulsi adversarii bene multis vulneribus affecti in oppidum se contulerunt.

XIII. Postero die Pompeius ex castris suis brachium cœpit ad flumen Salsum; et cum nostri equites pauci in statione 15 fuissent a pluribus reperti, de statione sunt dejecti et occisi tres. Eo die Aulus Valgius, senatoris filius, cujus frater in castris Pompeii fuisset, omnibus suis rebus relictis equum conscendit et fugit. Speculator de legione secunda Pompeiana captus a militibus et interfectus est; idemque temporis glans 20 missa est inscripta: ~ quo die ad oppidum capiendum acce-

5. *ignem mult.* L. a sec. inter versus. — 6. *quomplures* V. — 7. *tempore noctis* TL. — *in leg.* nullus nostrorum. — 8. *fecerunt.* Cum L. — *acriter* L. — 9. *a nobis* V. — 10. *defendebant* D corr., δ. — L. sive *I.* nostri et Oud. consensu pro *Hi.* Norv. *li.* Busl. *quingaginta.* — 11. *militum* om. L. — *qui* post Scaligerum secluserunt critici, *tamen* quoque Krænerus post Oberlinum, quod non legitur in

L. Bis idem dici observa a malo scriptore, in quo equidem prius *tamen* deleam, non alterum, et *qui* ferendum esse puto. — 12. *repulsis adversariis* δ. *advers.* om. D.

XIII. — 14. *bracchium* F, *brachium ex suis castris* L.— 15. *Salsum ducere* Pet., Norv.; *facere* addebant vett. edd. — 17. *Tres eo* L. — 20. *est* om. TUFV. — *Per idem temp.* Petav. apud Fabric. — 21. *capiendum* F.

derent, se scutum esse positurum. » Qua spe nonnulli, dum sine periculo murum ascendere et oppido potiri posse se sperant, postero die ad murum opus facere cœperunt et bene magna prioris muri parte dejecta\*\*\*\*. Quo facto ab oppidanis,  
 5 ac si suarum partium essent, conservati\*\*\*\* missos facere loricatoros, qui præsidii causa præpositi oppido a Pompeio essent, orabant. Quibus respondit Cæsar: ~ se conditiones dare, non accipere consuevisse. ~ Ibi cum in oppidum revertissent, relato responso, clamore sublato, omni genere telorum emisso,  
 10 pugnare pro muro toto cœperunt; propter quod fere magna pars hominum, qui in castris nostris essent, non dubitarunt quin eruptionem eo die essent facturi. Ita corona circumdata pugnatum est aliquandiu vehementissime, simulque balista missa a nostris turrem deiecit, qua adversariorum, qui in ea  
 15 turre fuerant, quinque dejecti sunt et puer, qui balistam solitus erat observare.

XIV. Ejus præteriti temporis Pompeius trans flumen Salsum castellum constituit neque a nostris prohibitus falsaque illa opinione gloriatus est, quod prope in nostris partibus lo-

1. *sese* D corr.,  $\delta$  et rec. Oud. — 2-3. *sperabant* F, Pet. — 3. *facere* L inter versus. — 3-4. *pene et muri pars* D corr.,  $\delta$ . — 4. *Eo* Petav. Exciderunt verba quibus narrabatur quomodo illi milites Cæsariani, qui partem muri dejecerant, in potestatem oppidanorum pervenerint. — 5. *conservati* [*missique sunt facti*] scriptum fuisse conjicit Nipperdeius, unde librarius ad sequentia aberraverit. — 6. *quique* nullus nostrorum. — *Pompeiano*  $\delta$ . — 8. *consuesse* D. — *Illi cum* D, Pet., Leid. 2 et major pars, ut videtur. Schneideriano-

rum; *Qui cum*  $\delta$  et non nominati Oud. 10. *magna fere* L. — 13. *aliquandiu* antiqui nostri consensu. — *balista* omnes. — 16. *erat* om. L, sed inter versus *est*.

XIV. — 17. *Eo præterito tempore* D corr.,  $\delta$  et recentes Oud. et Schneideri; *Ejus diei præterito tempore* (ut c. 15. *ejus diei insequenti tempore*) Nipperdeius. Sed vide an non hic quoque hellenismum captaverit auctor. — 18. *falsa* Petav., Norv., melius, et in tanta circa hanc particulam inconstantia codicum tuto poterat recipi. — 19. *illa* om. L.

cum tenuisset. Item insequenti die eadem consuetudine dum longius prosequitur, quo loco equites nostri stationem habuerant, aliquot turmæ cum levi armatura, impetu facto, loco sunt dejecti et propter paucitatem nostrorum equitum simul cum levi armatura inter turmas adversariorum protriti. Hoc 5 in conspectu utrorumque castrorum gerebatur, et majore Pompeiani exultabant gloria, longius quod nostris cedentibus prosequi cœpissent. Qui cum aliquo loco a nostris excepti essent, ut consuessent, ex simili virtute clamore facto aversati sunt prælium facere.

10

XV. Fere apud exercitus hæc est equestris prælii consuetudo : cum eques ad dimicandum [dimisso equo] cum pedite congregitur, nequaquam par habetur. Id quod in hoc accidit prælio. Cum pedites levi armatura lecti ad pugnam equitibus nostris necopinantibus venissent, idque in prælio animadver- 15 sum esset, complures ex equis descenderunt. Ita exiguo tempore eques pedestre [pedes equestre] prælium facere cœpit, usque eo ut cædem proxime a vallo fecerint. In quo prælio

1. *sequenti* L et *dum* post *die*. — 2. *in stationem* L. — 3-4. *sunt dejecti loco* L. 4. *simulque* FLVDδ, Petav. — 5. *advers.* inter versus L. — *pertriti* LD. — 6-7. *Pomp. leticia exultabant* L. — 7. *longius quod* unus nostrorum D, ceteri et Petav. *longiusque* (per errorem, ut videtur, non enotatum ex U. neque modo *simulque*). — 7-8. *persequi* D corr. — 8. *cæperunt* L. *ceperant* Petav. — *cum equo loco* corrigebat Lipsius, sed ironicum sermonem decet vox *aliquo*. — *recepti* codd.; *excepti* Glandorpins. nam illud ne hic quidem auctor scripserit. — 9. *consuessent* deprava-

vatum puto ex *consuerant*; facile librarius aberrabat ob præcedens *essent*, nisi forte *ss* et *r* confudit, ut c. 16 in V scriptum *ad foras* pro *fossas*. — *aversati* Dδ et alii rec.

XV. — 12. *dimisso equo* interpolationem ex sequentibus male acceptis ductam seclisit Nipperdeius; *admisso equo* Weisenbornius. — 13. *quod tum* Busl. — 13-14. *accidit certamine* nullus nostrorum. — 14. *electi* δ, Busl. — 16. *Itaque* L. — 17. *eques pedestres* TV. — *pedes equestre* om. L, absurdum et recte ejectum a Nipperdeio. — 18. *fecerunt* TLD.

adversariorum ceciderunt cxxiii, compluresque armis exuti,  
 multi vulneribus affecti in castra sunt redacti. Nostri cecide-  
 runt iii; saucii xii pedites et equites v. Ejus diei insequenti  
 tempore pristina consuetudine pro muro pugnari cœptum est.  
 5 Cum bene magnam multitudinem telorum ignemque nostris  
 defendentibus injecissent, nefandum crudelissimumque facinus  
 sunt aggressi in conspectuque nostro hospites, qui in oppido  
 erant, jugulare et de muro præcipites mittere cœperunt, sic-  
 uti apud barbaros; quod post hominum memoriam numquam  
 10 est factum.

XVI. Hujus diei extremo tempore a Pompeianis clam [ad]  
 nostros tabellarius est missus, ut ea nocte turres aggeremque  
 incenderent et tertia vigilia eruptionem facerent. Ita igne te-  
 lorumque multitudine jacta cum bene magnam partem tem-  
 15 poris consumpsissent, portam, quæ e regione et in conspectu  
 Pompeii castrorum fuerat, aperuerunt, copiæque totæ eruptio-  
 nem fecerunt secumque extulerunt virgulta, crates ad fossas  
 complendas et harpagones ad casas, quæ stramenticiæ ab  
 nostris hibernorum causa ædificatæ erant, diruendas et incen-  
 20 dendas, præterea argentum, vestimenta, ut, dum nostri in

2. *reducti* L. — 2-3. *ceciderunt* *iiii*<sup>or</sup> D.  
 — 3. *sauciati* V. — *et* om. L. — *equites*  
 r T superposito *r*, quasi *quattuor* voluis-  
 set; *quinque* F. — 4. *pro prist.* L. — 5.  
*telorum* om. L. — 7. *adgr.* UF. — *con-*  
*spectu* T, *que* inter versus. — 8. *cœperunt*  
 post *jugulare* in L.

XVI. — 11. *ad* deletum a criticis ser-  
 vat Schneider. — 14-15. *partem muri*  
 codd., quod certe *vallum* dici debebat;  
*partem temporis* Nipperdeius, litteris *tem-*

semel scriptis corruptum, deinde male  
 correctum. — 16. *erat* L. — 17. *extule-*  
*runt cultates* T pr. (sequente trimi litt.  
 spatium vacuo), corr. *cultatas* cum LV.  
 Scal. et aliis Oud., *culcatas* UF, D pr.,  
 corr. *calcatas*, ut δ et alii rec.; *virgulta*,  
*crates* correxit Nipperdeius, postremum  
 in "plerisque exemplaribus" margini ad-  
 scriptum legi narrat Glandorp. — *ad fo-*  
*ras* V. — 18. *stramenticiæ* T, *stramentis* L,  
*stramine* Scal. — 18-19. *ad nostris* V.

præda detinentur, illi, cæde facta, ad præsidia Pompeii se recipere: nam quod existimabat eos posse conatum efficere, nocte tota ultra ibat flumen Salsum in acie. Quod factum licet necopinantibus nostris esset gestum, tamen virtute freti repulsos multisque vulneribus affectos oppido represserunt, præ- 5 dam armaque eorum sunt potiti vivosque aliquos ceperunt, qui postero die sunt interfecti. Eodemque tempore transfuga nuntiavit ex oppido Junium, qui in cuniculo fuisset, jugulatione oppidanorum facta, clamasse facinus se nefandum et scelus fecisse: « nam eos nihil meruisse, quare tali pœna affi- 10 cerentur, qui eos ad aras et focos suos recepissent, eosque hospitium scelere contaminasse; multa præterea dixisse; qua oratione deterritos amplius jugulationem non fecisse. »

XVII. Ita postero die Tullius legatus cum Catone Lusitano venit et apud Cæsarem verba fecit: « Utinam quidem dii im- 15 mortales fecissent, ut tuus potius miles quam Cn. Pompeii factus essem et hanc virtutis constantiam in tua victoria, non in illius calamitate præstarem. Cujus funestæ laudes quoniam ad hanc fortunam reciderunt, ut cives Romani indigentes præsidii\*\*\*\* et propter patriæ luctuosam perniciem 20

1. *detinerentur* ex nostris L δ; servavit Schneider. — 2. *conatu* nostri consensu, Scal.; *conata* Petav., quæ fortasse rectior emendatio quam *conatum*. — 3. *toto* U. — *factum et* nostri præter D, qui *licet* in ras.; sic δ et alii rec.; *et si* Petav. — 5-6. *præda armisque* antiquus corrector, fort. eadem manus in F, sic Petav., D corr., δ et alii rec. — 6. *cap.* U non raro. — 8. *Lunium* L, *Vinium* Leid. 2. — 11. *quo...* D pr., duabus litt. erasis, et mox *eos* in ras. — 13. *de-*

*territus* TLUF. D pr., *perterritus* V, *deteritum* Petav.

XVII. — 14. *Tullius Cato leg.* L. — *cum C. Antonio* D et Vindob. 2; quod scribendum proposuerat Glandorpheus ob ea quæ sequente cap. narrantur; sed ibi potius *Cato* corrigendum quod legitur *C. Antonius* iudicavit Kranerus — 15. *dii quidem* V. — 19. *in* (pro *ut*) V; *ut* CR. TUVFV δ, *consules* R. D. — 20. Post *præsidii* Nipperdeus lacunam notavit, quam structura monstrat.

« dedimur hostium numero, qui neque in illius prospera acie  
 « primam fortunam, neque in adversa secundam obtinuimus  
 « [victoriam]. Qui legionum tot impetus sustentantes, noctur-  
 « nis diurnisque operibus gladiatorum ictus telorumque missus  
 5 « expectantes, relictos et desertos a Pompeio, tua virtute supe-  
 « rati, salutem a tua clementia deprecamur, petimus, ut qua-  
 « lem \*\*\*\* gentibus me prestiti, similem in civium deditio-  
 « ne præstabo. »

XVIII. Remissis legatis, cum ad portam venissent † Tibe-  
 10 rius Tullius et cum introeuntem C. Antonius insecutus non  
 esset, revertit ad portam et hominem apprehendit. Quod Ti-  
 berius cum fieri animadvertit, simul pugionem eduxit et ma-

1. *prosperè* D, om. δ et alii rec. — 2. *prima* V. — 3. *victoriam* delendum esse vidit Nipperdeius. — 4. *diurnisque temporibus* correxit idem criticus, quod minus necessarium. — 5. *victi et codd.*, quod sequentia non patiuntur; *relictos* Nipperdeius, *rejectos* Kranerus. — 6. *poscimus* U. — 6-7. *petimusque et qualem* UF; *et* (pro *ut*) in D expunctum. — Post *qualem* finis orationis Tullii excidit et initium eorum quæ Cæsar respondit, haud dubie ob vocabula similia. — 7. *qualem gentibus te prestitisti* L; *prestitisti* etiam V; *qualem te* (hoc D in ras. latiore, scil. vocis *me*) *gentibus prestitisti* δ, sed *prestiti* in D relictum. — 8. *præstari* L, *præstes* D corr., δ et alii rec. In Petav., Norvic. et Reg. Lond. hæc ita adornata: *oramusque* (non affertur ex N.) *ut clementiam quam victis gentibus præbuiti, calamitosis civibus tuis non deneges, Cui Cæsar, se non acerbiorum in cives futurum (fugatis N., R. qui hic desinunt) quam in hostes venia dona-*

*tos fuerit, respondit.* Schneiderus servavit hanc vulgatam: *ut, qualem te gentibus prestitisti, similem in civium deditioe præstes. Et qualem, ait, gentibus me prestiti, similem in civium deditioe præstabo.* Quod vel hoc scriptore indignum.

XVIII. — 9. *Remissis itaque* Pet. — 9-10. *Tib.* TLUF, *Tiber.* V, Pet. Post *Tiberius* lacunæ signum posuit Schneiderus. Kranerus post *Tullius*, excidisse *prior intravit* vel ejusmodi aliquid conjiciens. — 10. *et* om. δ, *eum intr.* U, sed *cum* potius est in F; *cum eum* D. — 10-11. *Antonium insecutus (sec. P.) non esset* Pet., Norv.; *non* om. Reg. Lond. *Cato insecutus* scribit Kranerus. — 11. *revertitur* V; *reversus est* D corr., δ et alii rec. — «Post *apprehendit* exciderunt quædam, quibus auxilium venisse Catoni significabatur; quo spectant *quod Tib. cum fieri animadvertit.*» Kraner. Vel sic res manet incerta et obscura; quare nihil teligimus. — 12. *semel* nostri præter Dδ, qui *simul*, quod

num ejus incidit. Ita refugerunt ad Cæsarem. Eodemque tempore signifer de legione prima transfugit et nuntiavit, ~ quo die equestre prælium factum esset, suo signo perisse homines xxxv, neque licere castris Cn. Pompeii nuntiare neque dicere perisse quemquam. ~ Servus, cujus dominus in Cæsaris 5 castris fuisset (uxorem et filios in oppido reliquerat), dominum jugulavit et ita clam a Cæsaris præsiidiis in Pompeii castra discessit et indicium glande scriptum misit, per quod certior fieret Cæsar, quæ in oppido ad defendendum compararentur. Ita litteris acceptis, cum in oppidum revertisset, qui 10 mittere glandem inscriptam solebat\*\*\*\*. Insequenti tempore duo Lusitani fratres transfugæ nuntiarunt, quam Pompeius concionem habuisset: ~ quoniam oppido subsidio non posset venire, noctu ex adversariorum conspectu se deducerent ad mare versum; ~ unum respondisse, ~ ut potius ad dimicandum 15 descenderent, quam signum fugæ ostenderent; ~ eum, qui ita locutus esset, jugulatum. Eodem tempore tabellarii ejus deprehensi, qui ad oppidum veniebant; quorum litteras Cæsar oppidanis abjecit et qui vitam sibi peteret jussit turrem ligneam

de suis præter L testatur Ond.; *sinu* Petav., Norv. — *eduxit man.* TL, *eduxisset m.* UV, *eduxisse* (*eduxit* corrector antiquus) *et m.* F. — 1. *refugit* Morus. — *Eodem* LV. — 2. *legione secunda* L pr. — *et non timuit* codd., *et nuntiavit* Aldus. — 3. *signũ* T pr.; *e suo signo* Morus. — 4. *liceret* UFV. — 4-5. *nuntiari neque dici* D corr., *dici* δ et Ond. sine var. — 5. *quamquam* TLU, *Quamquam servus* Pet.; *quaquam* V, *quamque* F. — *Servos* TLVDδ. — *quorum dom.* V, D corr., δ. — *dominis* T. — 6. *castris* om. F. — *uxoremque nullus.* — *filium* UFV. — *op-*

*pidũ* TL. — 6-7. *domicium* L. — 7. *a* om. L. Busl. — 10. *revertisset* etiam L, *revertissent* Scal. — 11. *gland. mitt.* L. — *solebant* codd., *solebat* Nipperdeins, qui lacunam notavit. — 12. *nuntiarunt quæ vel nuntiaruntque Pompeium* TLUFV, in L duæ litt. post *q* erasæ; *nuntiare .Q. Pompeium* D; *nuntiarunt Pompeium* Petav., Norvic., Reg. Lond. — 13. *habuisse* iidem et nostri præter unum δ et quosdam non nominatos Ond. — *quod opp.* D. — *posse* L. — 16. *descenderet... ostenderet* Petav., Norvic. — 19. *abjecit nullus nostrorum.* — *peterent* L.

oppidanorum incendere; id si fecisset, ei promisit omnia concessurum. Quod difficile erat factu, ut eam turrem sine periculo quis incenderet. Ita fune crure deligato cum propius accessisset, ab oppidanis est occisus. Eadem nocte transfuga  
 5 nuntiavit Pompeium et Labienum de jugulatione oppidanorum indignatos esse.

XIX. Vigilia secunda propter multitudinem telorum turris lignea, quæ nostra fuisset, ab imo vitium fecit usque ad tabulatum secundum et tertium. Eodem tempore pro muro pugna-  
 10 runt acerrime et turrin nostram ut superiorem incenderunt, idcirco quod ventum oppidani secundum habuerunt. Insequenti luce materfamilias de muro se dejecit et ad nos transiit, dixitque se cum familia constitutum habuisse, ut una transfugerent ad Cæsarem : illam oppressam et jugulatam.  
 15 Hoc præterea tempore tabellæ de muro sunt dejectæ, in quibus scriptum est inventum : «L. Munatius Cæsari. Si mihi vitam tribues, quoniam ab Cn. Pompeio sum desertus, qualem me illi præstiti, tali virtute et constantia [futurum] me in te præstabo.» Eodem tempore oppidani legati, qui antea

1. *oppid.* F inter versus. — *fecissent* L. — *eis* L., *ei* T., *ei se* UVVδ. marg. D. — 1-2. *promisit omisit concess.* F. — 3 *funē crure de ligno* codd., U cum nota vitii et *quere* in marg.; *facturus crure* D in ras., *crure* om. δ; *deligato* cum Goduino Schneiderus; cui conjecturae in nostro exempl. Fabriciano adscriptum : «sic Petav.» — 4. *ad oppidanis* T. — *occisis* U pr.

XIX. — 8. *ab uno* T. — *initium* L. — 9-10. *pugnarunt* et mox *incenderunt* D ultimis syllabis in ras. — 10. *et* om. TLV. inter versus D. — *incenderent* T pr. ead.

m. correctus, LV. — 11. *quo* D pr. — *oppid.* om. V, Busl., in L. post *secundum*. — 12. *die* (pro luce) Pet. — *materiam illam de* TLV. — *et* om. TLV. — 12-13. *transiit* TL. — 15. *præterito* probabiliter corrigit Nipperdeius, vocem omittit V. — 16. *inv. est* L. — *Munatius* TUF. Pet., ut Dio XLIII. 33 extr., *Μουνατίων Φλάκκιον*, L. *Minatius*, V *Mamatius*, D *Mucius* in ras. latiore, et sic rec. — 17. *tribueres* L. — *à Cnicio* V. *Cn.* hic etiam T. — 18. *futurum* Glandorpianus delevit. — 19. *te esse* codd. præter L. qui om. *esse*. — *oppidanorum* nullus.



exierant, Cæsarem adierunt : « si sibi vitam concederet, sese insequenti luce oppidum esse dedituros. » Quibus respondit : « se Cæsarem esse fidemque præstaturum. » Ita ante diem vi kal. Mart. oppido potitus, imperator est appellatus.

XX. Quod Pompeius ex perfugis cum deditionem oppidi 5  
factam esse scisset, castra movit Ucubim versus et circum ea  
loca castella disposuit et munitionibus se continere cœpit.  
Cæsar movit et propius castra castris contulit. Eodem tempore  
mane loricatorum unus ex legione vernacula ad nos transfugit et  
nuntiavit Pompeium oppidanos Ucubenses convocasse eisque 10  
ita imperavisse, ut diligentia adhibita perquirerent qui essent  
suarum partium, itemque adversariorum victoriæ fautores.  
Hoc præterito tempore in oppido, quod fuit captum, servus  
est pressus in cuniculo, quem supra demonstravimus dominum  
jugulasse; is vivus est combustus. Idemque temporis centu- 15  
riones loricatorum viii ad Cæsarem transfugerunt ex legione ver-  
nacula, et equites nostri cum adversariorum equitibus con-  
gressi sunt, et saucii aliquot occiderunt levi armatura. Ea nocte  
speculatores pressi servi iii et unus ex legione vernacula.  
Servi sunt in crucem sublati, militi cervicibus abscisæ. 20

XXI. Postero die equites cum levi armatura ex adversa-  
riorum castris ad nos transfugerunt. Et eo tempore circiter

1. *sibi si* V. — 3. *præstaturum* F. Pet.,  
*præbiturum* L. — *diem* om. V. — 4. *in*  
UF; *mâR.* V; *maRC.* T; *Martii* Dδ.

XX. — 5. *Q. Pomp.* Pet. — 6. *sed*  
*circum* codd. præter L et Norv. — 7. *dis-*  
*ponit* V. — 8. *etiam Cæsar* Em. Hoffinan-  
nus, ob præcedens *Quod.* — 10. *nunciat*  
L. — *eoque* T pr. — 11. *adhibita* U. ad-

*dita* L. — 14. *est positus* D pr., corr. *pre-*  
*hensus*, ut δ et rec. — *dominam* TLUFV.  
Pet. — 16. *transfugerant* TLV. — *de leg.*  
L. — 18. *ceiderunt* D. — *ex levi* nullus.  
— 20. *cruce* U. — *militibus* antiquiores  
consensu; *militi* Dδ et plerique rec., quo-  
rum pars *abscisæ*, L *abeise*.

XXI. — 22. *Et* om. Lδ.

XL equites ad aquatores nostros excucurrerunt, nonnullos interfecerunt, item alios vivos abduxerunt; e quibus capti sunt equites VIII. Insequenti die Pompeius securi percussit homines LXXIV, qui dicebantur esse fautores Cæsaris victoriæ: reliquos  
5 versum oppidum jussit deduci; ex quibus effugerunt CXX et ad Cæsarem venerunt.

XXII. Hoc præterito tempore, qui in oppido Ategua Ursavonenses capti sunt, legati profecti sunt cum nostris, uti rem gestam Ursavonensibus referrent, quid sperarent de Cn. Pompeio, cum viderent hospites jugulari, præterea multa scelera  
10 ab iis fieri, qui præsidii causa ab his reciperentur. Qui cum ad oppidum venissent, nostri, qui fuissent equites Romani et senatores, non sunt ausi introire in oppidum, præterquam qui ejus civitatis fuissent. Quorum responsis ultro citroque  
15 acceptis et redditis cum ad nostros se reciperent, qui extra oppidum fuissent, illi præsidio insecuti ex aversione legatos jugularunt. Duo reliqui ex eis fugerunt, Cæsari rem gestam

1. XL codd., sed in V diserte scriptum XL. i. e. XL, quod posuit Nipperd.: XII Dδ, Dorv. — excurr. Dδ, « plerique » Oud. — 2. adduxerunt « plurimi » Oud. et nostri præter V. — 3. equitibus UFV; ex eq. D, de eq. δ, Dorv. — 4. LXXVIII L, LXXVIII D. — fautores T. — 5. oppidos T pr. — fugerunt TL, exfug. V. — et om. V.

XXII. — 7. præterito om. L. — Articula codd., Ategua Aldus. — 7-8. Bursavonenses codd., -omenses δ, -onientes Dorv., Ursavonenses Glandorpius, et sequenti versu, quo ducunt codices infra c. 26, 28, 41, ubi iidem vel oppidum eorum memorantur, et marmora. — 8.

prosecuti sunt L. — 9. Bursavonensibus TL et ceteri. Bursavolensibus UFV. — 11. ab his fieri codd., is T. — 11-12. Qui ad codd., qui ad Dδ, ante Nostri distinguentes; cum addunt vett. edd. — 14. Quorum usque ad alterum fuissent l. 16 omissa in L. — citro TV. — 15. recepissent V. — 16. aversione codd., aversione Aldus. — 17. reliqui fugerunt T, et eis inter versus: eis fug. UFV, cujus corrector addidit ex, quo sine etiam Dδ; ex eis unus L. Legabatur reliqui qui ex, ad quæ Oud.: « qui deest in mss. » de voce ex nihil referens. — et Cæs. D corr., δ et alii rec. — Mox lacunam notavit Nipperdeius. Excidit Ursavonensium mentio.

detulerunt\*\*\*\* et speculatores ad oppidum Ateguam miserunt. Qui cum certum comperissent legatorum responsa ita esse gesta, quemadmodum illi retulissent, ab oppidanis concursu facto eum, qui legatos jugulasset, lapidare et ei manus intente cœperunt: «illius opera se perisse.» Ita vix periculo liberatus petiit ab oppidanis, ut ei liceret legatum ad Cæsarem proficisci: «illi se satisfacturum.» Potestate data cum inde esset profectus, præsidio comparato, cum bene magnam manum fecisset et nocturno tempore per fallaciam in oppidum esset receptus, jugulationem magnam facit, principibusque qui sibi 10 contrarii fuissent interfectis, oppidum in suam potestatem recipit. Hoc præterito tempore servi transfugæ nuntiaverunt oppidanorum bona venire, nec cui extra vallum licere exire nisi distinctum; ideirco quod, ex quo die oppidum Ategua esset captum, metu conterritos complures profugere in Bæturiam; 15 neque sibi ullam spem victoriæ propositam habere, et si qui ex nostris transfugerit, in levem armaturam conjici eumque non amplius xvii accipere.

1. *uniserunt* U, *a* expungens. — 5. *cæper.* U. — 6. *ei* om. L. — 7. *deinde* D. — 7-8. *esset et prof.* U. et ead. m. addito. — 9. *et* om. nostri præter  $\delta$ ; in L spatium. ubi erasum videtur. — 10. *fecit* L. — *principibus* F. *principibus III<sup>bus</sup> qui* V: *principibusque .III. sibi* T. — 11-12. *oppido* (superposito  $\tilde{u}$ ) *in suam potestate recepit* L, postremum V — 12. *Eo pr.* D. — *nunciarunt* L. — 13. *vendere* codd. antiquiores; *rendi* corrector D, Petav. Norv. et recentes; *venire* Lipsius. — *ne cui* nostri consensu. *non cui* Busl., *nec cui* edd. primæ, quod in hoc scriptore ferendum; *neque . . . licere* Nipperdeius. — *li-*

*ceret* codd. præter Dorv. — 14. *distinctum* TUV. — *ex qua* Pet., *ex die quo* L. *die* om.  $\delta$ . — 15. *quamplures* L. — *confugere* T pr., Petav.; *profugisse* D corr.,  $\delta$ . — *Betur.* codd., *Bethur.* UF. — 16. *ut si* codd., *et si* unus Voss. Clarkii. — 17. *transfugerê* TUFV, id est *transfugerunt*, quod præbet L. *-gere* D, *-gerent*  $\delta$ , «ple-rique» Oud.; *-gerunt* vel *-gerint* (quod in nullo nostrorum) tenet Schneiderus, vulgo *-rit*, quod poscit sequens *cumque*. — *in* om. L. — *eum que* T. — 18. *xvii* TLVD $\delta$  et duo rec., Scal.; *sedecim* UF, ille cum nota et *quare* in marg. — *accipere se*  $\delta$ .

XXIII. Insequenti tempore Cæsar castris castra contulit et  
brachium ad flumen Salsum ducere cœpit. Hic cum in opere  
nostri distenti essent, complures ex superiore loco adversa-  
riorum decucurrerunt nec detinentibus nostris, multis telis  
5 injectis complures vulneribus affecere. Hic tum, ut ait En-  
nius, *nostrî cessere parumper*. Itaque præter consuetudinem cum  
nostros animadversum esset cedere, centuriones ex legione v  
flumen transgressi duo restituerunt aciem, acriterque eximia  
virtute plures cum agerent, ex superiore loco multitudine te-  
10 lorum alter eorum concidit. Ita cum ejus compar prælium  
facere cœpisset, cum undique se circumveniri animum adver-  
tisset, ingressus pedem offendit. Hujus concidentis † temporis  
aquari fortis insignia cum complures adversariorum concursum  
facerent, equites nostri transgressi inferiore loco adversarios  
15 ad vallum agere cœperunt. Ita cupidius dum intra præsidia  
illorum student cædem facere, a turmis et levi armatura

XXIII. — 1. *castru castris* V, Pet. —  
2. *Hic dum* codd., *cum* Nipperdeius. —  
3. *superiori* T, *adv. ex loco sup.* L. — 4.  
*decurr.* V, Dδ, «duo» Ond. — *defenden-*  
*tibus* conj. Lipsius ap. Fabr., *renitentibus*  
Th. Bentleius, *desinentibus* Voss. Clarkii.  
— *nostros* TLUFV. Scal., Petav., quod  
tenet Schneiderus. — 5-6. *Hic dum* codd.,  
*tum* Glandorpins; *dum* om. Pet. — *ut ad-*  
*teminus* TUF, ille enim nota et *quare* in  
marg.; *adeumins* Cuj., *attemins* L, *atten-*  
*cius* (sine *ut*) V, om. Petav., *ut hactenus*  
δ et alii rec.; in D versus omissus. — 6.  
*nostris* codd. nostri præter δ; *nostrî* ex  
Cuj., Pet. et L per errorem affert Ond.;  
*nostris resistentibus cederent par.* V. — *cum*  
om. V. — 6. *u nostris* codd.; *nostros*  
Glandorpins; *nostris* Nipperdeius, cum  
verbo *accidere*. — 7. *credere* TU, hic ex-

puncto *r*, om. V. — 10. *cum eis* TL δ  
et duo rec. Ond.; *cum is* UF, *cum his* D  
et non nominati Ond. — *par* L, compen-  
dio *com* inter versus addito; *ejus compar*  
*impar* Nipperdeius, quorum postremum  
non omnino necessarium cum Kranero ne-  
glexi. — 11. *circumvenire* U. — 11-12.  
*animadv.* D corr. et rec. — 12. *regressus*  
Lipsius, valde probabiliter. — 12-13. *con-*  
*cidentis temporis aquari fortis* nostri anti-  
quiores. Scal., Petav. (qui *fortes*). D in  
ras., δ et rec. *conc. viri casu passim au-*  
*dito, cum compl.*, quod misere interpola-  
tum editur. Nipperdeii correctio est: *In*  
*hujus concidentis, centurionis ac viri for-*  
*tis, insignia*. — 14. *interiori* codd., præ-  
misso *ex* D corr., δ et alii rec.: *inferiore*  
Heinsius. — 15. *ad vallum* F inter versus.  
— 16. *eorum* Petav.

sunt interclusi. Quorum nisi summa virtus fuisset, vivi capti essent. Nam et munitione præsidii ita coangustabantur, ut eques spatio intercluso vix se defendere posset. Ex utroque genere pugnæ complures sunt vulneribus affecti, in quis etiam Clodius Arquiteus; inter quos ita comminus est pugnatum, ut ex nostris 5 præter duos centuriones sit nemo desideratus, gloria se effe- rentes.

XXIV. Postero die ad Soriciam utrorumque convenere copiarum. Nostri brachia ducere cœperunt. Pompeius cum animad- verteret castello se excludi Aspavia, quod est ab Ucubi millia 10 passuum v, hæc res necessario devocabat, ut ad dimicandum descenderet; neque tamen æquo loco sui potestatem faciebat, sed ex grumo\*\*\*\* excelsum tumulum capiebant, usque eo ut necessario cogeretur iniquum locum subire. Quo de facto cum utrorumque copiarum tumulum excellentem petissent, prohibiti 15 a nostris sunt, dejecti planitie. Quæ res secundum nostris efficiebat prælium. Undique cedentibus adversariis non parum magna in cæde versabantur. Quibus mons, non virtus saluti fuit subsidio. Quod nisi advesperasset, a paucioribus nostris

1. virtutis V. — 2. fuissent V. — et om. L. — 3. Ex his utroque U (non F). — 5. Arquiteus T pr., Arquiteus V, Pet., Arquiteus Scal., Leid. 2.

XXIV. — 8. ab Soricariu codd., Soric. L. Sorec. V, ad Glandorpius, Soricia autem vel similiter scribitur cap. 27. — convenire TL. — 10. Aspavia L, Dorv. — Ucubii T, Ucubio V. — 11. devocabat ad TUF. D cum ut inter versus, ut ad L δ, Oud. sine var.; der. eum ad dimicandum ut desc. V, quem sequitur Em. Hoffmannus. — descenderent TL. — 13. Post grumo lacunam notavit Nipperdeius. \*in

qua hæc fere declarata: inter utramque aciem excelsum tumulum fuisse; uter eum cepisset, eum adversarios iniquum locum subire coacturum fuisse.\* — excelsium Pet. — capiebant FLV et T cui u ead. m. inter versus illatum; quod recepi, nam de Cæsarianis dictum videtur. cogeretur de Pompeio; ceteri et edd. capiebat. — 14. inicum T. — de om. D corr., δ et alii rec. — 16. diecti L; dejectique nullus. Planitie datus est. — Quorum secundum TV, Quod sec. L. — 17. nostri non parum malit Oudendorpius. Ante Non parum distinguit L. — 19. fuit. Quo subsidio nostri et pleri-

omni auxilio privati essent. Nam ceciderunt ex levi armatura cccxxiv. ex legionariis cxxxviii, præterquam quorum arma et spolia sunt allata. Ita pridie duorum centurionum interitio hæc adversariorum pœna est litata.

5 XXV. Insequenti die pari consuetudine cum ad eundem locum ejus præsidium venisset, pristino illo suo utebantur instituto : nam præter equites nulli loco æquo se committere audebant. Cum nostri in opere essent, equitum copiæ concursus facere cœperunt, simulque vociferantibus legionariis,  
10 cum locum efflagitarent ut consueti insequi, existimare posses paratissimos esse ad dimicandum. Nostri ex humili convalle bene longe sunt egressi et planitie iniquiore loco constiterunt. Illi tamen procul dubio ad congregiendum in æquum locum non sunt ausi descendere præter unum Antistium Turpionem;  
15 qui fidens viribus ex adversariis sibi parem esse neminem agitare cœpit. Hic, ut fertur Achillis Memnonisque congressus, Q. Pompeius Niger, eques Romanus Italicensis, ex acie nostra ad congregiendum progressus est. Quoniam ferocitas Antistii

que? Oud., *quod subs.* unus T; *fuit subsidio.* Quod nisi correxit Nipperdeius coll. c. 40 : *Quæ res eorum vite fuit subsidio.* — *subsidio ut nisi* UF, D pr.; *Qui subito nisi* Reg. et Voss. Clarkii. — 1. *omnique* unus Pet. — 2. *cccxxiiii*° (sic) Dδ, quasi duo voluissent. — *ccccxxiiii* V. — 3. *allata sunt* TL, *ablata* Dδ. — *pridem* LDδ. — *internicio* δ, «alii» Oud.

XXV. — 7. *propter* Scal. — *nullo codd., nulli* Morus, nominativo. — 10. *consuete* T pr.; *ex consuetudine insequenti* D ut var., δ et duo rec. Oud. Kranerus explicat «quasi consuevissent;» Nipperdeius de-

pravata judicat, ad Cæsarianos hæc referens. — 10-11. *posse speratissimos* antiquiores; *posses* (sic in nostro exempl. Fabr.) *paratissimos* Petav., *posse par.* Dδ. Dorv. — 11. *esse* om. L. — 12. *iniquiori* TLUF; *in iniquiore* V, *iniquo* Pet., *in æquo* δ. — 15. *esse* om. L, *nem. esse* V. — 16. *cogitare* Dδ, rec. — *Memnonisq.* TFVDδ, *Vermonisque* L. — 17. *que* vel *que Pomp.* TLUF, *quæ P.* V, *contra quem P.* Petav. — *Italicenses* U pr. — 18. *ad congreg.* om. L. — *congressus* V. — *est* om. nostri præter D corr., δ. — Post *Antisti* (sic codd.) Schneiderus inserenda pu-

omnium mentes converterat ab opere ad spectandum, acies sunt dispositæ. Nam inter bellatores principes dubia erat posita victoria, ut prope videretur finem bellandi duorum dirimere pugna. Ita avidi cupidique suarum quisque † ex partium virorum fautorumque voluntas habebatur. Quorum virtute alacri. 5 cum ad dimicandum in planitiem se contulissent, † scutorumque laudis insignia præfulgens opus cælatum\*\*\*\* quorum pugna esset prope profecto dirempta, nisi propter equitum congressum, ut supra demonstravimus, levem armaturam præsidii causa non longe ab opere\*\*\*\* castra constituit. Ut 10 nostros equites in receptu, dum ad castra redeunt, adversarii cupidius sunt insecuti, universi clamore facto impetum dederunt. Ita metu perterriti, cum in fuga essent, multis amissis in castra se recipiunt.

XXVI. Cæsar ob virtutem turmæ Cassianæ donavit millia 15 xiii et præfecto torques aureos v et levi armaturæ millia xii.

lat verba l. 6-7 : *scutorumque laudis insignia præfulgens opus cælatum*, nulla veri similitudine. — 1. *acie* T pr., V. — 2. *et principes* L, *principesque* ceteri nostri consensu, nisi quod ex U non enotatum; ex duobus modo recentissimis affert Oud. — 4. *suorum* D. — *quisque* om. L, de Petav. incertum. — *ex* inter versus F et L, om. V δ et non nominali Oud.; *et* D a corr. — *partium expertorum virorum* Oud., qui *expertorum* in duobus modo deesse dicit. — 5. *factorum* L, et *que* inter versus: *fatuumque* (sic in nostro exempl. Fabr.) *voluntate* Norv., Petav. *Suarum quisque partium virorum* sanum esse videtur, et sequentium hæc sententia : favore summaque voluntate prosequatur. — *Quo* L, et *rum* inter versus. — *virtutē* TUF. — 7. *ce-*

*latum* UFL; *opponerent* addunt D corr., δ, Reg. et Voss. Clarkii. Lacunam notavit Nipperdeins; nam certaminis singularis descriptio et ipsa constructio verborum abrupta. — *Eorum* D corr., δ: *Horum* Leid. 2. — 8. *direpta* nostri præter D δ. *directa* Pet., Norv. — 9. *concessum* codd., *consessum* D corr., *concursum* Vindob. 5: *congressum* Nipperdeins p. 241. — 10. *constituisset* Petav., in quo *Ut* deletum videtur: *constituissent* duo rec. Oud. — 11. *nostri* codd., « quod recipiendum et hic quoque defectus notandus videri potest. » Nipperd.; *nostros* edd. vet., — 12-13. *dederant* nostri consensu, Petav. et alii.

XXVI. — 15. *mil.* F. *mille* V. — 16. *v levi* L. — *milia* vel *mil.* 2-cc1, TLUFV

Hoc die A. Bæbius et C. Flavius et A. Trebellius, equites Ro-  
 mani Astenses, argento prope tecti equis ad Cæsarem trans-  
 fugerunt; qui nuntiaverunt equites Romanos conjurasse om-  
 nes, qui in castris Pompeii essent, ut transitionem facerent :  
 5 ~servi indicio omnes in custodiam esse coniectos, e quibus  
 occasione capta se transfugisse. ~ Item hoc die litteræ sunt de-  
 pressæ, quas mittebat Ursaonem Cn. Pompeius : « S. V. G. E. V.  
 ~ Etsi, prout nostra felicitas, ex sententia adversarios adhuc pro-  
 « pulsos\*\*\*\* qui si æquo loco sui potestatem facerent, celerius.  
 10 ~ quam vestra opinio fert, bellum confecissem. Sed exercitum  
 ~ tironem non audent in campum deducere, nostrisque adhuc  
 ~ fixi præsiidiis bellum ducunt. Nam singulas civitates circumse-  
 ~ derunt : inde sibi commeatus capiunt. Quare et civitates nostra-  
 ~ rum partium conservabo et bellum primo quoque tempore con-  
 15 ~ ficiam. Cohortes animo habeo ad vos mittere. Profecto nostro  
 ~ commeatu privati necessario ad dimicandum descendent. ~

XXVII. Insequenti tempore cum nostri in opere distenti  
 essent, equites in oliveto, dum lignantur, interfecti sunt

(de quo errat Schneid.). Petav. (sec.  
 Fabr.); *m.* xci Seal.; *m.* xv Dδ et alii  
 rec.; x Aldus, xii Nipperdeius. — 1. *et*  
*Conflavius* L. *C. Flaccus* corrector D. —  
 2. *Hastenses* codd. præter V δ. — *equites*  
 codd.; *equis* Glandorpius; *equos* Schneide-  
 rus, ut Norvic. — 2-3. *refugerunt* L. —  
 3. *ut* (pro *conjur.*) V. — 3-4. *omnis* UF.  
 — 4. *ut* om. V. — 6. *facta* Pet. — 6-7.  
*deprehensæ* VDδ. — 7. *quibus* L. — *mit-*  
*tebatur Saonem* TL (hic *Sasonem*) UD pr.:  
*mittebat Saonem* F et (qui *Salonem*) Pet.,  
*misit Saonem* V. — *S. U* (non *A*) T.  
 In D B. pro *G*. — 8. *adversar.* om. L.

— 8-9. *propulsos habemus, tamen* vulgo et  
 Schneiderns; quod est in recentibus Oud.:  
 in nostro δ *habemus* ante *adhuc*, in D ibi-  
 dem ras. novem litterarum, et *tamen* ante  
 qui a sec. illatum. — 10. *opinio ferre est*  
 TL, *ferre* ∙/. U (non *fert*); *ferre est* FVD.  
 Petav. *est fere* δ, *fert* Norv. — *confecis-*  
*sem* T, *confectum* V. — 11. *ducere* TL. —  
 12. *freti præ.* codd. præter TL, qui  
*fixi*. — 13-14. *circumdederunt, unde* L.  
 — 14. *conservabant* V. — 15. *in animo*  
 Ciacc., Reg. et Voss. Clarkii, Leid. 2. —  
*vestro* Pet.

XXVII. — 18. *equites essent* V.



aliquot. Servi transfugerunt, qui nuntiaverunt, a. d. iii non. Mart. praelium ad Soriciam quod factum est, ex eo tempore metum esse magnum, et Altium Varum circum castella praesse. Eo die Pompeius castra movit et contra Hispalim in oliveto constituit. Caesar priusquam eodem est profectus, luna 5 hora circiter sexta visa est. Ita castris motis Ucubim Pompeius praesidium quod reliquit, iussit ut incenderent et deusto oppido in castra majora se reciperent. Insequenti tempore Ventiponem oppidum cum oppugnare coepisset, deditioe facta iter fecit in Carrucam, contra Pompeium castra posuit. Pom- 10 peius oppidum, quod contra sua praesidia portas clausisset, incendit; milesque, qui fratrem suum in castris jugulasset, interceptus est a nostris et fusti percussus. Hinc itinere facto in campum Mundensem cum esset ventum, castra contra Pompeium constituit.

15

XXVIII. Sequenti die cum iter facere Caesar cum copiis vellet, renuntiatum est a speculatoribus Pompeium de tertia vigilia in acie stesisse. Hoc nuntio allato vexillum proposuit. Ideirco enim copias eduxerat, quod Ursaonensium civitati.

1. *aliqui* L. In TLD distinguitur *sunt*. *Aliquot servi*. — 2. *M̃* U, *Mar̃* TF, *Mã* V. — *Siticiam* an *Siriciam* ambiguum in T, *Suricam* L, *Siricam* Scal., *Soriciam* ceteri nostri et Petav.; *praelium affore* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — 3. *Atium* L, *Acium* V. — 4. *Spalim* TUF, *Sparim* V. — 5. *eo* L. — 6. *Aucubim* TLUF, *Aucubim* V, *Acub*. D $\delta$ . — 7. *ut in solis* TL; *incendere* V, *incendi*  $\delta$  et alii rec. — 8. *re- ceperunt* D. — 8-9. *Ventiponte* codd., *Ventiponti* Scal., *Ventiponto* Busl., *Ponti* Pet.; *Ventiponem* Nipperdeius, quod in numis

cusum. — 10. *interfecit* TLUF. — *contraque* D corr.,  $\delta$  et alii rec. — 12-13. *interemptus est* nostri praeter D $\delta$ . — 13. *fuste* V, *fustibus* D corr.,  $\delta$ . — *percussus* F pr. — 14. *campo* T pr. — *Undeusem* TUFVL, hic omittens *cum*.

XXVIII. — 16. *Sequentique* UFD $\delta$ . Petav. — 17. *ab spec.* UF. — 18. *constitisse* L. — 19. *Versaonensium* TLD, *Versaonensium* UF, *Versaonensium* V; *Ursaonensium* Glandorpis, *Bursaonensium* Schmeider. cum Vindob. 5, correctio ex cap. 22 (initio) ducta.

\* qui sui \* fuissent fautores, antea litteras miserat, Cæsarem nolle in convallem descendere, quod majorem partem exercitus tironem haberet. Hæ litteræ vehementer confirmabant mentes oppidanorum. Ita hac opinione fretus, tuto se facere posse  
5 existimabat. Etenim et natura loci defendebatur et ipsius oppidi munitione, ubi castra habuit constituta. Namque ut superius demonstravimus loca excellentia tumultis contineri, † interim nullam planitie dividit\*\*\*\* id quod eo incidit tempore.

10 XXIX. Planities inter utraque castra intercedebat circiter millia passuum v, ut præsidia Pompeii duabus defenderentur rebus, oppido et excelsi loci natura. Hinc dirigens proxima planities æquabatur. Cujus decursum antecede-  
15 bat rivus, qui ad eorum accessum summam efficiebat loci iniquitatem : nam palustri et voraginoso solo currens erat ad dextram. Itaque Cæsar, cum aciem directam vidisset, non habuit dubium quin

1. *qui sui* supplevit Nipperdeius. — *fautores fuiss. litt. antea* L. — 3. *tironum* FDδ et rec. — *animos* δ. — 4. *totos fac.* codd. antiquiores; *totum se* Dδ et rec.; *tuto se* Lipsius ap. Fabric.; *totos facere posse suos existimabat* Petav. — 5. *defendebantur* nostri præter Dδ. — 6. *habuit* om. TLV. — *ut* delet Nipperdeius sine necessitate. — 7. *superioribus* T, Scal. — 7-8. *tumulus continet* D corr., δ, unus Ursini, Dorv. — 8. *interim nullã planitie dividit* codd., *nulla* δ, unus Ursini, Dorv.; *in illa* L, *planitie* T, *planicia* Urs., *dividi* Petav.; *intervallo planitie dividi* edidit Nipperd., nulla probabilitate. Vulgo *interim nulla planitia dividit. Sed ratione nulla placuit taceri id quod eo,* etc., quod in recen-

tissimo Leid. 2 legitur. — .d. TL. .t. V pro id. Excidisse aliquid apparet. — 8-9. *eo temp. inc.* L.

XXIX. — 10. *utrumque* TV, *utrorumque* L, qui in marg. habet *castra et circiter*. — 11. *auxilia* codd., *præsidia* Nipperdeius, «quemadmodum cap. 30 aciem Cæsaris *præsidia nostra* appellavit.» Inter easdem voces variatum c. 39. — 12. *oppidi excelsi et loci* codd., quod vel huic scriptori non potest tribui; *oppido* (quod valde munitum) *et excelsi loci natura* Nipperdeius. — 15. *currens erant* TLUF, *erat* V, Petav. (sec. Fabric.) et «omnes» Oud.; *currebat autem ad dext.* D corr., δ. — *dexteram* T, supraposito *trum*, et *dextrum* codd. omnes. — 15-16. *Id quod Cæ-*

media planitie in æquum ad dimicandum adversarii procederent. Hoc erat in omnium conspectu. Huc accedebat ut locus illa planitie equitatum evocaret et diei solisque serenitate, ut mirificum, ut optandum tempus prope ab diis immortalibus illud tributum esset ad prælium committendum. Nostri lætari, 5 nonnulli etiam timere, quod in eum locum res fortunæque omnium deducerentur, ut, quicquid post horam casus tribuisset, in dubio poneretur. Itaque nostri ad dimicandum procedunt, id quod adversarios existimabamus esse facturos; qui tamen a munitione oppidi longius non audebant procedere, 10 † in quo sibi prope murum adversariis constituebant. Itaque nostri procedunt. Interdum æquitas loci adversarios efflagitabat, ut tali conditione contenderent ad victoriam: neque tamen illi a sua consuetudine discedebant, ut aut ab excelso loco aut ab oppido discederent. Nostri pede presso propius 15 rivum cum appropinquassent, adversarii patrocinari loco iniquo non desinunt.

### VXX. Erat acies xiii aquilis constituta, quæ lateribus equi-

*sar* codd.; *Itaque* Nipperdeius, *Quod C.* Kranerus, *Id quod cum Caesar aciem* TL. hic quod omittens. — *directam* UF. — 1. *in æquum* L inter versus. — 2. *Hoc accidebat* codd., *accedebat* L. — 3. *plan.* *illa equitatem* L. unde Nipperdeius *equitatem*. — *ornaret* codd., *evocaret* Kranerus. — *serenitatem* codd.; *serenitas* Aldus. — 3-4. *ut mirificum, ut opt.* nostri consensu; duos modo memorat Oud.; vulgo *et opt.* — 6. *autem tim.* L. — 7-8. *castribuisset* UF, ille cum nota et in marg. ead. m. *cras et quere*; D et Petav. *cras trib.* L. *curas*, Scal. *causas*, supra *casus*. Var.

in D *castris fieret*, ut δ. — 10. *tamen mille passibus* D corr., δ. — *oppido* T. Scal. — 11. *adversarii præliandum constituebant* Pet. (qui *adversariis* sec. Oud.). Norv.; unde Kranerus *neque sibi prope murum cum adversariis præliandum const.* — 12-13. *defflagitabat, ne* D. — 14. *decidebant* Reg. Lond. et fort. aliqui ex recentibus Schneideri. — 15. *aut oppido* nostri præter F. — 16. *cum accessissent* L. qui deinde *iniquo loco*. — 17. *deserunt* UFVD, Busl.

VXX. — 18. XIII D. — 18 et 1 p. 386. *equitati* F; *equitatu* V; *equitatum tegebat* L.

latu tegebatur cum levi armatura millibus sex, præterea auxili-  
 liares accedebant prope alterum tantum: nostra præsidia LXXX  
 cohortibus et ix millibus equitum. Ita cum in extrema pla-  
 nitie iniquum in locum nostri appropinquassent, paratus ho-  
 5 stis erat superior, ut transeundum superius iter vehementer  
 esset periculosum. Quod cum a Cæsare esset animadversum,  
 ne quid temere culpa secus admitteretur, eum locum definire  
 cœpit. Quod cum hominum auribus esset objectum, moleste  
 et acerbe accipiebant impediri quo minus prælium conficere  
 10 possent. Hæc mora adversarios alacriores efficiebat: ~ Cæsaris  
 copias timore impediri ad committendum prælium. ~ Ita se  
 effidentes iniquo loco sui potestatem efficiebant, ut magno ta-  
 men periculo accessus eorum haberetur. Hic decumani suum  
 locum, cornu dextrum, tenebant, sinistrum tertia et quinta  
 15 legio, itemque et cetera auxilia et equitatus. Prælium clamore  
 facto committitur.

XXXI. Hic etsi virtute nostri antecedeabant, adversarii loco  
 superiore se defendebant acerrime, et vehemens fiebat ab utris-  
 que clamor telorumque missu concursus, sic ut prope nostri  
 20 diffiderent victoriæ. Congressus enim et clamor, quibus rebus

1. *milibus* TUVF, in quo distinctum  
*Sex præt.* — 2. *prope ad* L. — 3. *et* om.  
 FLV, Pet. et rec. Oud. — VIII L, octo V,  
 XIII D. — *milia* FV et quattuor rec. ap.  
 Schneider.: T et ceteri compendio *mil.*,  
 U VIII. — *equitatum* U pr. — 4. *inicum*  
 T. — *in* om. L. — *adpr.* UF. — 7. *timere*  
 T pr., V. — *culpa sua adm.* D corr. —  
 8. *objectum* L. — 9. *se impediri* UFDδ,  
 Oud. sine var. — 12. *ut iniquo. . . effice-*  
*rent* V. Nullus *faciebant*. — 13. *Ante eo-*  
*rum* duæ litt. erasæ in L. — 14. *cornum*

UF, *cornuum* V. — 15. *legio* om. nostri  
 præter δ, in D a sec. additum. — *auxi-*  
*lia equitatus* (sine *et*) nostri et omnes, ut  
 videtur.

XXXI. — 18. *superiore defend.* codd.,  
*se* in Pet., Norv., Vindob. 2 post *adver-*  
*sarii* legitur, sed post *superiore* facilius  
 excidebat, ibique posuit Nipperdeins. —  
 19. *telorum* L. — *missus* UF, Pet. —  
*concurso* V. — *nostri* om. L. — 20. *diffi-*  
*derent* TU, *differrent* FL, *deferunt* V. —  
*victoriam* D corr.

maxime hostis conterretur. in collatu pari erant conditione. Ita ex utroque genere pugnae cum parem virtutem ad bellandum contulissent, pilorum missu fixa cumulatur et concidit adversariorum multitudo. Dextrum ut demonstravimus decumanos cornu tenuisse; qui etsi erant pauci, tamen propter virtutem magno adversarios timore eorum opera afficiebant, quod a suo loco hostes vehementer premere cœperunt, ut ad subsidium, ne ab latere nostri occuparent, legio adversariorum traduci cœpta sit a dextro. Quæ simul est mota, equitatus Cæsaris sinistro cornu premere cœpit: at illi eximia virtute 10 prœlium facere [possent], ut locus in aciem ad subsidium veniendi non daretur. Ita cum clamor esset intermixtus gemitu gladiatorumque crepitus auribus oblatus, imperitorum mentes timor præpediebat. Hic, ut ait Ennius, *pes pede premitur, armis teruntur arma*, adversariosque vehementissime pugnantes 15 nostri agere cœperunt; quibus oppidum fuit subsidio. Ita ipsis Liberalibus fusi fugatique non superfuissent, nisi in eum lo-

1. *collatu* UF, *collata* V. — *pari erat* codd., *paruevat* V, *erant* Aldus. — 2. *Ita nostri consensu* et hand dubie Schneideri; vulgo *Itaque*. — *pugnae* om. TLUFV, Petav., Busl.; servarunt critici, sed a librariis suppletum esse vix dubito. — 3. *missus* nostri consensu et «tres» Oud.: in Pet. s expunctum. — *fixus* V, *fixorum* D corr., δ et alii rec. — 4. *ut demonstr.* nostri et Schneideri codd., Pet. Temere ab editoribus ejectum *ut*, hic et c. 28 erat servandum. Satis notus hellenismus. — 4-5. *cornu decum.* L, *cornuum* V. — 6. *efficiebant* L. — 8. *nec ab* TV. — *occuparentur* δ, var. in D. — *legi* TLV. — 9. *cœpta* T, *cepte* LV. — *ad dextrum* codd.; *a dextro* Glandorpius. — *motus eq.* δ, var.

in D. — 10. *sinistrum* codd.: *premere sin. c.* Petav.; *sinistro* Nipperdeius. — *cornuum* UF. — *ita uti eximia* antiquiores consensu, in quibus *ita* ex præcedenti cœpit ortum esse animadvertit Nipperdeius; *at hi* D corr., δ, quod vel *at ii* in Oudendorpii quoque recentibus erat; *at illi* Nipp. — 11. *possunt* V, *incipiunt* δ, marg. D; utrumque «a glossa esse» suspicabatur Oudendorpius. — *locum* TUF, Scal. — *acie* nullus nostrorum. — 11-12. *veniendi* VDδ. — 12. *gemitus* nostri præter V. — 13. *gladiatque* U pr. — *strepitus* L, *crepitu* V. — 14. *timore* codd., *timor* Vascosannus. — 15. *feruntur* V. — 16. *ipsi* UV, Margo U: *quere*, in hunc vel sequentem versum. — 17. *fatigatique* F.

cum confugissent, ex quo erant egressi. In quo prælio ceciderunt millia hominum circiter xxx et si quid amplius, præterea Labienus, Attius Varus, quibus occisis utrisque funus est factum, itemque equites Romani partim ex Urbe partim ex provincia ad millia iii. Nostri desiderati ad hominum mille partim equitum partim peditum; saucii ad d. Adversariorum aquilæ sunt ablatae xiii et signa et fasces. Præterea hos habuit\*\*\*\*.

XXXII. Ex fuga hac qui oppidum Mundam sibi constituerent præsidium, nostri cogebantur necessario eos circumvallare. Ex hostium armis scuta et pila pro vallo, pro cespite cadavera collocabantur, insuper [occisi] in gladiatorum mucrone capita hominum ordinata ad oppidum conversa universa hostium timorem\*\*\*\* virtutisque insignia proposita viderent et vallo circumcluderentur adversarii, ita Galli tragulis jaculisque

1. *de quo* L. — 3. *Acius* V. *Accius* Pet. — *Varrus* L. — 4. *item* L. — 5. *amil' iii* L. *ad iii milia* V. — ∞ TUF, ☉ V. In L .x. — 6. *equitum peditumque* Dδ. — *saucii ad d* UFD et haud dubie Petav.; *d* om. δ; *ad d* om. TL. Leid. 2. In V legitur *saucii præter adversariorum maculas sunt ablata xiii signa* — 7. Post *fasces* distinguunt TLV, post *præterea* Fδ. Schneider. — *Præterea* om. L., *hos habuit* om. δ. — *quos habuit* Petav., duo Goduini; *hos (fasces) habuit xvii* Schneiderus. E codice nullo afferuntur hæc quæ ex veteribus edd. ducta in vulgatis leguntur: *præterea duces belli* (hæc sola D in ras., δ) *xvii capti sunt. Hos habuit res exitus.* Probabiliter Kranerus *Præterea\*\*\* Hos habuit\*\*\**.

XXXII. — 8. *hæc* om. V. — *cum opp.* D corr. — 9. *nostrique* codd. præter V.

pr., Dδ et recentes Oud. et Schneid. — 10-11. *armis pro cespite cadavera collocabantur* (concl. UF), *scutu* (*scutum* UFV, *scuti* L) *et pila pro vallo insuper* codd., quæ in justum ordinem redegit Nipperdeius. et optima correctione sequentibus licem dedit. *Occisi* ex argumento marginali illatum fuerit, qualia codici U appicta sunt. — 11-12. *occisi et gladio* (*gladia* U a sec., F, *gladios* V) *ut mucro* (*mucronem* V) *et cap.* TUFV; *in gladio ut in veru et cap.* L; *et gladii et (ut D) mucrones et cap.* Dδ; *ut mucro et ita hom.* Petav. — 12. *universas* TL. Sed delendum videtur *universa*, quod ex præcedenti (*oppidum*) *conversa* ortum duxisse puto: non rari enim errores in compendiis similibus *con* et *us* commissi. — 13. Lacunam indicat structura abrupta. — 14. *traculis* U pr., *traguis* V.

oppidum ex hostium cadaveribus [sunt] circumplexi oppugnare cœperunt. Ex hoc prælio Valerius adolescens Cordubam cum paucis equitibus fugit. Sex. Pompeio, qui Cordubæ fuisset, rem gestam refert. Cognito hoc negotio, quos equites secum habuit, quod pecuniæ secum habuit, eis distribuit et oppida- 5 nis dixit se de pace ad Cæsarem proficisci, et secunda vigilia ab oppido discessit. Cn. Pompeius cum equitibus paucis nonnullisque peditibus ad navale præsidium parte altera Carteiam contendit, quod oppidum abest a Corduba millia passuum clxx. Quo cum ad octavum miliarium venisset, P. Caucilius, 10 qui castris antea Pompeii præpositus esset, ejus verbis nuntium mittit, eum minus belle habere: « ut mitterent lecticam, qua in oppidum deferri possit. » Litteris missis Pompeius Carteiam defertur. Qui illarum partium fautores essent, conveniunt in domum, quo erat delatus (qui arbitrati sunt clan- 15 culum venisse), ut ab eo, quæ vellent, de bello requirerent. Cum frequentia convenisset, de lectica Pompeius eorum in fidem confugit.

### XXXIII. Cæsar, ex prælio munitione circumdata, Cordubam

1. *obpidum* U. — *sunt* om. Pet., delet. Schneider. — 1-2. *et oppugn.* D corr. — 2. *Falerius* Petav., « mss. » Oud. et nostri præter V. — 3. *Sexto* V. — 5. *habuit* om. L; *equites quos habuit pecunie secum distrib.* D corr. — *quot* Tδ.; *his quod* Pet., Norv. — *eis* om. D, Pet., Norv. — 7. *Cn.* TV. — 7-8. *cum paucis nonnullis equitibus ad* L. — *navale* V. — 8. *parte Carteiam altera* U. *par Carteiam* Dδ; *Cart.* om. TFV. — 9. *ad Cord.* U. — *mille passus* V, *pass. mille* D corr. — 10. *octavium* TV. — *pervenisset* L. — *Pompeius Caucili* V. — *Caucili*

TLUF, *Cacili* δ. *Caucilius* Scal. *Calvitius* D et edd. — 11. *Pompeii antea* L. — *verbis ejus* UF. — 12. *cum* LDδ, duo rec. Oud.; *cum* TUFV. — *inivis* (sic) *bellum* V. *munus belli* Leid. 2. — *habere* TV et iidem qui *cum* præbuerunt; *haberet* F, *haberetur* U, Pet. — *mitteret* TV. — 13. *in* om. V. — *possit* codd., quod recte tenet Schneider. — 14. *Certeiam* TUF, *certe iam* L, *Certeigum* V. — 14-15. *cum veniunt* V. — 15. *in quam* (vel *qua*) *erat* L. — *dilatatus* nostri præter Dδ. — 16. *qui vellent* TL. — *conquir.* V.

venit. Qui ex eade eo refugerant, pontem occuparunt. Cum  
 eo ventum esset, conviciari cœperunt : ~ nos ex prælio paucos  
 superesse: quo fugeremus?~ Ita pugnare cœperunt de ponte.  
 Cæsar flumen trajecit et castra posuit. Scapula, totius sedi-  
 5 tionis, familiæ et libertinorum caput, ex prælio Cordubam  
 cum venisset, familiam et libertos convocavit, pyram sibi ex-  
 struxit, cœnam afferri quam optimam imperavit, item optimis  
 insternendum vestimentis; pecuniam et argentum in præsentia  
 familiæ donavit. Ipse de tempore cœnare, resinam et nardum  
 10 identidem sibi infundit. Ita novissimo tempore servum jussit  
 et libertum, qui fuisset ejus concubinus, alterum se jugulare,  
 alterum pyram incendere.

XXXIV. Oppidani autem, simul Cæsar castra contra oppi-  
 dum posuit, discordare cœperunt, usque eo ut clamor in castra  
 15 nostra perveniret fere inter Cæsarianos et inter Pompeianos.  
 Erant hic legiones, quæ ex perfugis conscriptæ, partim oppi-  
 danorum servi, qui erant a Pompeio Sexto manumissi; qui in  
 Cæsaris adventum descendere cœperunt. Legio xii oppidanos

XXXIII. — 1. eo F inter versus; eo-  
 rum V. — *refugerant* T pr., Lδ: *refuge-  
 runt* T corr., UFVD, Petav. — *occupave-  
 runt* F. — 1-2. *Eo cum ventum* D. Viudob. 7:  
*Cum eo circumventum* ceteri, *circumventi*  
*essent* L; vitium notat U in *circum*. — 2.  
*conviciare* sive *convitiare* codd., corr. Al-  
 dus. — 3. *quos fug* TLV. — 4-5. *seseditio-  
 nis* T, *reditiois* Busl. — 5. *caput* U, *apud*  
 TLVDδ. — 6. *liberos* TL, D pr., *libertas* V,  
*libertinos* Pet. — 7. *cenam* UF, et mox  
*cenare*. — 8. *insternitur* Dδ. — 9. *cœ-  
 narit vinum* D in ras. — *sitam* (*sicam* L,  
 Sc.) et *nardum* TLUFV. Scal., Cujac., hic

ad primam vocem : ~al. *resinam*. ~ quod  
 recepit Oud. ex Petav., sed probabilius ipse  
 conjiciens *stactam*, δ *sitim*. — 10. *infudit*  
 L. — 11. *liberum* TL. — *ejus* om. TLV.  
 — 12. *pyram* T.

XXXIV. — 13-14. *contra ad opp.* TV,  
*id* D. — 15. *inter* (alterum) om. Pet. Post  
*erant* distinguunt TV. — 17. *a Pompeio*  
*Sexto* TUFV, *Pomp.* om. D, *Sexto* om. δ.  
 Vulgo *a Sexto Pomp.* — *missi* V. — 18.  
*descendere* codd.: *discordare* Nipperdeius;  
 eo sensu fortasse *in C. adventu* (Dorv.)  
*discedere* (scil. ab oppidanis) in hoc scri-  
 ptore dictum erat, ut *discessio* legitur de



defendere cœpit: cum jam depugnarent, turres ex parte et murum occuparunt. Denuo legatos ad Cæsarem mittunt, ut sibi legiones subsidio intromitteret. Hoc cum animadverterent homines fugitivi, oppidum incendere cœperunt. Qui superati a nostris sunt interfecti, hominum millia xxi, præterquam 5 extra murum qui perierunt. Ita Cæsar oppido potitur. Dum hic detinetur, ex prælio quos circummunitos superius demonstravimus, eruptionem fecerunt et bene multis interfectis in oppidum sunt redacti.

XXXV. Cæsar Hispalim cum contendisset, legati depre- 10  
catum venerunt. Ita cum ad oppidum esset ventum, Caninium cum præsidio legatum intromittit; ipse castra ad oppidum ponit. Erat bene magna manus intra Pompeianarum partium, quæ præsidium receptum indignaretur. Clam quendam Phi-

partibus in civitate. Exempl. Fabric. *diffidere* affert ut ex Busl., sed haud dubie est correctio Lipsii, quæ simillima nota ibi indicantur. — p. 390, l. 18, et l. 1. *oppidum defendere cœpit*. *Non* vel *cœpit*, *non* nostri præter unum L. qui *cœpit*: *nam cum*. In  $\delta$  *cum non jam*. Petav. *nostris*. Nullus enim hic est particulæ *non* locus, quare ex correctione vocis *oppidum* (*anos*) ortam esse conieci et in loco desperato audacter posui *oppidanos*, quos oppidum capturi Cæsariani revera defendebant. Nisi aliqua exciderunt, ad quæ *Denuo* l. 2 referendum. — 1. *repugnarentur res* TUVd. *repugnarent turres* F $\delta$ . Oud.; *repugnaretur eis* L. Ac malim *repugnaretur*, et de legione xxi intelligam, *occuparunt* de Pompeianis legionibus, *mittunt* de oppidanis. — *ex parte partem et* V; et l. inter versus. — 2. *occuparent* T pr.: D *vent* in ras. septem litterarum. —

*Denique* Nipperdeius. — 3. *mitteret* L. — 4. *nomine fug.* Petav. et nostri præter D $\delta$ . om. Dorv. — 6. *extra* D in ras. septem litt. — *potitus* codd. præter L. — 7. *ex* om. L. *ex præl.* om. Pet. — 8. *multi interfecti* nostri omnes, etiam L.

XXXV. — 10. *Hispali* TUFV. — *descendisset* V. — 11. *oppidum sese tuendum* codd., sine *sese* Pet., *esset ventum* Nipperdeius. *Cum oppidum sese tueri dirisset*  $\delta$  et Ald., quod servavit Schneider. — 11-12. *Caninium cum præsidio legatum* nostri præter  $\delta$ , quod reducendum erat; *Can. leg. cum præs.* vulgo. — 12. *intromittit* TV (compendio). — 13. *magnam* codd., *magna multitudo* Pet., Norv., *magna manus* Ciaconius. — *Pompeianorum* F $\delta$ , om. L. — 13-14. *partium quæ* UF. Petav., Norv.; *partiumque* ceteri. — 14 et l. 1. p. 392. *Clam quodam Philone illo* Pet., Norv., *illuc* L.

lonem, illum, qui Pompeianarum partium fuisset defensor acerrimus (is tota Lusitania notissimus erat) — hic clam praesidia Lusitaniam proficiscitur et Cæcilium Nigrum, hominem barbarum, ad Lenniū convenit, qui bene magnam manum  
 5 Lusitanorum haberet. Rursus Hispalim oppidum denuo noctu per murum recipitur : praesidium, vigiles jugulant, portas praeccludunt, de integro pugnare cœperunt.

XXXVI. Dum hæc geruntur, legati Carteienses renuntiaverunt, quod Pompeium in potestate haberent. Quod ante  
 10 Cæsari portas praecclusissent, illo beneficio suum maleficio existimabant se lucrifacere. Lusitani Hispali pugnare nullo tempore desistebant. Quod Cæsar cum animadverteret, si oppidum capere contenderet, ut homines perditos incenderent et mœnia delerent, ita consilio habito noctu patitur Lusitanos  
 15 eruptionem facere; id quod consulto non existimabant fieri. Ita erumpendo naves, quæ ad Bætum flumen fuissent, incendunt. Nostri, dum incendio detinentur\*\*\*\* illi profugiunt et ab

2. *Lusitana* U. — *fuera* U. — 2-3. *praesidio* V et codd. Clarkii. — 3. *in Lusit.* codex nullus. — 3-4. *nomine barbarum* codd., *barbaro* TL; *hominem barbarum* Glandorpius. Eadem depravatio e. 3h extremo. — 5. *cum haberet in Ispali opp.* V. — *Hispalim* codd., *in* addidit Ouden-dorpius, non obsequente Schneidero. — 6. *vigilesque* U a sec., ut videtur.

XXXVI. — 8. *Cartelenses* U, *Carce-lenses* TV, *Carcol.* Busl., *Carceienses* Pet., *leg. Cart.* om. L. In voce *legati* desinit antiqua manus in F; quæ sequuntur recenti suppleta, prope ad lectionem codicis T accedentia. Mox in voce *haberent* desinit folium 110, quod ultimum est codicis U.

recentissima manu suppleti ex aliquo novitio, non, ut F, ex antiquiore familia. Ibidem in Havniensi incipit «lacuna.» ut ultima pariter ac F habere videatur. Hæc supplementa deinceps litteris ϕ (F) et ρ (U) designo. — 8-9. *renuntiaverunt* D. — 9. *potestatē* codd. præter ϕ. — *habent* TL. — 11. *se* L inter versus. — *Lusitani* T. — 11-12. *Ispali nullo temp. pugnare* V, *Hispali* L, *Hispalim oppugnare* δρ. — 13. *contendit* ρ. — *ut hom.* Tϕ, *timuit ne hom.* V, *et hom.* ρ, *ut* om. Pet. — *incenderē* T, i. e. *incenderunt.* V *mœnia* (ut T) *incenderent et delerent.* — 16. *irumpendo* sive *irumpendo* codd. præter L. — *Betum* codd., *Betum* V. — 17. *Nostri dum* vulgo.

equitibus conciduntur. Quo facto oppido recuperato, Astam iter facere cœpit; ex qua civitate legati ad deditionem venerunt. Mundensesque, qui ex prælio in oppidum confugerant, cum diutius circumsiderentur, bene multi deditionem faciunt, et cum essent in legionem distributi, conjurant inter sese, ut noctu signo dato, qui in oppido fuissent, eruptionem facerent. illi cædem in castris administrarent. Hac re cognita, insequenti nocte vigilia tertia tessera data, extra vallum omnes sunt concisi.

XXXVII. Carteienses, dum Cæsar in itinere reliqua oppida oppugnat, propter Pompeium dissentire cœperunt. Pars erat, 10 quæ legatos ad Cæsarem miserat, pars erat, qui Pompeianarum partium fautores essent. Seditioe concitata portas occupant; cædes fit magna; saucius Pompeius naves xx occupat longas et profugit. Didius, qui Gadibus classi præfuisset, simulatque nuntius allatus est, confestim sequi cœpit: partim 15 pedibus [et equitatus] ad persequendum celeriter iter facie-

sed recte distinxit Nipperdeius, hæc excidisse videri annotans: *detinentur* [illi, oppido potiuntur;] *illi*, etc. Alia et plura periisse suspicatur Kranerus ob sequentia oppido recuperato. — 1. *Hastam* codd. — 2. *interim fac.* TLV $\phi$ . — *legati* om. V. — 3. *Mundensesque* L. — *qui* om. TLV. — 4. *circumsed.* TL $\phi$ . — *pene*  $\rho$ . — 5. *ut* om.  $\rho$ . — 7. *ammin.* V, Pet. — *tessera* LV.

XXXVII. — 9. *Cartecienses duces* (cum *concisi* junctum). *Cæsar* TL (sed hic ante *Cart.* distinguens) V $\phi$ , *Cartecienses* Pet., *Cartelenses* D, *castricienses*  $\delta$ ; *Mundenses*  $\rho$ , Paris. 5768, var. in D; omnes *duces* (ultima vox paginæ in T); *duces* *Cæsar dum* L, *duces dum* Pet., Thuanus Goduini, *dum* (sine *duces*) Norvic. — 10.

*que propter* D $\delta$  $\rho$ . — *cœperant*  $\rho$  et fort. Pet. — 11. *erat que* TL, Leid. 2, *qua*  $\phi$ . Pet., Schneid., *quam* D $\delta$ , in qua Dorv., *qui* V, quod genuinum. — 12. *Sedit. facta* (hoc deletum) *conciit.* L. — *partes* codd., *portas* Vascosanus. — 13. *viginti* V; *xxv*  $\rho$ , *xxx*<sup>ta</sup> D. — 14-15. *Didius qui Gadibus* (s D in ras. trium litt., *cadibus* TV) *classi* (*classis* T) *præfuisset ad quem simul nunc.* codd., *inverse simulatque* Glandorpins; *Gadibus* manu pr. boni codicis D monstratum; *ad Gules* Em. Hoffmannus. — 16. *pedites* V. — *ad eq.*  $\delta$ , var. in D, *equitatu* Pet. «*Pedibus* est terrestri itinere, quod etiam equites faciebant. Jam cum sequentis cap. initio *equites et cohortes* ad persequendum Pompeium missas esse le-

bant, item confestim consequentes. Quarto die navigationis, quod imparati a Carteia profecti sine aqua fuissent, ad terram applicant. Dum aquantur, Didius classe accurrit, naves incendit, nonnullas capit.

5 XXXVIII. Pompeius cum paucis profugit et locum quendam munitum natura occupat. Equites et cohortes, quæ ad persequendum missæ essent, speculatoribus antemissis certiores fiunt; diem et noctem iter faciunt. Pompeius humero et sinistro crure vehementer erat saucius. Huc accedebat  
10 ut etiam talum intorsisset; quæ res maxime impediēbat. Ita lectica ad turrem cum esset allatus, in ea tenebatur. Lusitanus more militari, cum a Cæsaris præsidio fuisset conspectus, celeriter equitatu cohortibusque circumcluditur. Erat accessus loci difficultas. † Nam idcirco propter suo præsidio fuisset  
15 conspectus celeriter ad munitum locum natura ceperat sibi Pompeius quamvis magna multitudine deducti homines ex superiore loco defendere possunt subeunt in adventu nos depel-

gisset magister, imperite hic *equitatum* adiciendum putabat. \* Nipperd. — 1. *item* (Item L) *quarto die navigatione* (*navigatiouem* LV, *navigatores* ρ) *confestim consequentes* (*sequentes* V), quod codices, *navigatione confecta insecuntur* D corr., *consequuntur* Pet. Leni transpositione emendavit Nipperdeius. Aliam viam iniiit Em. Hoffmannus: *partim peditum et equitatus ad persequendum celeriter terrestre faciebant iter navigationem confestim insequentes. Quarto die nar.* — 2. *Carteia* Pet., *Cratela profectis in ea qua* TLVϕρ. — *ad terram* om. L. — 3. *classi* L in marg. — *occurrit* Dδρ. — *navesque* ρ.

XXXVIII. — 6. *qui* D. — 7. *missi* TVD ϕρ. — 9. *Hoc* TLVD. — 11. *a turre*

TLϕ, D a pr. (non sec.) — *quem* T, *quam* Vϕ, *in quam* D corr., δρ. *cum* L. quod quom scriptum illa pepererit. — *ablatus* TLVδ, *allatus* ρ et vulgo. — *ferebatur* codd., *tenebatur* Nipperdeius. In Pet. et Norv. nihil nisi: *Ita in lectica ferebatur.* — 12. *a* om. TLVϕ, Pet. — 13. *equitatu* usque ad *celeriter* (15) om. L. — 14. *difficilis* V. Norv. Sequentia vehementer turbata. — *idcirco ut* D corr., δ; *idcirco quod* vett. edd. — *suos a præ.* ρ; *suum præsidium* V, Petav., D corr., δ et Schneideriani. — 15. *ad* TLϕ, D pr., *at* Pet.; ceteri om. *ad*. Quædam manifesto ex antecedentibus repetita expulisse videntur gemina. — *quem ceperat* L. — 16. *quem vix magna* vett. edd., Schneid. — 17. *pos-*

lunt qui telis. Quibus cedentibus cupidius insequabantur adversarii et confestim tardabant ab accessu. Hoc sæpius facto, animadvertebatur nostro magno id fieri periculo. Opere circummunire instituunt; pari autem et celeri festinatione circummunitiones jugo dirigunt, ut æquo pede cum adversariis con- 5  
gredi possent. A quibus cum animadversum esset, fuga sibi præsidium capiunt.

XXXIX. Pompeius, ut supra demonstravimus, saucius et intorto talo idcirco tardabatur ad fugiendum, itemque propter loci difficultatem neque equo neque vehiculo salutis suæ præ- 10  
sidium parare poterat. Cædes a nostris undique administrabatur. Conclusa munitione amissisque auxiliis, ad convallem exesumque locum in speluncam Pompeius se occultare cœpit, ut a nostris non facile inveniretur nisi captivorum indicio. Ita ibi interficitur. Cum Cæsar Gadibus fuisset, Hispalim 15  
ii id. April. caput allatum et populo datum est in conspectum.

XL. Interfecto Cn. Pompeio adolescente Didius, quem supra demonstravimus, illa affectus lætitia proximo se recepit

sunt TLVD Øδ. possent vulgo; *quamvis magna multitudine perpauci homines ex sup. l. def. possent* conj. Nipperdeius. — *adventum* V. — 1. *qui* om. Dδ, Oud. sine var. Schneiderus; *Subenut in adventu nostri, depelluntur telis*, ex Viudob. 3. — *cedentes* L. — 2. *ab* om. D corr., δ. — *factu* T, *factũ* LV, Pet. — 3. *animum advert.* TV. — *Capta loca opere* Pet., Norv. — 4. *instituit* codd., *instituunt* Nipperdeius. — *ex celeri* TLVØ. — 4-5. *circummittones* TV, *circummultones* ex Pet. affert noster Fabr. — 5. *jugum* L a sec.

inter versus. — *dirigit* Ø, Busl. — 6. *animadvertisset* T pr.

XXXIX. — 8. *saucio* nostri et Pet.; *saucius* edd. et Schneid. — 9-10. *per loci* Ø, Busl. — 10. *salutis* TL. — 11-12. *amministrabantur* L. — 12. *Exclusa* codd., *Conclusa* Nipperdeius. — *amissisque præsiis* V. — 13. *ex se sumaque* TLAD Ø; *exesumque* Scal., Pet. — *in* LDδ, *ut* TVØ, Scal. — *specula se Pomp.* V. — 14. *a* om. V. — 16. *pridie idus Apr.* VDδ, Pet. — *datum est. In conspectu interfecto* L.

XL. — 18. *proximus* L, *primo* Ø, Scal.

castello, nonnullasque naves ad reficiendum subduxit et, quamvis \*\*\*\* essent, brachium \*\*\*\* Lusitani, qui ex pugna superfu-  
 5 perfuerunt, ad signum se receperunt et bene magna manu comparata ad Didium se reportant. Huic etsi non aberat dili-  
 gentia ad naves tuendas, tamen nonnumquam ex castello pro-  
 pter eorum crebras excursiones eliciebatur et prope quotidiana  
 10 nis pugnis \*\*\*\* insidias ponunt et tripartito signa distribuunt. Erant parati qui naves incenderent, incensisque † qui subsidium repeterent: hi sic dispositi erant, ut a nullo \*\*\*\* con-  
 spectu omnium ad pugnam contendunt. Ita cum ex castello  
 Didius ad propellendum processisset cum copiis, signum a Lusitanis tollitur, naves incendiuntur, simulque, qui ex castello  
 ad pugnam processerant, eodem signo, fugientes latrones dum  
 15 persequuntur, a tergo insidiæ clamore sublato circumveniunt. Didius magna cum virtute cum compluribus \*pugnans\* interficitur; nonnulli ea pugna scaphas, quæ ad litus fuerunt, occupant, item [nonnulli] complures nando ad naves, quæ in salo fuerunt, se recipiunt, ancoris sublatis pelagus remis petere

1. *subduxit ad reficiendum* V. — 1-2. *et quamvis* (*quotvis* V) *essent brachium* TLVϕ, om. Dδ, Oud., Schneider. Lacunas bene notavit Nipperdeius hac sententia: „Didius, quamvis naves satis tuto vel satis propinquo loco collocatæ essent, brachium a castello ad eum perduxit.“ — 4. *Dium se* TLV, *diverse* ϕ. — 6. *eliciebatur* codd., *eliciebatur* Glandorpius. — *et si prope* Pet., D pr.; *et sic prope* Oud., Schneid. — 7. Post *pugnis* lacuna ab Nipperdeio notata et explicata. — *proponunt* D. præp. expuncta. — *tripert.* TL. — 8. *incensisque* usque ad *repeterent* om. ϕ. — *qui* om. Pet. — 8-9. *praesidium* V, Schneid. — 9. *petere* D; *repellerent* Glandorpius. —

*hii sic* TL, *hi sic* V, Pet., *hi hic* δ, *hic ii* D, *ii sic* Schneid. — Lacunam indicavit Nipperdeius et sic explet: *ut nullo [conspici poterant, reliqui in] conspectu.* — 10. *contenderent* D corr., δ et alii rec. — *ex castello cum* V. — 11. *pellendum* D. — 12. *attollitur* L. — *succendunt* δ et alii rec. — *in castello* codd., *ex cast.* Norvic. et Stephanus. — 14. *persecuntur* TL, *sequuntur* D, *proseq.* δ. — 15. *pluribus* L. Deinde *pugnans* inseruit Krauerus. — 16. *nonnulli ex pugna* idem corrigendum putat. — *fuerunt* TLVϕ, *fuerant* recentes. — 17. *nonnulli* TLϕ, in ceteris omissum delevit Aldus. — 18. *se* L a sec. inter versus.

cœperunt; quæ res eorum vitæ fuit subsidio. Lusitani præda potiuntur. Cæsar Gadibus rursus ad Hispalim recurrit.

XLI. Fabius Maximus, quem ad Mundam † præsidium oppugnandum reliquerat, operibus assiduis † lurnisque circum se interclusi inter se decernere facta cæde bene magna faciunt. 5 Nostri ad oppidum recuperandum occasionem non prætermittunt\*\*\*\* et reliquos vivos capiunt, xiv millia. Ursaonem proficiscuntur; quod oppidum magna munitione continebatur, sic ut ipse locus non solum opere, sed etiam natura aditus ad oppugnandum hostem appeteret. Huc accedebat ut aqua præ- 10 terquam in ipso oppido [nam] circumcirca nusquam reperiretur propius millia passuum viii; quæ res magno erat adjuvamento oppidanis. Tum præterea accedebat, ut aggerem\*\*\*\* materiesque, unde soliti sunt turre † agi, propius millia pas-

1. *subsidio fuit* VF, cuius codicis antiqua manus in his verbis redit. — 2. *ad* L inter versus.

XLI. — 3. *ad Mundam* T, Scal., *una ad* Petav., *una* (sine *ad*) F, *ipse ad* (sine *Mund.*) D corr., δ; *ad Mundam oppugnandam* Kranerus, *præsidium* ex initio cap. 32 illatum censens. — 4. *adsid.* F. Sequentia manca et depravata. — *lurnis* TL, *iurnis* F, *lurnisque* L, Scal., *diurnis* Pet., et *diurnis* V, quod haud dubie inest; *hostes* D corr., Dorv., *hostesque* δ et alii rec.; *hostes circumsepsit*, *Interclusi* Schneiderus ex Vindob. 5. — 5. *sese* FDδ, Pet. — *interclusis* L, Scal., Pet. — *discernere* L (hic distinguens et *faciunt nostri* jungens), *decernunt* Vindob. 5. — *magna eruptionem faciunt* Vindob. 4 et edd. vett. — 7. Lacunam notavit Kranerus. — *vivos* FV, — *milia*, ac deinde *Urs.* Leid. 2, Schneid. —

9. *ut est* in T. — *locus si solum* V. — *editus* nullus nostrorum; *naturali situ* probabiliter Kranerus. — 10. *appareret* V, *peteret* Busl.; *ab oppugnando hoste abstereretur* vel *averteretur* Scaliger et Kranerus. — *Hoc accederet* TFLVD, *accideret* Scal., *accederat* δ, *Huc accedebat* Petav. — *aquam* TVD, Scal. — 11. *oppido*. *Nam* T, *oppido una* F; *nam* om. Pet., Norv. — 12. *mille passus* V. In D correcto et δ hæc ita scripta: *ut aquam, præterquam in ipso oppido habebant, non iuventent. Nam circumcirca rivus usquam reperiebatur*. Similiter alii rec. et edd. vett. — 13. *Cum* V. — *accedebant* F, *accidebat* TLD. — *agger* nullus. Lacunam indicavit Nipperdeius. — 14. *soluti sunt* TLFV, *solite sunt* Dδ et rec. — *turris* TFV. — *et* L, Scal. pro *agi*, verbo absurdo. Kranerus: *unde soliti sunt turres [et vineas facere], prop.*

suum vi non reperiebatur. † Ac Pompeius ad oppidum oppugnationem tutiorem efficeret, omnem materiem circum oppidum succisam intro conguessit. Ita necessario diducebantur nostri, ut a Munda, quod proxime ceperant, materiem illo  
5 deportarent.

XLII. Dum hæc ad Mundam geruntur et Ursaonem, Cæsar, ad Hispalim cum Gadibus se recepisset, insequenti die concione advocata commemorat: et initio quaesturæ suæ eam provinciam ex omnibus provinciis peculiarem sibi constituisse et  
10 quæ potuisset eo tempore, beneficia largitum esse: insequente prætura ampliato honore vectigalia, quæ Metellus imposuisset, a senatu petisse et ea pecunia provinciam liberasse, simulque patrocínio suscepto multis legationibus ab se in senatum inductis simul publicis privatisque causis multorum inimici-  
15 tiis susceptis defendisse; suo item in consulatu absentem, quæ potuisset, commoda provinciæ tribuisse: eorum omnium commodorum et immemores et ingratos in se et in populum Romanum hoc bello et præterito tempore cognosse.

1. *reperiebantur* codd. præter TF. Pet. — *Hæc* TFV. *Ac* plerique, *Ut* D corr., δ; *Pompeius ut oppidi* edd. vett.: *ut ad opp.* Pet., *oppugn. ad opp.* L. — 2. *lentiorem* conj. Oberlinus. — *circum opp.* L. a sec. inter versus. Nipperdeius: *Nam Pompeius, ut oppidum ad oppugnationem tutius efficeret.* — 3. *intra* L. — *deduc.* VDδ, Ciacc. — 4. *quod nostri consensu et haud dubie Schneideriani; quam vulgo.* — *illa,* ut videtur, L.

XLII. — 7. *ab Hispali* (-h̃ V) *cum Gadibus* TLFV. *ad Hispalim e. G.* D; *cum Hispalim a Gad.* Pet. — 8. *commemoratur* om. TLFV, itaque a librariis suppletum;

*explicuit quo pacto initio* Petav. — 9. *sibi peculiarem sibi* T, *sibi pec.* L. — *constituisset et* TLFV, Pet. — 11. *prætura* L. — 12. *petisset et eius pecunia* TLFV, Pet., *ea pec.* Dδ et alii rec. — 13. *legationibus* F. *legibus* D corr. — *ab senatum* F. *in se* inter versus; *ad senatum* δ. — 14. *publicas privatasque causas* P. Manutius. — 15. *defendisset* F. — *vero* (pro *item*) D. — *in* inter versus T, om. L. Scal. — 17. *etiam memores* TFV; *etiam imm.* LD; *esse imm.* δ. — *ingratos* T, ead. m. *illato te,* ut *in te gratos* esset; *ingratos eos* Voss. Clarkii; *ẽe* (esse) in F erasum videtur. — *et au pop.* L. — 18. *fas nosse* δ.



- Vos jure gentium civiumque Romanorum institutis cognitis.  
 - more barbarorum populi Romani magistratibus sacrosanctis  
 « manus semel et sæpius attulistis et luce clara Cassium in medio  
 - foro nefarie interficere voluistis. Vos ita pacem semper odistis.  
 « ut nullo tempore legiones desitæ populi Romani in hac pro- 5  
 - vincia haberi. Apud vos beneficia pro maleficiis, maleficia pro  
 - beneficiis habentur. Ita neque in otio concordiam neque in  
 « bello virtutem ullo tempore retinere potuistis. Privatus ex  
 - fuga Cn. Pompeius adolescens a vobis receptus fascēs impe-  
 - riumque sibi arripuit, multis interfectis civibus auxilia con- 10  
 - tra populum Romanum comparavit, agros provinciamque  
 « vestro impulsu depopulavit. In quo vos victores existimaba-  
 - tis? An me deleto non animum advertebatis [decem] habere  
 - legiones populum Romanum, quæ non solum vobis obsi-  
 - stere, sed etiam cælum diruere possent? Quarum laudibus 15  
 « et virtute \*\*\*\* »

1. *Vos in regentium et civiumque* F. et *civiumque* etiam T et fort. L. — 2-3. *Romani magna transero* (*transore* F, Pet.; *transfere* δ) *sauctis romanis* (*romanis* Dδ, Pet.: in L vox prorsus detrita) *semel* codd. nostri; *magistratus sacrosanctis romanis* Cujac.; *magistratibus sacrosanctis manus* P. Manutius. — 3. *attulissetis* TLF, Petav., Scal. a pr.; *attulistis et* « mss. » Oud.: *attulisset his* D corr., δ; *retulisset* V, in hoc verbo desinens. — *captum* codd., *Cassium* P. Manutius. — 4. *nefar*, L a sec. inter ver-

sus. — 4-5. *pace* L, et mox vestigia particulæ *ita* pro *ut*. — 5. In voce *tempore* desinit antiqua manus L, reliqua sæculo xv suppleta. — 7. *initio* T, *inicio* F, ead. m. o imposito secundo *i* expuncto. — 8. *Privatis* T. — 9-10. *imperium* TFD. — 12. *quo vos* TF, non *quos*. — *extabatis* T, Pet., *excitabatis* F, Busl.; *existimabatis* Aldus. — 13. *animum adv.* TF, Pet., Norv.; *animadv.* vulgo. — *decem* malum additamentum seclisit Nipperdeius. — 15. *cælum territare* Busl. — *Curum* Pet.



## ADDENDA ET CORRIGENDA.

---

### IN VOLUME I.

*Historiæ C. Julii Cæsaris* volumine altero, quo bellum Gallicum narratur, non contigit uti nobis in illa parte editionis jam exscripta typis immutabilibus. Pauca inde delibare et alia sero animadversa vel communicata in hac ultima charta subjicere liceat.

B. G. I, c. viii, l. 14, *a lacu Lemanno, qui in flumen Rhodanum influit*, codicum omnium scripturam, integerrimam esse nec qua corrigendum, optime demonstravit Hellerus in *Philologo* t. XIX, p. 486 seq. — I, c. xxxviii, l. 12 quod legitur : *reliquum spatium, quod est non amplius pedum sexcentorum* (vel DC), non respondere situi locorum observavit auctor *Historiæ Cæsaris* t. II, p. 80, respondere autem *pedum MDC*, ut *M* litteram a librariis neglectam esse appareat, quod in optimis codd. omnibus factum II, c. xiii, l. 22, nec raro alibi. — I, c. xxxix, l. 17, *ET magnitudinem* (cum copula) præferendum esse ostendit Hellerus l. c. p. 509. — I, c. xli, l. 22 et seq. De his videnda *Hist. Cæs.* t. II, p. 84. — I, c. liii, l. 19. Scripturam *millia passuum QUINQUAGINTA* novis argumentis confirmat *Hist. Cæs.* t. II, p. 93. In eodem capite l. 14 *videbat* præferendum erat ei quod dedimus *viderat*.

Lib. II, c. viii, l. 10, *in fronte* (non *in frontem*) edere debebamus. — II, c. xv, l. 3. Nunc pœnitet me reduxisse verba *ad luxuriam pertinentium*. — II, c. xxx, l. 15, *vallo pedum XII in circuitu quindecim millium*, hæc ita versa sunt in *Hist. Cæs.* t. II, p. 117 : *« d'une ligne de circonvallation de 12 pieds de hauteur sur un développement de 15,000 pieds. »* Sed tanto in numero non *pedes* sed *passus* computantur a scriptoribus, et de passibus semper intelligitur *millia* simpliciter positum. Deinde fortasse quæri potest an *vallum in circuitu trium millium passuum* sufficere potuerit circummu-

niendo oppido quod capiebat, præter occisorum millia quattuor, *LIII millia capitum* quæ venierunt. Ejecto numero *XII*, quem ex tot codicibus quattuor modo interpolati agnoscunt, communis usus postulabat *passuum* pro voce *pedum*; quod cum aliis posui «verissimum» esse dicens, ob simillimum locum lib. V, c. XLII, l. 2 : *minus tribus horis millium passuum XV in circuitu munitionem perfecerunt*. Eo quoque loco auctor *Hist. Cæs.* p. 210, *pedum*, non *passuum*, scribendum esse censuit : «*parce qu'il est peu croyable que les Gaulois eussent fait, en trois heures de temps, une circonvallation de plus de 22 kilomètres.*» Nec credibilis ejusdem mensuræ circuitum valli necessarium judicatum esse ad circummuniendum oppidum Aduatucorum. Sed utroque loco sic scriptum est sine orationis vitio; et *XII* numerus ab iis illatus esse videtur, qui *pedum quindecim millia* in locis viisque metiendis non dici scirent. — II, c. xxxv, l. 3 et 4, vulgo legebatur : *Andes Turo-nesque, quæ civitates propinquæ his locis erant, ubi bellum gesserat*. Quod cum verum non sit minimeque illæ civitates dici possint propinquæ, auctor *Hist. Cæs.* t. II, p. 118, correxit *ubi Crassus bellum gesserat*.

Lib. III, c. vii, l. 5 : *T. Terrasidius missus in Esurios* : sic codd. præter Thuaneum, qui in *UNELLOS*, prælatum in *Hist. Cæs.* t. II, p. 121 : «*parce que la position géographique du pays des Unelles répond mieux au récit de la campagne.*»

Lib. IV, c. i, l. 4, *cui Rhemus Sex Δ*. — IV, c. iii, l. 11, *vagari sinere agros* cod. Riccard. — IV, c. xxii, l. 2. Codicum scripturam *CONTRACTISQUE* quod satis non fuisse attingendam docuit Hellerus *Philologo* t. XIX, p. 490 seqq. Eam igitur ocius apud nos restitue.

Lib. V, c. xii, l. 16. Verba *ac belli inferendi* ex interpolatione esse et secludenda vel ejicienda ostendit Hellerus *ibid.* p. 502. — V, c. xlii, l. 2. Conf. ad II, c. xxx.

Lib. VII, c. xlvi, l. 5. Scribendum erat : *quidquid nunc circuitus*, cum Nipperdeio, non *huic*. — VII, c. xlvii, l. 18. Memoranda erat Helleri correctio : *legionisque decimæ, quacum erat, CLIVUM XACTUS signa constituit*. — VII, c. xlix, l. 15. Verba *cum legione progressus* rei quæ gerebatur non convenire, sed corrigendum esse *REGRESSUS*, cum Gœlero, observavit auctor *Hist. Cæs.* t. II, p. 279. — Capitibus LVIII, LX et LXI, non poteram nisi *Metiosedum* scribere, quo ducunt codices via et ratione tractati, sed capite LVIII, l. 8, reducenda est scriptura *ipsi profecti a palude*. Conf. *Hist. Cæs.* p. 286. — VII, c. lxxiii, l. 5, p. 268, varietatem *dolabratis*, «*amin-cies*» recipiendam esse, præ altera *delibratis*, «*écorcées*» non ferenda, ob-

servatum in *Hist. Cæs.* t. II, p. 303. Quæ videnda p. 305 de copiis capite LXXV enumeratis. — VII, c. LXXXVIII, l. 3 *appropinquant* (præsenti) edendum erat ex altera classe codicum, non *appropinquabant*.

Lib. VIII. — Codicis Vindobonensis primi varietatem nuper nobiscum communicavit Em. Hoffmannus, cujus eximiam benevolentiam sæpe experti sumus. Liber est ex eorum numero quos *Sex Δ* appellamus, peculiariora autem hæc commemoranda esse videbantur : c. VI extremo habet *impingebat*, ut Scal.; c. VII, l. 13, *Aulercos* (non *Aulure.*); c. XV, l. 15, *discedere a loco*; c. XVI, l. 13, *processit*; c. XXIII, l. 2, *ceterarum*; c. XXVIII, l. 16, *fert* (non *ferunt*); c. XXX, l. 5, *C. Antonius*; c. XXXVIII, l. 3, *M. Gutruatum*; l. 8, *accepto*; c. XL, l. 12, *depressis leuari* (sic) *posset. Erat enim opp.* Et sub finem *fons sine voce aquæ*; c. XLV, l. 20, *permansit*; c. XLIX, l. 13, *civitatem*. — VIII, c. XL extremo, falso legi *pedum trecentorum*, cum loci illius natura et situs poscat *passuum*, exposuit auctor *Hist. Cæs.* t. II, p. 344. Utrumque eodem compendio .p. indicabatur. — VIII, c. XLIII, l. 8, edendum erat *IX murisque disponunt* cum Forchhammero.

---

#### IN VOLUMINE II.

Ejusdem viri dilectissimi amicitia *septem* præterea codices recentes Vindobonensis bibliothecæ Cæsareæ excutiendi laborem et tædium non reformidavit, ut de his quoque nobis liquido constaret. Ejus generis notitia in hac parte Commentariorum ex Oudendorpio petenda erat et nostro δ: nunc Em. Hoffmanni, Schneiderianam diligentiam continuantis, bona opera fit ut clarius et plenius intelligatur quomodo in his sæculi xv codicibus nuper excogitata sive potius errata cum antiquis et sinceris commixta sint. Hæc igitur accipito de primo libro Belli Civilis selecta specimina septem codicum Vindobonensium, quos numeris indico Schneideri litteris *b c d e f g h* respondentibus.

P. 2, l. 1 *aut* unus 2. — 7 *aut* 4, 6. — 18 *abreptis* 3, 6, 7 et a sec. 8. — 21 *mutatis verbis* 4. — P. 3, l. 16 *ad jus* septem, *comitiõrum* quinque. — P. 4, l. 12 *necessitate* 2, 8. — 16 *Cæsari* 6, 7, 8. — 19 *conjunxerat* 3, 6, 8. — P. 5, l. 1 *raptim*, quod ex nullo codice proferebatur, præbent 2, 3, 6, 7, 8. — 5 *supremo* (pro *sept.*) 2. — 7 *suorum* 3. — 10 *latronum* 3; *locorum* 4; *virorum* 6, 7. — 12 *sunt* omnes. — P. 6, l. 8

saltem sex omittunt; unus 8 ut V. 1. — 9 habeantur 3. — 12 non 2, 8, qui duo plerumque referunt antiquiores: vero ceteri, qui deinde pronomem se variis locis adjiciunt. — 16 Marcellus 4, 5, 6, 7. — P. 7, l. 2 privati unus 7. — 8 atque privatum 2. — 10 rempubl. 3. — 13 et armis 6, 7. — 15 ne dum amissis 3, 6, 7. — P. 8, l. 7 VIII 5, 6, 7. — 22 necessitatibus 4, 6, 7. — P. 9, l. 2 ne (pro ut) omnes. — 12 possent quinque. — 14 sibi contumelia omnes. — P. 10, l. 4, a civitate omnes. — 9 cum L. Caesare sex. — 22 consulatu prof. esset 2, 8: cons. Pompeius prof. non esset quinque. — P. 11, l. 4 substitit quinque. — omnium summa quinque. — P. 12, l. 9 Commissoque quattuor. — 11 SL 2, 8, ut antiqui. — 20 et om. omnes. — P. 13, l. 6 Lentulus libertati omnes. — 10 Auximo C. progressus quinque. — 13 ex Cingulo quinque. — 16 legio XIII 5, 6, 7. — 19 a magna quattuor. — P. 14, l. 5 uallem artica 6, 7. Ceteri ad similem nostris modum aberrant. — 11 Asculo 3, 5, 6, et in ras. 8. — P. 15, l. 14 et 19 Lucetius 4. Lucretius 6, 7. — P. 16, l. 8 a Pompeio unus 8. — P. 17, l. 3 tribunum quinque. — 9 extitit quinque. — 14 ex suo numero om. quattuor. — 16 in ejus potestatem sex. — P. 18, l. 8 ut nullus quinque. — P. 19, l. 3 paucorum factione quattuor. — 4 libertati vind. 2, 8 et tres alii. — 9 illuxit omnes. — 11 Erat senatorii ordinis L. 4. — 19 Aurum omnes præter 2 et pr. m. 8. — P. 20, l. 7 Ferrent tres. — P. 32, l. 4 nobilissimo et fortissimo in uno 4. Deinde huic 2, 5, 8. — P. 34, l. 4 cohortes quinque sine sex, quod habet 4. — 17 Hos idem 4. — P. 39, l. 19 autem om. 2, 8. — P. 43, l. 4 docuerant 2, 8, distinguentes ut UF. — 5 stramine quinque: et levi materia sex, quorum 3 et lex levi m. — P. 45, l. 1 montani, exerc. (sine et) 4, 6, 7. — 2 a Massil. unus præbet 4. — 3 eorundem quattuor. — 8 ut 2, om. quattuor: aut spat. 3, 8. — 13 qui minus quinque. — P. 48, l. 9 castraque omnes præter 3. — P. 49, l. 17 conturbari (pro circul.) quinque, quorum 8 in ras. — P. 50, l. 4 magnitudinis fluminis unus 5, magnitudinis flumini quinque. — 10 in flumine arrepti 5, 6, 7; abrepti 3, 4, et in ras. 8. — P. 52, l. 5 sentirentur 2, 4, 8. — 11 consuevit unus 4. — 16 evicit tres, vicit 4, 5. — P. 53, l. 5 inermes quinque. — 8 frumento 2, 3, 8. — P. 54, l. 14 quom ab 3. — 15 et ante quinque. — 22 facit quinque. — P. 55, l. 3 idem 2, 8, ceteri id. — P. 58, l. 21 Postulat 4. — P. 60, l. 5 explicitius præbet 4. — 20 Tum inquirebant quattuor. — P. 61, l. 1 hujusmodi quattuor. — P. 62, l. 19 habere om. 4, 5, 6, 7, et om. omnes; Caesari 2, 8. — P. 63, l. 11 praelio defugisse 2. — P. 65, l. 10 hominum sex. — P. 67, l. 13

seq. omnes ut Dδ, item omnes *sacramento*. — 19 *amiserint* 4. — 20 *solrit* sex.

De loco capitis LIV, l. 5, ubi navium constructio describitur, in litteris ad me datis Hoffmannus observat non intelligi quo modo *prima statumina* abire potuerit in *primum statumina*, deinde hanc ipsam vocem ita simpliciter dici de alveo navis insolentissimum esse, imo vix satis intelligi. denique *levi* superfluum et inutile dictu esse. Quibus recte animadversis correctionem profert, ut nobis videtur, certissimam : *Carinae (Carina?) ac primum STATUMEN ALVEI materia fiebant*.

Ejusdem libri cap. LXXVI extremo quæ leguntur *omnia sarcinaria jumenta interfici jubent*, sic refert scholiastes Lucani IV, 269 : *mactarunt jumenta sarcinaria, et non omnia, sed pro necessitate*. Simili modo codicum correctores multi suam opinionem Cæsari inferebant.

Lib. III, c. VI, l. 15, ubi est *impositæ (navibus) legiones VII*. Schol. Lucani V, 447 : *Celsus dicit quod Cæsar in VII navibus posuit VII legiones, et cum applicuisset, remisit...* Navium numerus in nullo, quem norim, Cæsaris codice legitur. — III, c. VIII. Ex longiore lacuna, quæ hoc caput excipit, petita sunt quæ attulit scholiastes Lucani IV, 402, cujus antiquiores partes a Vacca, qui sexto sæculo vivit, adornatas esse censet Weberus. Sic autem ille, *Jubium Celsum auctorem citans : Ad Illyricum (Cæsar) miserat duces Antonium et Basilum, ad occupandas fauces maris Adriatici; et semotim castra metati sunt Antonius in Illyricum (sic) et Basilus prope Jadram. Octavius, pirata Cilix, devictus olim a Pompeio, venit ad has partes cum maxima classe, et illos deduxit ad magnam extremitatem, et potissime Antonium*.

Similiter ac capite VI interpolatæ narrationis rerum cap. XLIII et XLIV relatarum vestigia habes ap. eundem schol. VI, 33 : *Cæsar fecit XXXVII bastitas (scil. castella; numerum non habet Cæsar, nisi de Pompeii XLIV castellis). Et iste circuitus duravit XI miliaribus, et hodie sunt adhuc vestigia; et fuerunt hæc perfecta XI die*. — III, c. LIII, l. 1. Idem schol. VI, 255 : *Cæsar remuneravit Scævam quingentis aureis*. — Memorabile est initio capitis LXXI scholiasten cum Orosio facere et citare Cæsarem, non illum, scholio ad VI, 296 : *Dicit Celsus quod quattuor millia militum Cæsaris hic trucidati sunt, inter quos XII centuriones et plures nobiles; ex parte Pompeii quasi nullus mortuus fuit*. Verum in iis quæ cap. LXXXIX et XCIII narrantur, neque Cæsarem neque Orosium expressum vides in scholio ad VII, 365 : *Celsus dicit : Pompeius cogitavit intercludere exercitum Cæsaris cum equitatu. Sed Cæsar hoc præcogitavit et evitavit; nam posuit Germanos, pedites*

*magnos et velocissimos in medio inter equitatum suum et aciem militum; et hi fuerunt causa victoria. — III, cxcix. Schol. Lucani VII, 792 : Dicit Julius Celsus quod ex parte Cæsaris ducenti mortui sunt et xxx fortissimi centuriones; ex parte vero Pompeii xv millia et xliiv millia capta. Ita Cæsaris quoque codices.*







PA Caesar, C. Julius  
6235 Commentarii de bellis Gallico  
A2 et civili  
1867  
t.2

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

